


Lib[er] IX p[ar]t[ic]ul[a] IX 62 Ad ignem magnum in Ciuit[ate] pertinet ad Eccl[es]iam s[ancte] marie · C

Sermones allexandri cu[m] q[ua]dragesimali in medio q[ua]dragesimale in fine per ill[ud] c[ontra] s[er]mo d[e] ... vigil

Anno d[omi]ni Millesimoquadringentesimoseptuagesimotercio Regnante Serenissimo principe et d[omi]no d[omi]no kazimiro rege polo[nie]

Sermones Alexandri de Ales

N. Inw. 1190

Post sex dies assumpsit Jhesus
petrum iacobum et Johannem

Per sex dies intelliguntur sex gradus quibus ascenditur ad dei cognicionem primus desiderium boni
[illegible] Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore ps Concupiscit et deficit anima mea in atria domini
2us gustus unitatis ps gustate et videte etc 3us studium intendens divinis exemplum marie luce x
que sedens secus pedes domini ihesu etc 4us consuetudo acquisita per actus ad facile exeundum in actus
contemplationis exemplum anne prophetisse luce 2 que non recedebat de templo etc 5us introitus ad secreta
divina sicut illud ps [illegible] veniam et appellebo [illegible] etc 6us requies suavis et tranquilla quam petebat
David. quis dabit michi pennas sicut columbe et volabo et requiescam

8493

BBII
1.

Tobie 4 omnibus diebus vite tue in mente habeto deum et caue ne aliquando peccato consencias. Vel sic glo. 1a qui bonus est hauriet gratiam a domino. 2a ibidem non roborabitur homo ex impietate

Ecci. 1 filii tibi sunt erudi illos

Erunt signa in sole etc. luc. 21. Prudentis consilium est ista tria in suo consilio observare. Primum est ut predicat difficilia et terribilia que contingere possunt eis quibus consulit ut per priorum provisionem minus feriant quando evenerint. Minus enim iacula feriunt que providentur. Unde Gregorius in omelia. Et nos tolerabilius etc. 2m est ut erigat eorum spem promissorum vel pronunciacionem alicuius boni quod post difficilia contingere. Et hoc ne frangantur ex vehemencia et difficultate terribilium que predicat. 3m est ut eventum terribilium et difficilium atque exhibicionem promissorum sub certitudine indubitabili asserat. vel tamen est ut veram et evidentem causam predictorum ostendat si potest ne si dubitarent de dictis minus caverent de adventu terribilium minusque sperarent de effectu promissorum. Salvator igitur noster qui officium predicti consiliarii perfectissime habuit dicente ysaie 9. vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius etc. volens premunire suos electos qui tempore ultimi iudicii reperientur ne difficultatibus eorum que tunc apparebunt frangantur predicat eis eorum inestimabilem ac insolitam novitatem quia erunt signa in sole etc. 2o erigit eorum mentes ad considerandam propinquam eorum securitatem. Et ideo addit hys autem fieri incipientibus etc. 3o asserendo predictorum veram similitudinem

et ideo adiungit Amen dico vobis etc. vel aliter totale studium boni patris est filios instruere ut cognoscant utilia. attendant et considerent diligenter utilia et inutilitatem priorum ac utilitatem posteriorum finaliter asserat ut utraque inter se differre credantur. Ecce igitur salvator noster boni patris officium tenuit ad instruendos electos. Primo mundi contemptum tamquam rerum transeuntium vanitatem docuit quod ut melius suaderet quod mala in fine mundi ventura sunt ostendit cum dicit. Erunt signa etc. Unde Gregorius in omelia Redemptor noster paratos nos invenire desiderans senescentem mundum que mala sequuntur denunciat ut nos ab eius amore compescat appropinquante eius termino quas passiones preveniant intestat et si deum metuere in tranquillitate nolumus vicinum eius iudicium vel passionibus attriti timeamus. 2o utilitatem futuram beatitudinis cordibus nostris impressit et ideo 2m eundem Gregorius. cum hec signa dicta sunt mox ad electorum consolacionem verba convertit cum subditur. Hys autem fieri incipientibus etc. 3o depellens ne dubitaret erigit sub asseveracione. Hec illa futura verbis pollicetur dicens. amen dico vobis etc. Hinc igitur primo nos sunt 2o nos patris curam introducitur sit dividi etc. Primo enim describitur finalis iudicii apices formidanda ibi prius curam. 2o desiderabilis fuerint consolacio contemplanda et appetenda ibi hys autem fieri incipientibus. 3o infallibilis veri assercio acceptanda. ibi Amen dico vobis. Circa primam ad primam partem describitur

finalis iudicii apparebit formidanda que
consistet in quadam mirabili novitate
eo quod apparebit aliquid novum circa
celestia sidera. 2o circa mundi elementa
3o circa vitam hominum. 4o circa
affectus angelorum. 5o circa iudicem
Christi adventum. Apparebit ergo no
vitas formidanda circa celi sidera
de quibus dicitur. Erunt signa in
sole et luna et stellis. Et que
sint hec signa aperte autem exem
monstratur ubi dicitur. Post
tribulacionem dierum illorum.
hoc est secundum Crisostomum in omelia post
tribulacionem dierum antichristi et
pseudo prophetarum tribulacio tunc
erit magna existentibus multis
deceptoribus. Sol obscurabitur
et luna non dabit lumen suum
et stelle cadent de celo. Singulis
hiis dubitatur quo ad litteralem sensum
verum sit ad futurum realiter
sicut littera exponit. Ad quod
dicendum est quod secundum diversos
doctores hec diversimode potest exponi
vel intelligi. secundum Ieronimum et eundem
sol non obscurabitur quod secundum divini
iudicem sui luminis occidat nec
luna perdet lumen suum. Sed ad
paracionem veri luminis scilicet Christi tunc
apparentis omnia visu apparebunt
obscura. Cum quo concordat Cri
sostomus et alii dicentes. Et sicut
in hoc seculo luna et sydera
mox obfuscantur orto sole. Sic
in gloriosa Christi apparicione sol
obtenebrescat et luna non dabit
proprium iubar et stelle cadent de
celo priori spoliate amictu ut

potioris iubaris. scilicet Christi amictu pociantur
Sed in elucidario potest intelligi quod hec
omnia sic fiant ut sonant verba
ad litteram quia si multe stelle ma
iores sint tota terra ubi collo
carentur et caderent. et ideo sic potest
intelligi quod sol obscurabitur et luna
non dabit lumen suum. hoc est
quia in consumacione mundi ab igne
qui succendendus est. aer obscure
brabitur propter eius tenebrositatem
et fumositatem attensam. et obscu
rans sol quantum ad apparenciam
nostri visus videbitur obscuratus
et lumen lune non apparebit
et stelle videbuntur de celo cadere
dissipata nulla earum apparente. et
forte propter scintillas igneas discur
rentes videbuntur quasi quedam
stelle de celo cadere sicut fit in
assub. Sed nichil tamen autem non
prohibet intelligi litteraliter ita
futurum et quantum ad obscuritatem
solis et lune. Et eciam quantum
ad obscuritatem syderum ut ad
tempus suo lumine priventur
sicut de sole patet. Constat
factum fuisse tempore dominice passionis
cuius sua videtur confirmari
per id Ioel 2o Sol convertetur in tenebras
et luna in sanguinem antequam
veniat dies domini magnus et
manifestus. et sic ad litteram
verum erit quod erunt signa in
sole etc. ita realiter apparebit
novitas circa mundi elementa. quia erit
terre motus et sonitus maris
ac fluctuacio qualis numquam fuit
et propter talem confusionem

timor et tremor hominis. tunc vindic
tes invadet tamquam validissimus
ut dicant montibus cadite super
nos et collibus operite nos et sic
arescent homines pre confusione sonitus
maris maris et fluctuum. Hec
sentencia sive exposicio satis
concordat cum illa qua dictum
est Apocalipsis vi. Et vidi cum ape
ruisset sigillum sextum. Et terre
motus factus est magnus
et sol factus est niger tamquam
saccus cilicinus et luna facta est
tota sicut sanguis et stelle celi
ceciderunt super terram sicut ficus
mittit grossos suos cum a vento
magno movetur et celum recessit
sicut liber involutus et omnes
montes et insule de locis suis
mote sunt. Et reges terre et princi
pes et tribuni et divites et fortes
et omnis servus et liber abscon
derunt se in speluncis et petris
moncium et dicunt montibus
et petris cadite super nos et ab
scondite nos a facie sedentis super
thronum et ab ira agni. quoniam
venit dies magnus ire ipsorum.
Et quis poterit stare. Et certe nonnulla
que circa iudicium apparebit. Secundum
beatum augustinum in epistola ad hesichium
hoc quod dictum est. Erunt signa
in sole et luna etc. melius intelliguntur
pertinere ad ecclesiam quam ad corpora
talia mortalia. Etenim cum talia
signa facta sint ante christi adventum
circa solem et lunam et stellas
vel maiora non pro magnis videtur
positum esse. Erunt signa in sole
et luna etc. sed ad ista corporalia visibilia

talia dicta referantur. Et ideo ad eccle
siam pertinere dicuntur que est sol et luna
sicut de ea scriptum est. Electa ut sol pulchra
ut luna. Electa ut sol. Et ista ecclesia
tamquam sol obscuratur et vel luna
non dabit lumen suum. Quando
impiis persequentibus et ultra modum
sevientibus eius vitas et facies
non apparebit. Tunc eciam stelle
cadent de celo. Etenim multi qui gracia
fulgere videbantur cedent persequentibus
et cadent tunc eciam quidam fideles
constantissimi turbabuntur. Eiusdem
sensus videtur esse beatus ambrosius
super lucam exponens obscuritatem
solis prout sol iusticie christus in cor
dibus fervencium in fide lucere
dicitur in cordibus autem tepidorum vel
in fide dubitancium vel a fide rece
dencium dicitur obscurari. Tunc ergo
sol obscurabitur. Et luna clara fidei
in multis deficiet nube perfidie. Et
luna non dabit lumen suum quia
sicut interpollatis mensibus lumen
lune deficit. Sic in sancta ecclesia
interpollatis viciis ac mundi blandiciis
multi fidei lumen amittent. Sed
tunc stelle cadent de celo quia perse
cucionis acerbitate convalescente
multi qui videbantur fulgere gloria
sapiencie et luce sanctitatis t habebant
immo a veritate manifeste fomente errore
dilabentur propter quod bene dicebat
apostolus ii. Cor. xi. Timeo autem ne
sicut serpens seduxit evam astucia
sua ita corrumpantur sensus vestri
et excidant a simplicitate que
est in christo ihesu. Sed tamen ut
omnes predictas sanctorum ex
posiciones ad veritatis unitatem reducam
videtur michi quod quelibet in sua

sensu verum contineat. Nam ante
sententiam finalis iudicii duo erunt
scilicet immutacio stupenda tam superiorum
quam infimorum corporum sicut recitat
Ieronimus de annalibus iudeorum. Et id
vera videtur ad literam secundum Rabanum
et confirmacio eius. Aliud eciam
erit tunc sicut expresse beatus augustinus
ad hesicium asserit scilicet tribulacio tanta
ecclesie ut ipsa tamquam sol et luna
obscurata videatur in ipsa eciam
multi qui tamquam stelle fulgent per
apparentem iusticiam cadent in tem-
poralium sensum et ad miserias
convertantur. Et sic utramque habet
exposicio augustini et ambrosii. Ulterius
quia in presencia christi personaliter in sua
gloria apparentis post omnia predicta
omnia luminaria celi quasi nichil
apparebunt sui luminis sed pocius
obumbrabuntur ab eius gloriosa
facie et splendore. Hinc est quod
Ieronimus et Crisostomus dicunt solem
obscurari ad presenciam eius. Dicit
eciam idem Crisostomus circa hoc idem
fiet ad presenciam crucis que tunc
splendorem solis excedet. Ut sic
verum sit quod dicit Rabanus ante
christi adventum personaliter de sensibi-
libus signis solis lune et stellarum.
Sicut et beatus Gregorius sentire videtur
in omelia. Verum est sic in ecclesia fu-
turum quod sicut augustinus dicit sicut
recitavit augustinus et ambrosius. Unde
nichilominus sic in presencia christi apparentis
in gloria sue maiestatis quod dicit
Ieronimus et Crisostomus quia tunc minus
lumen ad presenciam maioris videbitur
obscurari. 2o apparebit novitas
circa mundi elementa de quibus subiungitur

Et in terris pressura gencium pre
confusione sonitus maris et fluc-
tuum. Congruum est ut qui eorum
tranquillitate et maris equitate
in creatoris iniuriam male usi sunt
ad avariciam pompam lasciviam
et similia ornantes vasa in
elementis sibi data. Ex eorundem
elementorum sonitu et confusione
premantur. Et quia tempus illud
erit tempus ulcionis et iusticie
ideo elementa quibus prius male
usi sunt eis ad tormenta et afflic-
cionem vertentur ut in quibus
peccaverunt in eisdem et per eadem
puniantur. Qualis autem sit con-
fusio sonitus maris et fluctuum
eius tunc futura narrat ieronimus
ubi supra dicens quod prima die
eriget se mare xl cubitis super
omnes montes immotum de loco suo.
2a die descendet ultra consuetum
modum intantum ut vix videri
possit. 3a marine belue apparentes
dabunt mugitus terribiles. 4ta ipsum
mare et flumina et fontes ardere
videbuntur. Ex quorum autem con-
fusione et sonitu ac fluctibus
pavor et terror vehemens faciet
languere peccatores ut sic in terris
pressura illarum gencium qui
afflixerunt sanctos. Unde augustinus ad
hesicium. Gentes vult intelligi non
eos qui in semine abrahe benedi-
centur sed qui ad sinistram stabunt.
3o apparebit novitas in vita hominum
de qua novitate adiungitur arescen-
tibus hominibus pre timore et ex-
pectacione que supervenient
universo orbi. Attendas que

cause tunc erunt novitates formi
dabiles in hominibus · quia stupor
novitatis patens de quo dicitur · are
scentibus hominibus pre timore
eorum sc. que tunc actu patient
malorum et periculorum · 2° timor
expectationis aggravantis de quo
additur et expectatione · cetera predictis
signis evenientibus in mundo formida
biliora et graviora expectabunt
futura · Sed quia sic erunt genera
lia omnia predicta ut nullus locus
sit in mundo ad quem confugere
possint pavores ideo generalitas no
vitatis concurrit ad afflictionem
malorum ideo bene dictum est
erunt superveniet universo orbi
Nam post confusionem sonitus
maris et fluctuum · videntes
homines quinta die sequenti herbas
et arbores emittere rorem sanguineum
sicut dicit Johannes ubi supra ante dictum · Sexta die casura edificia
Septima petras collidere · sc. ad
invicem · Octava fieri generalem ter
motum per totum mundum · Nona
equari terram · decima exient homines de cavernis
et exibunt de abditis · ibunt
velut amentes et languescent
formidine maiorum malorum que
universaliter expectabunt 4to
apparebit novitas in affectibus
angelorum de quibus subicitur
Nam virtutes celorum movebuntur
etc. enim per virtutes celorum an
gelorum ordines intelligi debeat
apparet quod in omnibus dicit dicens
cetera enim due virtutes celorum
sub nisi angelos et archangelos
thronos dominationes principatus
potestates virtutes appellat · Sed com
moveri tunc dicuntur · cetera in
adventu districti iudicis nostri tunc
oculis visibiles apparebunt ut districte
tunc a nobis exigant hoc quod cetera nos
modo invisibilis conditor equanimiter
portat · Pro tanto igitur tunc an
gelici spiritus commovebuntur quanto
et nobis apparebunt visibiles et
peccatoribus exigendo iusticiam erunt
formidabiles · vel ut Origenes dicit tunc
illi spiritus commovebuntur quia stu
pentes ad novitatem contingentem
in mundo et ad terribilem presentiam iudicis
quandam commotionem patientur unde
quod dicit Isaias videtur Ysa. xxxiii. Ecce
videntes clamabunt foris angeli
pacis amare flebunt · vel 2° in
dulgentia ad hesiasm · virtutes celorum
commovebuntur quia impii tunc
perseguitibus sanctos · quoniam fideles quidem
fortissimi turbabuntur ut sic ex
vehementia novitatum tam in ele
mentis quam in celis quam in hominibus
nullum sit cor quod non pavescat in
tam terribilibus immutationibus universi
hoc autem non erit in ipsis virtutibus
celi quia sibi sint consciae omnino vel
timeant penis illis involvi sed tam
extra eis que tam stupendi novitatibus
quam in multitudine damnandorum
stupenda videbunt · 5to apparebit
novitas novitatum cetera iudicis presentiam
cetera videbunt filium hominis veni
entem in nube · hoc est bamlante
et imperialiter sibi serviente quadam
nube fulgenti quemadmodum dictum
fuit et promissum ab angelis
die assumptionis eius act. 1°. Viri
galilei quid statis aspicientes in
celum hic ihesus qui assumptus

est a nobis in celum sic veniet
quemadmodum vidistis eum euntem in
celum. Qualiter autem ipsum
ascendentem vidissent premiserat
sanctus lucas dicens Nubes suscepit
eum ab oculis eorum ergo sic ve-
niet baiula nube sicut in ipsa
ascendit. Vel dicitur veniet in
nube hoc est in carne assumpta
de qua loquitur ysa. xix. Ecce ascen-
det dominus super nubem levem et ingredietur
egiptum et movebuntur simulachra
egipti a facie egipti eius. Vel
veniet in nube hoc est in ecclesia
quia tunc omnes sancti erunt cum
ipso iuxta illud ysa. iii. Stat ad
iudicandum dominus et stat ad iudican-
dos populos. Dominus ad iudicium veniet
cum senibus populi sui et principibus
eius. Sed non tantum in nube sed
etiam venientem videbunt cum
potestate magna et maiestate. Et si-
cut dicit Gregorius in omelia. In potestate
et maiestate visuri sunt quem
in humilitate positum audire no-
luerunt ut virtutem eius tanto
tunc districtius senciant quanto nunc
cervicem cordis ad eius paciencias
non inclinant. Et bene dicitur
venturus est cum potestate magna
quia si venit cum potestate maiori
quam sit sub celo quando venit
iudicari quia tunc venit cum potestate
suscitandi mortuos sanandi infirmos
etc. cum quanta potestate arbitrari debes ipsum
venturum quando veniet iudicaturus
vivos et mortuos et omnem terram
certe omni procul maxima. De qua potestate
dictum est Dan. vii. Aspiciebam
et in visione noctis. Et ecce
in nubibus celi filius hominis
et datum est ei etc. usque concludit
potestas eius potestas eterna que non auferetur
etc. Hic etiam dicitur venturus in maiestate
~~est maiestate~~ quia si tunc gloriosus
in tantum apparuit quando trans-
figuratus est ante tres homines
ut non possent tollerare splendo-
rem maiestatis illius maxime
cum soli duo moyses et helyas
fuerunt tunc cum eo. Vis(?) [ins.: maiestate]
quanto gloriosior apparebit quando
veniet tali modo ut videre ipsum
possint omnes boni et mali. Et
cum eo erunt omnes ordines an-
gelorum et tota curia celestis
certe hec maxima maiestas erit
Sed dubitaret aliquis utrum tam
boni quam mali videbunt gloriam
maiestatis eius. Respondeo boni vide-
bunt ipsum gloriosum et in humanitate
Et cum hoc videbunt gloriam
divinitatis. Mali autem non vide-
bunt gloriam divinitatis sed tantum
videbunt gloriam humanitatis
cuius visio non erit delectabilis
sed formidabilis et terribilis. 2o
dubitaret de eo quomodo verum sit
quod dictum est descendentibus hominibus
etc. cum apostolus dicit pa Thessa.
v. cum dicent homines pax et
securitas tunc repentinus eis
superveniet interitus. Ad hoc respondit
beatus augustinus in epistola ad hesichium
quod tribulaciones precedentes adventum
christi erunt omnibus bonis et malis
sed tamen cum hoc maximas con-
solaciones pacientur electi ut sic
ecclesia que inter nomine solis et
lune videatur obscurata. Et

electi cadere videantur tamquam stelle
quia tribulabuntur. ut 2m dictum ipsum
aliquid hic dictum sit quod pertinet ad
ecclesiam. hoc est ad electos illius
temporis congregatos in presencia
fidei. scilicet erunt signa in sole et
luna et stellis. Et pro tunc reprobi
dicturi sunt pax et securitas. Sed
post tribulaciones bonorum ad
subditur pertinens ad reprobos scilicet
in terris pressura gencium. arescen-
tibus hominibus et cetera que superveniunt universo orbi.
quod est inspicientibus signis iudicii
sed post hec omnia subiungitur ad
commune bonis et malis scilicet videbunt
filium hominis et cetera. Sic igitur non est
contrarium quod hic dicitur illi dicto
apostoli. Cum dixerint homines pax et cetera.
vel posset dici sicut patet in glossa
prima Thess. v. cum dixerint homines
pax et securitas et cetera. Et post mor-
tem antichristi dabitur tempus
sabbati multorum dierum ad pe-
nitentiam. Ad hoc ut stelle hoc est
electi qui ceciderunt de statu iusticie
et gracie timore persecucionum vel
seducti falsitate magnorum signorum
possint reverti ad fidem et graciam
in quo tempore seculares et ministri
antichristi dicturi sunt uxores pro-
mittentes pacem et securitatem
adherentibus sibi atque dicentes quamvis
sit mortuus dominus noster non timeamus
propter hoc peribit mundus sed regnabimus
in pace et eternaliter secure. Et tunc
subito apparebunt signa iudicii
quibus ipsi arescent et primitus que
possint intelligi. Et quedam
interitus repentinus. Sequitur

secunda pars principalis. Hiis autem
fieri incipientibus et cetera. In qua
describitur desiderabilis premium
consolacio appetenda. et primo
Christus provocat electorum mentes
ad suscipiendam perhennem alacritatem
ro eam confirmat per similitudines
congruitatem ibi. Et dixit illis
similitudinem. Provocamus ergo mentes
electorum ad gaudium eterne vite
dum mundus terribiliter periturus
dicat. Hiis fieri incipientibus quasi
scilicet supradicta sunt. Nunc si
non terreamini vos electi nec frangam-
pactam cum gentibus depluendis
per confusione sonitus et fluctuum
maris non solum non terreamini accessatis
cum hominibus qui amant ea que
in mundo sunt pre timore et expecta-
cione que superveniunt universo
orbi. Verum eciam gaudeatis et
spretis ut exhilarati mente respi-
ciatis. quia appropinquat redempcio
vestra. Sicut enim dicit Gregorius in omelia
Caput pro mente ponitur. quia
sicut capite membra reguntur
sic mente cogitaciones disponuntur
Levare itaque capita est mentes
ad gaudia patrie celestis erigere
Qui igitur deum diligunt ex
fine mundi gaudere atque hilarescere
iubentur quia videlicet eum quem
amant mox inveniunt. dum transit
is quem non amaverunt provocat
ergo ad gaudium electos. dum
mundi finis per signa evidencia
appropinquat dicens. Hiis autem
fieri et cetera. ac si aperte dicat. 2m
eundem Gregorium ubi supra. Cum

plage mundi terrebunt. Cum terror
iudicii virtutibus commotis audit̄
leuate vos capita vestra et hylarate
corda quia non finitur mundus dum
tuus amici non estis ipse sic re
dempcio quam quesistis. Aliter
etiam spem erigit electorum
loquens aplis in psona eorum
qui tempore illius pturbacionis
ultime vivi erunt. Nam ipsa
mestitudine psecucionum et deiec
cione. ecclie que tunc toto orbe
tribulabitur habunt mentes.
deiectas et tristes quas saluator
consolatur et erigit in pmo tot
signum dicens. hys fieri incipi
entibus etc. ac si dicat eis. vos
qui angustia psecucionum afflicti
non videbatis auxilium aliqd vobis
adesse respicite. quia acceptum est
premia que sperastis. et qui prius
humiliati. capita tamen cordis
et corporis depressa habuistis
leuate capita mentis. quia ipse
est redempcio quam tota creatura
expectat. vel si sermo predictus
ad aplos quibus tunc loquebatur
refertur sic intelligi pt primus
aduentus xpi in carne fuit ad redi
mendum animas peccato obligatas
tamen facta illa redempcione adhuc
debebat remanere mors corporis
que fuit pena peccati. et sic appe
titus humanus remansit post
illam redempcionem in expectacione
redempcionis vniuersalis. que
futura est in ultima die iudicii
extremi quoniam ergo redempcio
talis est. ad quam sequitur vlta
beatitudo et pfecta. appetitus humanus
ideo xpus cum tunc compleri
ostendens. quando finis mundi appropinquabit
dixit hys fieri incipientibus sc̄
signis finalis iudicii respicite intell
ectu. integram vestram beatitudinem
et leuate capita vestra. hoc est
mentes ad complementum vestre
beatitudinis que fienda est in generali
resurreccione exhylarate quia
vestra totalis redempcio qua restau
rabuntur inmortaliter corpora
appropinquat. vnde Theophilus. Appropinquat
redempcio vestra .i. pfecta libertas
corporis et anime. Sicut enim
primus aduentus domini fuit. ad
reformacionem animarum nearum
sic sc̄s ad reformacionem corporum
celebrabitur. 2o confirmat alla
citatem pdictam similitudinis
congruitate sicut enim textus subiungit
Et dixit illis similitudinem. Vi
dete ficulneam etc. nichil a creatore
factum est corpaliter ordinatum
quod non ad quandam psignacionem
et quasi quandam scalam future
beatitudinis vel future miserie
sit expressum. vnde sicut in floribus
est quedam apparens pulchritudo
cito tamen transiens sic in eis
est quedam significacio quod gaudium
psperitatis mundi. cicius euanescat
Et ideo ipi prophe et apli floribus
iocunde apparentibus et ad breue
transeuntibus simulachra conati scrutari libros? assimila
sunt. dicente ysa. Omnis caro
fenum et omnis gloria eius quasi
flos agri. Et iab. Erit quasi

flos egreditur et contingit et multa
talia dicuntur de sanctis. Et eodem modo
successus temporum successivum insinuat
statum decurrencium ut sicut yemis
asperitati meritis verus insolita novitate
succedit iocunditas et pulchritudo
estatis ita sanctis post adversitates
quas in mundo paciuntur mediatibus
quibusdam vernantibus atque insolitis
signis iocunditas eterne felicitatis
succedat et bene salvator similitudine
convenienti denotat dicens. videte
ficulneam. et omnes arbores. In
cuius similitudinis primo transitoriam
mundi iocunditatem per transitorie
rei iocundam apparenciam denotat
Sicut enim dicit glossa in communi fructus
mundi ruina est sicut fructus floris
est eius destructio ad hoc enim
mundus floret ut quecumque in eo
flore videntur cladibus consumantur
In eiusdem etiam similitudinis
progressu. future beatitudinis spes
demonstratur cum addit Scitis. quia
prope est estas. ita et vos cum videritis
etc. longeva erit gloria beatorum sicut
comparatur estati quia tunc meroris
et frigoris vel nebule transibunt
et eterne vite dies veri solis cla
ritate fulgebunt. Unde glossa in
communi Sicut ex fructu arborum
vicina estas cognoscitur. Ita ex
ruina mundi prope esse cognoscitur
regnum dei. Vel aliter comparatur
dies ultimi adventus propinquitati estatis
quia sicut adveniente estate verus
solis appropinquans ad nos vivificat
ea que yemis frigiditas mortifica
verat. Sic adveniente die iudicii
appropinquabit ad nos verus. sol iusticie

habens virtutem vivificandi nostra
corpora. que peccati frigiditas mortua
reddiderat et abscondita. Unde pau
lus hanc virtutem verissime solis
desiderans ad philippenses iii. Salvatorem
expectamus dominum nostrum ihesum
christum qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis
sue. Vel aliter secundum allegoricum
sensum vel intellectum ut patet
per doctores. Ficulnea significat syna
gogam iudaycam. Signum ergo
quod dies iudicii prope erit est istud quod
ficulnea scilicet synagoga incipiet producere
fructus bonos et converti ad veram
et catholicam fidem quia hoc erit
tantum post mortem antichristi. Sed
attendendum est quod dixit salvator
Ita et vos cum videritis. hec fieri
supple omnia sicut alius evangelista adiungit
scitote quia prope est regnum. dei.
Inter illa quippe omnia est adventus
filii hominis. Et tunc inquit videbunt
filium hominis etc. Est etiam inter
illa signum eius. scilicet crux. Unde evangelista
alius. Et tunc apparebit signum
filii hominis in celo. Quando autem
filius hominis et eius signum sic
apparebunt visibiliter. Procerto
vicina erit finalis sentencia in qua
boni accipient regnum dei. Et
ideo bene dictum est. Scitote quia
prope est regnum dei et ita prope
quod in ianuis ut dicit matheus Se
cunda pars principalis evangelii. Amen. dico
vobis. Quoniam non preteribit etc.
In qua ponitur confirmacio predictorum
et primo quantum ad status immobilitatem
eterna non preteribit generatio hec donec
omnia fiant quod tribus modis

pt intelligi. Uno mo. pro ut per
gnaz istam intelligimus pgeniem
hominu qui tunc erant et eorum suc
cessores ut sit sensus genus homi
qui nunc mundum habitant nec consu
metur diluuio sicut factum est tpe
noe. nec subiugetur sicut egipcij
nec exterminabitur sicut sodoma et
gomorra sed pmanebit in suis
successoribus quousque omnia fiant
que predixi 2o pt intelligi de gente
iudayca ut sit sensus. gnō. hec
scz iudeorum non pribit ita q totr
sit anichilata sed pmanebit in mun
do usque ad tempus quo omnia pdca
futura sunt 3o mo pt intelligi
ista gnā. tamen gnōz ecclie sue
sancte que licet multis sit conquassata
psecucionibus tpibus et locis diuersis
tamen usque in finem mundi durabit
Et ideo non pribit donec omnia
tpus pdixit impleantur Deinde
cum dicit. Celum et terra transibunt
etc. Ponitur confirmacio pdictorum
quantum ad certitudinis firmitatem
eo q xpi verba que prolata tenuiora
videntur firmiora sunt quo ad con
implacionem fiendam q celum et
terra que in nã videntur eterna
hoc autem verbum diffusius expo
in explanacione illius cxviij ps. In
videlicet abhominacionem etc. Ideo ibi
requirere scz diuina prem ps ponit
alia introduccio et diuisio. amor
et timor sunt principales affecciones
faciendi bonum et declinandi malu
Sed timor sepe incipit ex formidine
pene. Amor autem ex beneficio
gracie et hec ppria habet fieri.

quando certitudo concurrit cum desi-
storum. Volens igitur retrahere
a malo p timorem pene et ad bonu
inducere p beneficium gracie in pnti
cao. quid formidandum et quid
desiderandum. sub affeccionis certitudine
manifestat dicens. Erunt signa. ubi
pmo timorem ~~facit~~ incutit aduentus iudicij
formidandi. 2o amorem ingerit affectus
beneficij desiderandi. ibi. hijs autem
fieri etc. 3o dubitacionem excludit
affatus testimonij acceptandi ibi.
celum et terra. Ad incuciendum autem
timorem describit pmo nouitates
luminum supiorum. Erunt signa.
2o altitates corporum inferiorum. Et in
terris pressura. 3o penalitates affec-
tuum humanorum crescentibus. 4o
stupenda mutacio affectus angelica
Nam virtutes. 5o timenda maiestas
aduentus diuina. Et tunc etc. Vide
bunt filium hominis etc. Dic factus
est homo dei filius ihesus xpus ut
in ipso totius mundi creatura sit
potius pparatus. verum. quia
hoc non statim in pmordio creatu
sed in plenitudine temporis clemencia
diuina fieri ordinauit. Ideo hec pdca
voluit ne ad nouitatem et magni
tudinem rei sancte nimis assentirent
homines non puenti. assuefacti a
dictis pnunciantibus crimus crederent
q creditum largitur salutem. Et
quoniam non minoris virtutis nec
minoris nouitatis est 2us aduentus
est q pmus ideo ipsum predicare
voluit veritas incarnata. ultimus
sicut in pmo aduentu euidencie
facti iuncta erat obuia cautela

ad ipsum et quedam gloria maiest[atis]
latentis sit in 2º. inferior creatura
patebit ad intuitum. et maiestas eius
deus in quantum filius hominis est ma-
nifestabitur universis. Et secundum
presbiterum ordinem in verbis premiss[is]
dei filius summi 2m describit adventu[m]
dicens. videbunt filium hominis
In quibus verbis ostenditur primo humanitatis
assumpte evidencia palanda. 2º.
sub[ie]ctis ut obediencia pandenda
3º potestatis collate magnificencia
formidanda. Evidencia ponenda
humanitatis assumpte notatur cum dicitur
videbunt filium hominis. Sicut enim
conveniens est ut ille qui iudicatus
est ut in ipso sit salus omnium cunctis
manifestus appareat in opibus et
in vita. Sic eciam est congruum
ut qui super vivos et mortuos iudi-
cium potestatem concepit accepit iudi-
candi in ea forma in qua iudica-
tus est cunctis appareat manifeste
propter quod dixit cum est iudicandus pro
nobis interrogatur quis erat Mathei
xv. videbitis filium hominis a dextris
sedentem virtutis et venientem
in nubibus celi. Obediencia pandenda sub
servientis creature notatur cum
subditur. venientem in nube quo-
cum ut in testimonium auctoritatis
et dominii acquisiti super ceteras
creaturas ut xpo venienti tam
in carne quam ad iudicium famulat
universa in cuius signum christo
nubium quo visus est ascendens
in celum. Veretur cum venit iudi-
care. sicut dixit angelus in die
ascensionis eius. Act. 2º. videntibus

illis elevatus est et nubes et
inf[ra] sit veniet super humilis nu-
bibus quemadmodum vidistis eum
etc. Magnificencia formidanda
potestatis collate notatur cum concluditur
cum virtute magna et m[aiestate]. Ille
idem qui iudicandus erit venit
in humilitate hominibus se conformi[s]
tunc cum tanta veniet maiestate
potencia et virtute ut contremis-
cant a facie eius quodammodo universa
quod previdens ysa. ii. dixit Ingredere
in petram abscondere in fo[vea] fossa
humo a facie formidinis domini
et a gloria maiestatis eius. Circa
primum sciendum est quod premissus
est venturus in carne visus est
advenisse in mundum. videndus.
expectatur ad iudicium. Quidam
previderunt venturum quorum
alii similitudinibus figuratis Moyses
Exo. 3. videbo visionem hanc magnam. Alii
inspiracionibus revelatis. Daniel
vii. aspiciebam in visu noctis. Alii
affectionibus inflammatis Tob. xiii.
Beatus ero si fuerint reliquie
seminis mei ad videndam claritatem
Ierusalem. Quidam viderunt venisse
quorum omnes videbunt venientem
Quorum alii ut pennam vadum
sed carne velatum. luc. 2. viderunt
oculi mei salutare tuum. Alii ut
fontalem rivulum sed transfiguratum
Jo. primo. vidimus gloriam eius
Alii ut humanum peccati sed ut ymo-
latum ibidem. Vidit iohannes ihesum
venientem ad se etc.

Iohannes autem cum audisset
in vinculis opera xpi etc. Mathei
xi. In rebus quarum sca[ncia]

noticia est. et ignorancia dampnosa
vitas diligenter inquirenda est
sed ad eam non potest citius devenire
quam per evidenciam facti. In hijs autem
scientia utilis est et ignorancia periculum
habet non tamen est dampnosa
utile est precavere suspicionem scandali
Cognoscere igitur noticia redemptoris
et scientia de ipso necessaria est ad salutem
et alius ignorancia est dampnosa
oportuit certificari de ipso quando
primus fuit in mundo quam venit. Sed
hoc non potuit melius fieri quam
per evidenciam operum. Et ideo
iohannes volens testimonium
reddere redemptori qui venerat
in mundum predicando baptizando
demonstrando ipsum digito atque inter-
rogando per discipulos eius preconium
declarantem. Sed ut facta non
verba interroganti respondeant
xpus [struck] per opera sua suam presenciam indicat
Verum quia posset aliquis male
sentire de iohanne quod scilicet ex igno-
rancia interroget. Tu es qui ven-
turus es. Removens salvator
hanc periculosam suspicionem in
commendacionem Johannis verba
convertit dicens. Quid existis
in desertum videre. Et secundum
hoc preambulum ewangelium habet
partes tres. Primo premittitur
interrogacio instructiva in principio
ewangelii ibi etc. 2o subditur oracio
responsiva videns et ait illis. 3o
excluditur suspicio dubitativa.
Illis autem abeuntibus. Premittitur
ergo interrogacio instructiva cum
dicitur Johannes autem cum audivit

Ubi occurrit considerare questionis
sive interrogacionis necessitatem, 2o
querendi congruitatem 3o questionis
utilitatem. Primo considerare
occurrit necessitatem interrogacionis
sive questionis quam monstravit
audicio detencio et opera cum dicitur
Johannes cum audisset in vinculis
opera xpi. Triplex enim necessitas
insinuatur qua iohannes motus
est ad interrogandum. Prima
quia audivit scilicet a discipulis
referentibus non sicut [struck] bene
sencientibus de xpo. sed magis
ut invidentibus ut infra dicetur
Et ideo nec [struck] habuit iohannes
mittere eos ad xpum ut eorum
ignorancia de xpo corrigeretur.
visis operibus que fiebant a xpo
ab ipso. Unde Beda non simplici
corde ut opinor sed invidia sti-
mulante sunt a discipulis narran-
tibus audivit Nam et alibi. Jo.
3o. conqueruntur dicentes Rabbi
qui erat tecum trans iordanem hic
baptizat et omnes veniunt
ad eum. Secunda quia in vinculis
existens non potuit personaliter intueri
eius opera et ex eis reddere certos
discipulos quod hic esset xpus. Ideo
per alios interrogat ut certificentur
eius discipuli quod iste cuius opera
discipuli iohannis suo magistro
narrabant cognoscerent esse
xpus venturus. Sic igitur pro-
videns iohannes sui finis propinquitatem
et nolens discipulos remanere
male suspectos de xpo. cum per se

non posset quia in vinculis erat
necesse habuit mittere discipulos
ad Christum ut bene informati de
eo post Johannis mortem Christum
sequerentur. Unde Crisostomus: Tunc
autem magis ad deum exigimus
cum incubuit necessitas. Et ideo Johannes
detentus in carcere quando disci-
puli eius indigebant Jhesu tunc
mittit eos ad Christum. 3a necessitas
est quia audivit opera non quecumque
sed talia que non potuerunt fieri
preter virtutem hominum ne igitur discipuli
ea attribuerent virtuti spiritus
maligni sicut pharisei attribue-
bant dicentes: In Belzebub Luce 11
principe demoniorum eicit demo-
nia. Hinc est quod Johannes audiens
hiis operibus mirabilibus que
fiebant a Christo interrogat eum
utrum ipse qui talia operatur sit
ille qui venturus in mundum
ut deus et homo talia faceret
virtute divinitatis et non sit
magus vel pseudopropheta qui
talia faceret consilio dyabolice
potestatis. Non ergo Johannes de hoc
interrogat quia nesciat sed ut
alios scire faceret veritatem
quam ipse noverat per spiritum prophetie.
Habuimus ergo questionis necessitatem.
Secundo considerare oportet questionis
congruitatem que innuitur in
hoc quod additur: Mittens duos
de discipulis suis. Congruus
quesitor dubiorum est ille qui pre-
cavet instructionem sit questio-
nis. Tunc vero hec interrogacio prius

fiebat propter discipulos. Nam dis-
cipuli Johannis aliquo livore
invidie movebantur et affice-
bantur quadam displicencia ex
operibus Christi quia videbant ipsum
suo magistro preferri. Et ideo pre-
vendi sunt ipsi certificandi erant
de Christi excellencia quia maior erat
Johanne propter quod pro ipsos qui certifi-
candi erant de tam necessaria veritate
interrogacio facta fuit. Unde glo-
posuerat super eum tantum. Quomodo
per miracula et doctrinam Christi
tam discipuli quam turbe instrueban-
tur audit quomodo hec instruccio
usque ad discipulos Johannis perve-
nerit. Aliter innuitur congruitas
querendi in hiis verbis quia mi-
sit duos illos, scilicet qui persua-
sibiliores erant ad credendum
et faciliores ad hoc ut bene sen-
tirent de Christo ut sibi per illos bene
instructos alii instrui possent
de noticia salvatoris. Unde Crisostomus:
Non omnes discipulos mittit
sed duos illos scilicet quos noverat
fortissimos aliis persuasibiliores
existere ut insuspicabilis interrogacio
fieret et ex rebus ipsis distanciam
discernerent inter Johannem et
Jhesum. Alia et congruitas
huius questionis innuitur in hoc quod
dixit: Misit ut interrogarent.
Si enim Johannes dixisset
discipulis suis: Ite ad Christum de
quo talia et tam magna dicuntur
quia ipse maior me est. Illi hec
audientes putassent Johannem

ex magna humilitate hoc de se dixisse
et sensisse. ac sic fuissent magis
vniti eidem et minus apti ad sequendum
xpm magistro suo relicto. In hoc ergo
quod non dicit. Ite sequimini illum quia
maior me est. sed tantum misit eos
ut interogarent eum. Et xpus eis
per facta miranda non per verba. ondit
Congruus modus fuit ipsos trahendi
ad xpm. vide c(on)tra in com. Tercia
Johannes obtinens erat. q(uia) studium
facit. Et enim formidabit ne relin
quet in discipulis prioris. doctus gdioz
et maneant abiecti a xpo. cum et
a ph(aris)eis omnes suos afferre studuit
Si autem dixisset eis abite ad xpm
quia melior me est. non utique per
suasisset. sed extimaretur humilia
de se sentiens hec dicere et sic ei
magis erunt affixi. Quid igitur facit.
expectat ab eis audire quod xpus mira
bilia facit ut sup(er) p(ro)prio eorum relac(i)o(n)es
facilius et congruencius eis ondat
excellenciam xpi et ad eius noticiam
eos producat. 2o occurrit considerare
quesiti utilitatem de qua dicitur
dic illi. Tu es qui venturus es
an alium expectamus. Et hanc
utilitatem manifestat exi(st)encia per
indiuina paciencia. Exi(st)encia quidem
rei de qua sit interogacio. Tu es
Omne instabile et fluens per dep(endenciam)
firmum et stabile. habet necesse sub
stentari. Et ideo utilitas est rei
que per se stare non potest quod cognoscat
rem per quam debeat stabiliri
quia igitur sicut nos homines sicut
et alie res create sumus instabiles
et quasi non entes quemadmodum

dicitur ysa. xl. Ecce. vos estis. ex
nihilo et opus vestrum ex eo quod non est
ideo per existenciam illius qui vere est
indigemus sustentari. Magister
Johannes sciens xpi excellenciam
quia ipse est qui per semet ipsum
habet esse filium suum et a quo
firmari indigemus. sic ab eo acci
pimus esse. interogat per discipulos
Tu es. ut discipulos instruat de
vera exi(st)encia xpi ipse enim est
qui veraciter habens esse nomen
eciam sibi ipsi ascripsit. Exo. 3. Ego
sum qui sum. et iterum ad moysen
Sic dices filiis israhel. Qui est
misit me ad vos. magna ergo necessitas
est scire firmam exi(st)enciam xpi. 2o
manifestat hanc utilitatem. dei
prudencia de qua subditur. Qui
venturus es etc. Prima gravius humanum
alio suggerente cadebat. prudit
deus ut alio relevante resurgeret
Sed tamen quia hoc disponebat
facere tempore congruo. Ideo ne
saucii in magno tedio frangerentur
promisit se venturum ad talem
reparacionem vel relevacionem imple
dam. Sed quia non poterant compre
hendere noticiam plenam modi
quo erat venturus propter sacramenti
profunditatem. Ideo nominabat xpm
qui venturus est. sicut patet abacuc
ii. Post modicum qui venturus
est veniet. Et ideo iohannes
modum communem sequens de nomine
quo a prophetis prioribus xpus
fuerat ut plurimum nominatus dixit
Tu es venturus es ut salvet

1. veniens veniet
et non tardabit

al(ias) mis(it)

generis humani. Unde Cyrillus. Cum
seremus facere scripture. Hunc quidem
predicat venturum tamquam deum
et dominum. Alii vero missi sunt
sicut famuli ante ipsum. Ideo enim
salvator et dominus a prophetis nominabatur
qui venit vel qui venturus est
iuxta illud ps. Benedictus qui
venit in nomine domini. 2o indicatur
hanc utilitatem patientie de qua dicitur
an alium expectamus. Sanctorum
quippe priorum mens inter duo posita
erat, scilicet inter desiderium redemptionis
et considerationem dispositionis
ita quod desiderium redemptionis
incitabat eos ad appetendam properantiam.
Consideratio tamen divine
dispositionis quem sciebat tempus
mittendi redemptorem sibi ipsi
refrenasse incitabat eos ad tolle-
rantiam. Et ideo patientiam
expectantes quando tempus impleretur.
Utilitatem et fructum
ex tali patientia consequebantur propter
quod bene dicebat Abacuc 2o. Apparebit
et non mentietur si moram fecerit
expecta eum quia veniens veniet
et non tardabit. Inter prophetas
itaque se precursor connumerans
dicit an alium expectamus. Sed
queret aliquis utrum Iohannes
dubitavit de aliquo circa Christum propter
quod misit discipulos dicens illi
Tu es qui venturus es etc. Et
videtur quod sic. Quia Gregorius in omelia et
Bedam voluit scire utrum per se
ipsum ad inferos descensurus
esset sicut per se ipsum venit in

mundum. Contrarium videtur quia
cum Iohannes fuit propheta quo maior
inter prophetas non surrexerit ut patet
Luc. vii. Non ignoravit articulos
future fidei ymmo iam accepta quos
alii prophete sciverunt. Sed descensus
ad inferos est unus de illis qui ab
aliis scitus fuit ergo etc. Dicendum
est quod circa hoc multi sunt modi
dicendi. Beatus Gregorius et Beda sentire
videntur quod quesivit Iohannes
utrum Christus per se ipsum descensurus
esset ad inferos sicut per se ipsum
venerat in mundum ita quod non
dubitavit ipsum esse redemptorem
mundi. Sed tamen utrum ad inferos
descenderet. Nec obstat quod iste sit
articulus fidei quia aug[mentatio] articulorum
pertinentium ad quantitatem
facta erat. Nec fuit necesse quod prophete
omnes illos articulos expresse
cognoscerent sed aliquos tantum.
Vel posset dici aliter scilicet quod Iohannes
non dubitavit de descensu Christi
ad inferos nec Gregorius dicit eum dubi-
tasse. Sed ideo interrogat tu es
qui venturus es etc. ut sciat hic an
debeat ipsum nunciare inferis
sicut mundo nunciavit ac si dicat
sicut venisti in mundum ita venturus
es in infernum. Sicut ergo nasciturum
te mundo nasciturum precucurri et
mundo nunciavi debeo te nunciare
venturum vel descensurum ad
inferos ad quos moriendo te precedo.
Unde Gregorius. Verba quibus videbatur
dixisse quod Iohannes hoc nesciverit
ut sciret si Christus per se ipsum.

qui non delinques
animam in inferno
eduxisti ab inferno
animam meam

ad infimum descendet. sicut per se
ipsum venerat in mundum. Ex
ponens subdit. Tu es qui ve
turus es etc. ac si aperte diceret
Sicut pro hominibus nasci dignatus
es an etiam pro hominibus mori
digneris insinua ut qui nativi
tatis precursor extiti mortis etiam
precursor fiam et venturum inferno
te nunciem quem iam venisse
mundo nunciavi. Et si obicias quod
non fuit quod inferis hoc nunciaret
Dicendum quod non propter aliud. fuit hoc
conveniens nisi propter consolationem
sanctorum qui detinebantur in loco
illo ut audito propinquo descensu
sue liberationis consolationem cita
perent expectatam. Alius modus
dicendi est circa hoc. Unde beatus augustinus
in questionibus novi testamenti
in duobus capitulis etc. iohannes
non interrogat christum. Tu es qui
venturus propter se sed propter disci
pulos qui nec bene sentiebant
de christo nec habebant fidem de eo etc.
hii aliquo livore invidie move
bantur ut ex interrogatione illa
instruerentur per illa opera et bene
informarentur de christo et sic non
ex sua dubitatione iohannes inter
rogat christum sed propter dubitationem
discipulorum. Et in hac expositione
concordat crisostomus yllarius et multi
doctores. yllarii verba sunt hec
Creditum est quod qui venturum
ut precursor nunciavit consistentem
ut propheta cognovit adeuntem
ut confessor veneratus est eius

habundanti sancte error non obrepsit
nec sane credi potest spiritus sancti gratia sancti
ficatum in carcere posito defuisse
cum apostolis lumen virtutis sue
esset in carcere positis ministraturus. Iohannes
igitur non sue sed discipulorum
ignorantie consuluit. ut enim
scirent non alium a se predicatum.
ad opera eius intuenda discipulos
suos misit ut auctoritatem dictis
suis illius opera conferrent nec christus
alius expectaretur quam cui testimonium
opera prestitissent. Unde et ieronimus
huic opinioni consentiens dicit
Non quasi ignorans. Sed quomodo
salvator interrogat ubi sit lazarus
positus ut qui locum sepulchri
indicabant saltem sic pararentur
ad fidem et viderent mortuum resur
gentem. Sic et iohannes interfi
ciendus ab herode discipulos suos
mittit ad christum ut per hanc occasionem
videntes signa atque virtutes cre
derent in eum. et magistro interrogante
sic discerent. Alius modus est
dicendi quod iohannes hoc quesivit
hoc ex pietate. Et hoc ambrosius sensus
sensisse videtur ita quod sicut petrus
ex pietate motus est cum dicit
Mt 16 Absit a te domine propitius esto michi tibi
domine non fiet istud. Ita iohannes
ex quadam stupenda pietate
interrogat christum de sua passione
Sequitur 2a pars principalis lectionis evangelii
Et respondens ihesus dixit etc.
In qua describitur operatio eximia
per quem christus ostendit multimode commotio
nes et questio iohannis et dubitatio. nunc ius

quidem quia ex operibus auditis
de quibus discipuli xpo inuidebat
motus est iohannes ad interrogandum
per discipulos ut bene informaretur
de ipso talia operante Et ideo huic
motiuo saluator respondens quasi intel
ligeret mentem iohannis non dicit
suis discipulis. Ego sum qui ven
turus sum. Sed operatur talia que
nemo alius nisi xpus ipse potuit
facere. Et ideo sicut dicitur luce vii
In ipsa hora curauit multos a lan
guoribus et plagis et spiritibus
malis et cecos multos donauit
visum. Et hoc est quod dicit Crisostomus
xpus autem sciens mentem iohannis
non dixit quia ego sum quem per
hoc rursus obsisteret hic audientibus
Excogitassent enim et si non
dixissent quod iudei ad ipsum dixerunt
Tu de te ipso testimonium perhibes
testimonium tuum non est verum
et propter hoc annunciabilis factus
fecit eos discere in suspicabilem
doctrinam faciens et manifesti
orem testimonium quod est a rebus
credibilius est testimonio quod est
a verbis. Unde confestim curat
cecos et claudos et alios multos
non ut doceret iohannem saltem
sed hos qui dubitabant. Sicut
igitur alias xpus volebat testimonium
de se recipi non per verba sed per
opera dicens Si non facio opera
patris mei io x Nolite credere
michi Ita et hic quia ipse sit
qui venturus erat operibus

attestatur Secundo respondet intento
Johannes dicens. Euntes renunciate
iohanni que audistis et vidistis ac
si diceret Intencio iohannis est non au
dire verbis quod sum qui venturus
est. Sed audire quod vos mea opera
videtis. Et ideo euntes renunciate
ei que me operari vidistis et que
me ab aliis fecisse audistis. Intencio
quidem iohannis in proximo decollandus
fuit ut eius discipuli non remanerent
sine fide xpi propter quod sub tali intento
discipulos mittit ad xpum ut visis
operibus et miraculis que fiebant
ab ipso et auditis que alias fecerat
disponerentur ad recipiendam xpi fidem
propter quod tali intento respondit dicens
Euntes hoc est reuertentes ad
iohannem renunciate ei que audistis
et vidistis. Tercia racio eius intentum
ipsa sunt sufficiencia manuducere
uos ad id quod intendit et propter quod vos
misit. Tercio respondet quesito iohannis
dicens Ceci vident claudi ambulant
etc. Quesiuerat enim Johannes
Tu es qui venturus es an alium
expectamus ut xpus similiter non
per verba sed per operum euidenciam tamen
discipuli Johannis cognoscerent
hunc esse xpum qui talia poterat
operari. In ista vero responsione indicauit
xpus ihesus se esse illum qui venturus
erat dupliciter primo per testimonium
operum que in vita gerebat. Secundo ex
testimonio operis quod in morte facturus
erat ubi est qui non fuerit scandalizatus
in me. Primo igitur indicat se esse
illum qui venturus erat ex testimonio
operum que faciebat in vita dicens
Ceci vident etc. Cum enim predicti

Tunc aperientur oculi cecorum
et aures surdorum patebunt tunc
saliet sicut cervus claudus et
aperta erit lingua mutorum

fuit per prophetas quia tempore illo
quo salvator omnium veniret in mundum
sanitates et remedia contra mor-
bos corporales et contra morbos
spirituales hominibus conferrentur. Hic
est quod idem salvator se advenisse
manifestans per collationem et operum
predictarum sanitatum discipulos
Johannis ad suum adventum noticiam certius
ex promissorum operatione perducit
dicens. Ceci vident etc. ac si aperte
diceret. Dum ea que per me fieri debent
in ~~mundum~~ tempore mei adventus
in carne perfectas quod ipse sum qui ven-
turus sum ex ipsis operibus manifesto.
Nam ceci vident per me lumine eis
solo iussu vel tactu vel luto linitione restituto.
Hoc autem per me fiendum Ysaias xxxv
predixit. Tunc inquit aperientur oculi
cecorum. Ex quo ergo hac fiendum
ipse propheta predixerat in illo tempore
in quo veniret ille quem expecta-
bant omnes electi dicens. Ecce
deus vester deus ultionem adducet
retributionis deus ipse veniet
et salvabit nos. Tunc aperientur
oculi cecorum. Constat ex hoc quod
per me ceci redeunt ad lumen. Item
ceci vident quod ipse sum qui venturus
sum et nullus alius salvator debet
amplius expectari. Oportet in hoc tem-
pore implendo quod ipse Ysaias predixit.
Possit dici quod alius expectatur.
Item alia que idem predixit tunc
fienda non sunt facta sicut est quod aliud
opus ab ~~[illegible]~~ eodem propheta predictum
adimpleo. Item claudi ambulant
me ipsis prestante gradiendi
virtutem iuxta prophetiam eiusdem

qui ibi dicimus subiungit. Tunc
saliet sicut cervus claudus. Nec
ista duo solummodo sed etiam alia
fienda predixit illum qui venturus expec-
tatur operando perfectos. Item per me
leprosi mundantur. Non enim tantum
illa que verbis predicta erant
de venturo ad salutem mundi ipse
dei filius incarnatus debuit operari
sed etiam illa que figurativis operibus
erant ostensa debuit adimplere
propterea quod discipulos transeuntes
per blada et segetes permisit evellere
spicas et confricanda comedere
quamvis quod sabbato non licebat secundum
legem ut impleret prophetica actione
qua David panes illos assumpsit
in cibum quos non licebat comedere
nisi solis sacerdotibus atque per hoc
in utroque actu ipse actor nature manife-
staret quod extrema necessitas compellandi
nam nullis legibus est subiecta.
Sic igitur Christus sic debet implere
ea que promissa sunt fienda
per eum quod debet imitari figuras
que precesserunt. Precessit autem
figura in veteri testamento de mun-
datione lepre spiritualis et de sanitate
a lepra corporali debuit Christus in
novo testamento utramque lepram
mundare. In eo ergo quod mihi leprosi
mundantur insinuatur quod ille appa-
ruit in mundum per quem debuit
lepra sanari ac si diceret eis Christus
per hoc quod cum aliis operibus que de
me predicta sunt. Etiam figuras
de sanatione leprosorum adimpleo
ex impletione figurarum manifestum est
quod ille qui promissus est venturus

iam venit. et quia ipse est. sum
nec alius debet a vobis amplius
expectari // Sed ut omnia ondant
fieri prius que per illum qui vobis
est predicta sunt fienda Ideo surdi
audiunt me illis restituente au
ditum virtutem. ita enim predictum
est per eundem ysa xxxv. Et aures
surdorum patebunt. Verum quia
summum opus quod soli virtuti divine repugnat
eum ad predicta omnia aliquo modo
potest virtus actis attingere. scilicet
resuscitare mortuos. quia mortui
resurgunt ad meum imperium suscitati. Ex hoc manifeste colligitur quod sum
ipse ille qui ex divinitate et humanitate
consisto. Ita quod divinitas latens in
carne patenti omnia que dicta sunt
salubriter operatur. Verum ut
ex doctrina sicut ex operibus cognosci
possit quod ipse sum qui expectabatur
venturus. Ideo pauperes ewangelizantur sicut predixit ysa lxi^m
aliam translacionem. Spiritus domini
super me eo quod unxit me. Ewangelizare pauperibus misit me. Potest
autem multis modis intelligi hoc
quod dictum est pauperes ewangelizantur
uno modo sic ante adventum christi
promittebantur hereditas. possessio
et alia bona temporalia ac terrena
observatoribus legum dei. tempore
autem christi tamquam doctoris celestis
contemptus mundalium predicari
debebat. Et ideo ab ipso contemptu
incipiens nascendo. vivendo et predicando. pauperes elegit pauperes voluit habere sequaces. Venite inquit

post me. math. iiii. faciam vos fieri
piscatores hominum. Et iterum luc.
xiiii. Nisi quis renunciaverit omnibus
que possidet non potest esse meus discipulus. Ex hoc ergo potest intelligi
quod pauperes ewangelizantur. quia
eliguntur ad sequendum eum qui
ut ditaret homines in celo se ipsum
fecit pauperem in hoc mundo. 2°
modo potest intelligi pauperes ewangelizantur. i. predicantur et laudantur
iam esse beati math. v. Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum. Et attendas quod in aliis
in beatitudinibus non dicitur quod
iam sint beati sed de futuro promittitur eis premium suum ut possidebunt terram et videbunt deum
et sic de aliis. pauperibus autem
iam dictum est de presenti quod ipsorum
est regnum celorum ergo soli
pauperes ewangelizantur. hoc est iam annunciantur beati premium de presenti unde
B. in quodam sermone de adventu
qui sic incipit. dignum est fratres
exponens illud ps. Penne columbe deargentate. dicit quod penne
sunt operaciones quibus argentatur
christi humanitas. Subiungit autem
quod magna penna est ipsa paupertas
qua tam cito volatur in celum
Nam aliis virtutibus que sequitur
promissio futuro tempore indicatur
paupertati non tam promittitur quam donatur.
unde in presenti tempore donatum
est annunciatum est quia ipsorum
est regnum celorum. cum in ceteris
sit promissio de futuro. 3° modo potest
intelligi pauperes ewangelizantur

intus gracia sancti spiritus illustrantur.
ne sic non confidant diuites
vel potentes huius seculi in diuiciis
vel potestatibus. quia sola natura ad
deum. conuersa per bonam voluntatem
coram qua omnibus mundamus careat
acceptatur. et sic predicatur et annunciatur
accepta. Vnde Jeronimus pauperes
autem ewangelizantur id est vel
pauperes spiritu vel certe opibus pau
pes ut nulla inter nobiles et
ignobiles. diuites et pauperes
in predicacione distancia sit. hic
ingenii rigorem hic preceptoris indicat
veritatem. quando omnis apud eum
qui saluari potest equalis est. Deinde
cum dicit. Et beatus est qui non
fuit scandalizatus in me. ostendit
se ex illum qui venturus erat
et hoc ex omnibus que facturus
erat moriendo aliqui enim vi
dentes opera christi crediderunt in
eum et aliqui scandalizati sunt ipsum
tamen videntes ipsum tunc indig
pati et tam vile mori scandalizati
sunt amittentes fidem quam de
ipso prius ex operibus acquisiuerant
et ex doctrina quod hoc preuidens
idem christus cum appropinquaret
ad finem dixit capitulo xxvi. Omnes
vos scandalum patiemini in me
in ista nocte. Beatus igitur
ille qui non fuit scandalizatus
in me quia ille veram et perfectam
fidem de me habet cum crucis
mee supplicium non auferret
fidei sacramentum. vnde glossa in
eum visis tot signis tantisque

virtutibus non scandalizari
quisque potuit sed admirari. Sed
infidelium mens graue in illo
scandalum pertulit. cum eum
post tot mirabilia morientem
cor. 1 vidit. vnde paulus dicit. Nos
autem predicamus christum crucifixum
iudeis quidem scandalum.
gentibus autem stulticiam
Stultum quippe visum est hominibus
ut pro hominibus auctor vite
moreretur. Et inde contra eum
homo scandalum sumpsit. vnde
ei amplius debitor fieri debuit.
Nam tanto dignius deus ab
hominibus honorandus erat quanto
pro hominibus et indigna suscepit
pat. Quid est ergo dicere. Et
beatus qui non fuerit scanda
lizatus in me. vbi aperta voce
abieccionem mortis sue humi
litatemque significauit ac si aperte
dicat. Mira quidem facio sed
abiecta perpeti non dedignor qui
ergo moriendo te sequor [sequor] subsequere
cauendum valde est hominibus
ne in me mortem despiciant
qui signa venerantur. hec glossa
Aliter autem potest intelligi quod dicit
Beatus est qui non f. s. in me
Aliqui enim videntes vitam
christi communem et natiuitatem
pauperem non poterant comprehendere
eumdem. Vnde tantum haberet
virtutem tantam etiam haberet
sapientiam. Et ideo quidem scan
dalizabantur in eum. sicut
patet capitulo vi. vbi dicitur quod

multa videntes admirabantur
in doctrina eius dicentes. Unde
huic omnia hec omnia et que sapientia
que data est illi et virtutes
tales que per manus eius efficiuntur.
Nonne iste est faber filius
marie frater iacobi et ioseph
et iude et symonis. Nonne et
sorores eius hic nobiscum sunt
et scandalizabantur in eo. Alii
autem non valentes comprehendere
causam operum nec credentes in eo
aliquid divinum attribuebant opera
eius virtuti spirituum malignorum
et sic turbabantur et quasi scan
dalizabantur in eo dicit ergo.
Beatus qui non fuerit scandalizatus
in me. hoc est dicere. Beatus
ille qui infirmitatem carnis
quam videt vel propter virtutem
quam non comprehendit. non
assumpserit in me occasionem
non credendi vel non incurrerit
maliciam detrahendi. Et ex hoc
latenter commendat iohannem qui
ipse non fuerat scandalizatus
in christo ymo eius divinitatem
fuerat veneratus et eius ex
cellenciam admiratus et ut disci
puli eius in eodem christo scandali
zationem non acciperent propter hoc
eos ad christum transmisit. Et hoc
est quod dicit ylarius. Itaque car
ceri iohannes carnisset audit
dicens. beatos eos quibus ad
scandali in se non fuisset. quia
morti eius sic ne scandalizaretur

discipulos suos iohannes ut christum
audirent misit. Vel aliter scanda
lum littera est impactio pedum
ex qua quis patitur ruinam vel
lapsum. In illa ergo re quis scan
dalizatur ex qua assumpserit occa
sionem ruine. Quando ergo
aliqui moti ab operibus. vel doc
trina christi. vel per invidiam. vel
per maliciam indebito modo senciebant
vel loquebantur de christo scanda
lizabantur in ipso. Et quoniam
discipuli iohannis. aliqui passi fue
rant ex predictis audientes opera
christi aliquo modo scandalizati sunt
in eo. Ostensis ergo suis operibus
christus percutit opinionem discipulorum
iohannis qui non perfecte de christi
operibus senciebant. Quando dicit
Beatus est qui non fuerit scan
dalizatus in me. Et hec est sententia
Jeronimi dicentis. Juxta mitos
percutit qui enim scandalizabatur
in ipso dubitacionem eorum non de
divulgans et sub eorum consciencie
decliniis cordis cognitionem eorum
latenter induxit. Sequitur
textus per prius (?) lectio. Illis autem
abeuntibus etc. In qua excluditur
suspicio dubitativa. Turbe enim
audientes et videntes quod iohannes
qui tot dixit de christo. Ecce agnus
dei etc. Nunc misserat nuncios
ut interrogarent christum. Tunc eos qui
venturus es. potuit suspicari
de iohanne quod mutatus esset
ab opinione et noticia quam prius
de ipso habuerat ne igitur hoc
faciliter et leviter suspicarentur

cum de christo per signa que viderunt certificati sunt sed oportebat et turbam sanari

de eo certificat astantes de constancia
iohannis et hoc est quod crisostomus dicit
retractum ad discipulos iohannis satis
factum est certificati que ex utroque
discipulorum iohannis multa ignorancia
sub intellexit ignorans intencionis
consilium. poterat enim dicere qui tanta
testatus est de christo per signa que videbat
aliter persuasus est nunc et dubitat
utrum sit ipse. ulterius quia christus
statim concluserat in illis verbis
que mittebat nunciandam iohanni
de veritate iohannis et infra
Beatus est qui non fuerit scandali
zatus in me. poterat circumstans turba
opinari iohannem aliquam noticiam recessisse
quam de christo habuerat. et de eius operibus
nunc scandalizari quod christus vero
veniens dixit illis abeuntibus scilicet
discipulis eius et hoc modo adi
mat yllarius dicens. atque ne
illud quod iniuste presumat referri
passet ad iohannem tamquam scanda
lizatus esset in christo subditur Illis
autem abeuntibus. Omne autem
primo non sive 2o continuet postea
ista verum est quod in ea removetur
suspicio turbarum. circa quam
primo describit oportunitatem temporis
2o commendacionem iohannis quod
existis. Describit ergo primo
oportunitatem temporis dicens
Illis autem abeuntibus. scilicet disci
pulis iohannis. cepit ihesus dicere
ad turbas de iohanne. Ex quo conse
quitur christus secundum crisostomum in omelia
ne videatur homini adulari dans
exemplum nobis ut potius in
absencia eius quam in presencia hominem
commendemus eiusque enarremus
virtutes. Deinde cum addit sed

existis in desertum videre. describit
commendacionem iohannis circa quam
commendat eum de quinque. primo
de claritate fame. cum dicit quid existis
in desertum videre. 2o de firmitate
constancie arundinem vento agi
tatam. 3o de austeritate vite sed quid
existis videre hominem. 4o
de dignitate sciencie. sed quid existis
videre prophetam. 5o de sublimitate
gracie. hic enim de quo scriptum est
Commendat igitur ipsum primo
salvator a claritate fame dicens
Quid existis in desertum videre
cogitacioni enim turbarum quam
cogitabant ex ignorancia non ex
malicia iohannem opinionem mu
tasse de christo tacite videt salvator
videns ex hiis que ipsi erga iohannem
fecerunt quod non erat inconstans
et levis in iudicando et cognoscendo
sed sicut fama divulgata erat
de ipso perfectus fuit et in opere et
verax in verbo ac si diceret turbe
secundum quod ait Crisostomus in omelia propter quid
civitates dimittentes convenistis
in desertum. Non enim plebs tanta
cum tanto desiderio in heremum venisset
nisi magnum quendam mirabilem
et petra solidiorem videre se exti
masset. fama igitur sanctitatis
que vos attraxit in desertum eum
manifestat commendabilem et non
levem. 2o commendat eum de
firmitate constancie cum addit
arundinem vento agitatam. Sicut
cognita primo postmodum despicitur
ex vicio instabilitatis. sive incon
stancie et talis inconstancia potest
interdum causari ex amore

laudis uel ex timore molestie
atq(ue) aduersitatis a v(er)itate vende
instabilis est ac arundini vento
agitate similis. Primu(m) g(er)o dicu(n)
q(uod) saluator co(m)mendat iohannem
excludit ab eo. est leuitas p(ro)pter
quam poterat extimari opinionem
mutasse de xpo. vnde c(ri)so(stomus) in om(elia)
vide quomodo crimen aliam p(er)tinet
tens remouet a iohanne leuitate
de qua turbe dubitabant dicens
arundinem vento agitatam q(uod) sal
uator non asserendo sed potius
negando inducit sicut enim dicit
G(regorius) in om(elia) arundinem quippe mox
ut aura contigit in partem aliam
flectit per quam carnalis animus
designatur qui mox ut favore uel
detractione tangitur in partem
q(ua)libet inclinatur. Si enim ab hu
mano ore aura favoris flauit
illarescat extollitur totumque se
quasi ad gratiam inflectit. sed
si inde ventus detractionis erupit
unde laudis aura veniebat mox
hunc quasi in partem alteram
ad vim furoris inclinat. Sed arundo
vento agitata iohannes non erat
quia hunc nec blandum gratia
nec cuiuslibet detractionis aura
asperum faciebat nec p(ro)sp(er)a hunc
erigere nec aduersa nouerat
inclinare. Arundo igitur agitata
vento iohannes non erat q(uia) a statu
sui rectitudinis nulla rerum va
rietas inflectebat. vel aliter
commendatur hic iohannes a stabi
litate quia arundo vento agitata
non fuit. arundo enim p(ro)prie
facile flexibilis ~~vel~~ est a statu in
statum. Causa autem sit intus vacua

cui g(loria) ul'
z vento lau
dis atq(ue) p(ro)s
pitatis u(e)l
v(e)nto moles
tie atq(ue) &c.

extius minimum elevata. Si autem
intus plena fiet et extius depressa
consistet a statu sui rectitudinis
vento flante difficilius mouetur
Cum ergo intus vacuus sit gratia
extius per ambitionem erigitur fa
liter quolibet vento vel favoris
vel timoris uel ire a p(er)seuerantia
prioris opinionis mouetur. Cum
autem intus plenus est gratia
extius p(er) reputationem et cognitionem
sui humilis redditur talis a statu
virtutis nescit immutari. Et quia iohannes
intus plenus virtutibus extius
humilis fuit tam factus q(uod) dictus
arundo vento agitata dici non potuit
ut leuitate mentis de xpo ambigeret
qui prius ipsum p(re)cursor demonstrauit. Secundo
commendatur ab austeritate vite. cum
additur Sed quid existis videre hominem
mollibus vestitum In hominibus vi
demus sepe contingere q(uod) aliqui ex
eis ex naturali complexione uel ex p(ro)pria
consuetudine tam leues et insta
biles sunt q(uod) quolibet fauore vel
qualibet detractione leui p(ro)sp(er)itate
vel aduersitate a statu sui rectitudinis
flectuntur et tales arundini sicut
supra dictum est comparantur de quibus
iohannes non fuit. aliqui autem
hanc passionem patiuntur ex hoc q(uod)
vita voluptuose et delicate fouent
ipsos studiose insurgunt ita q(uod) tales
cum non sint mobiles nec insta
biles ex natura fiunt tamen ex
voluptuosa vita instabiles. Causa
igitur mobilitatem que ex naturali
quadam leuitate p(rouen)it inter hominibus q(ue)
excluserat a iohanne ne posset
dici q(uod) ex vita deliciosa p(ro)ueniret

factus erat instabilis adiungit
Sed quid existis videre hominem mollibus
vestitum. quasi dicat Non existis
videre hominem qui licet ex natura
non sit instabilis tamen factus
instabilis ex deliciosa vita. Sed talis
enim non aufert mentis constantiam
aliqua illicebra carnis. Quia et
pilis camelorum induitur et molli-
cem vestis negat illi locus deserti
quia qui mollibus vestiuntur non
in deserto habitant. Sed in domibus
regum sunt. Et ideo Crisostomus in omelia
huic exposicioni concordans dicit
Non posset aliquis dicere quod iohannes
quidem constans erat sed postea
lassatus serviens factus est mo-
bilis Sicut enim aliquis est iracundus
natura aliquis per infirmitatem longam
sic aliqui sunt mobiles per naturam
alii vero lassati serviendo mobiles
sunt. Johannes autem nec natura
mobilis erat propter quod dicebat Non ex-
istis videre arundinem vento agi-
tatum. nec lassatus dans se ipsum
perdidit quam habebat excellentiam
Quod enim non servierit lassatus
monstrat stola solitudo et carcer
Si enim vellet mollibus vestiri
non heremum habitasset sed regum
pallacia. Quia quidem mollibus
vestiuntur in domibus regum sunt
Insinuat autem hiis verbis salua-
tor quod predicator penitencie non debet
vitam mollem sed austeram as-
sumere nec domos regias vel fa-
vores mundanos appetere sed pocius
loca in quibus viget paupertas
et devocio frequentare. Et ideo
dicit Jeronimus quod ex hoc quod saluator
dicit ostenditur quod predicator vitam au-
steram et rigidam debet aulas regum
et mollium hominum pallacia declinare
Quarto commendatur iohannes
a dignitate cognicionis et scientie
cum dicit. Sed quid existis videre
prophetam. Etiam dico vobis. Et
plus quam prophetam. A stabilitate quoque
veritatis agnite posset removere
hominem non sola levitas mentis
que datur intelligi per arundinem
nec sola voluptuosa vita que datur
intelligi vestimentorum molliciem
sed etiam ignorancia veritatis
prius affirmate. Vecordium enim
animorum est ut quando cognoscit
se errasse in assercione alicuius
dubii veritatem provocent illud de-
bito loco tempore et modo Johannes
igitur si per ignoranciam aliquando
verum asseruisset de christo tunc velle
fuisset ponere illud sub dubio donec
ad noticiam eiusdem plenarie devenisset
ne igitur credi possit a turbis quod
per ignoranciam prius iohannes aliud
de christo sensisset de quo nunc dubi-
tans per discipulos certificari voluit
adiungit saluator. Sed quid existis
videre prophetam. qui videlicet futura
de me veraciter annunciaret. Etiam
dico vobis plusquam prophetam. qui non
solum veritatem futuram predicit
verum etiam qui veritatem presentem
demonstraret. dicens Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi. Unde
Gregorius in omelia prophete ministerium est
ventura predicere non autem

demonstrare. Johannes ergo plus
quam propheta est quia enim quem
precurrendo prophetaverat etiam
ostendendo monstrabat. Vel dicitur
iohannes. et plus quam propheta quia
enim hoc quod prophetavit christum venturum
post se et demonstravit ipsum venisse
etiam ipsum ministerium gessit bap
tismatis noui tangens sanctum de
cernens quod nulli unquam de prioribus
prophetis concessum fuit nisi forte
sancto symeoni. Vel dicitur
iohannes plus quam propheta quia
videlicet officium propheticale quod habuit
officium etiam angelicum meruit
obtinere de quo statim subiungitur
hic est enim de quo scriptum est
Ecce ego mitto etc. In quo commendatur
sublimitas gracie. Ubi primo commen
datur a gracie sublimitate. hic
est enim etc. 2o ab operis instrenui
tate probabit. Commendacio autem
predicta est tamen ad utrumque. scilicet
graciam et opus optime conve(ni)t
in hac locu iohanni. Volebat
enim salvator instruere turbas
quod iohannes non mutaverat
opinionem de veritate prius acta
et divulgata de christo quia hoc
non competebat sibi ex levitate
enim non erat arundo agitata
vento nec ex vite curiositate
sive voluptate enim non erat
vestitus mollibus nec etiam
ex ygnorantia est enim quod erat
plus quam propheta. ne igitur credi
posset hoc fuisse ex carentia
gracie vel negligentia domini

accepta commendatur a sublimitate
gracie angelice et ab exercicio operis
strenue. A sublimitate gracie enim
dicitur. hic est enim de quo scriptum
est super Malachie 3o Ecce ego verba
sunt patris ad filium mitto angelum
meum scilicet iohannem ante faciem
tuam. hoc est ante noticiam
tuam et vere angelus dicitur
qui graciam acceptam non dese
ruit sicut nec angelus ad deum
conversus ipsum deserere voluit
et instar angeli virginitate
pollet fideliter ministerium sibi
iniunctum exequitur misteria secreta
fideliter et veraciter aperit. et
in omnibus dei voluntatem ad
implet. Et ideo quia talis ange
lus id meus specialiter dicitur esse
iniunctus. Ecce inquit mitto ange
lum meum. Quasi quem ad hoc ipsum
mitto ut tibi filio incarnato
testimonium perhibendo te mundo
manifestet. Ideo ante faciem
tuam prohibit. sed ne dici possit
quod per negligentiam obmittat
officium sibi iniunctum et mittat
summam prius de veritate prolatam
ideo subiungitur quod strenue exer
cebit viam tuam ante te. Ex
hac itaque strenua operacione patet
quod iohannes fuit plus quam propheta
omnes enim prophete priores preces
serunt christum sola annunciatione
iste autem enim hoc quod christum an
nunciavit corda hominum faciendo
ad recipiendum christum ~~viam ante~~
~~christum~~ preparavit. preter quod dicitur mitto

^ i. sic pervia corda hominum faciendo ad re
cipiendum christum viam ante christum preparavit

plus q̄ propheta. unde glo. preparabit
viam tuam / Prima tibi reddet corda
auditorum penitentiam predicando
et baptizando. hoc enim illud est
preparatum operis de quibus propheta
dicit preter ipsius iohannis. luc. 1.
Tu puer propheta altissimi voca
beris preibis ante dominum parare
vias eius.
Miserunt iudei ab ihero
solimis sacerdotes et
levitas ad iohannem. Omnia
ea que ad finem sunt debent
ordinari ad ipsum et eidem fi
ni attribui. Sicut quia folia
flores. et rami in arboribus
sunt propter fructus debent ordi
nari ad ipsos multiplicandos
conservandos et sustentandos
sicut etiam domus fit ad hunc
finem ut ab ymbribus et anima
libus protegamur et ideo ad hunc
finem debent tectum parietes
et cetera que ad domum pertinent
ordinari. Quoniam inter alios
sanctos qui precesserunt christi
adventum. Iohannes baptista
fuit propter christum tanquam propter finem
natus mirabiliter. educatus
singulariter. inspiratus mul
tiformiter. dotatus spiritualiter
hinc est quod tam ipse quam eius opera
vita et doctrina ad finem scilicet
christum debuerunt esse relata et
deputata quod bene pretus evangelista
lectio manifestat. In qua ostendit
quod ipse est veritatis scilicet christi testi
ficator. io. primo. hic venit in
testimonium veritatis proclamator
ibidem. Ego vox etc. Et eius
preparator luc. primo. Tu puer propheta
etc. Nam ipse ut testis precor.
et baptista totaliter se mostre
ordinatum ad christum. Et ideo hoc
dividitur evangelium in tres partes
primo enim iohannes confitendo
quod non est testis veritatis. Iam plus
christus ly miserunt etc. 2o manifestando
quod est. pro sit divinitatis ibi dix
erunt ergo ei quis es tu etc. 3o
exprimendo quod agit et annunciator
existat maiestatis ibi. Et qui
missi fuerunt. Ex primo colligitur
indicium humilitatis ymitande
Ex 2o officium veritatis predicande
Ex 3o dictum utilitatis preparande
Quantum ad primum sciendum
est quod iohannes sit testis veritatis
confitendo quod non sit. Et hoc
fuit respondendo triplici questioni
quarum prima querit indistincte
quid sit 2a determinate an helyas
sit. Et interrogaverunt eum
3o querit obmissa distinctione
utrum officium suum indicat
quis sit ibi propheta es tu. Videtur
ergo prime questioni qua querit
indistincte quis sit et primo
ponitur questio. deinde ponitur
questionis solucio ibi. Et confessus
est et non negavit. Circa questionem
est attendendum. Quare iudei
ad iohannem miserunt. 2o quare
sacerdotes et levitas. 3o ab ierosolimis
4o quare interrogarent eum. Tu
quis es. Primo quero quare miserunt

iudei ad iohannem. hoc autem fecerunt
moti ab excellencia fame ipsius et
ab excellencia auctoritatis quia ausus fuit
baptizare. nam propter famam sciscitari
et propter auctoritatem predictas fuerunt
moti ad sciendum quis esset de quo
tanta fama erat sicut in populo
et qui venientes ad se audebat
quasi novo modo consecrare baptismo
Unde aug. Non autem mitterent
nisi moverentur excellencia auctoritatis
eius qua ausus est baptizare.
2o quare miserunt ab ierosolimis
hoc fecerunt propter duo. Unum est
quia iohannes alios excellens in
fama quidam magnus et singulariter
electus a deo et singulariter missus
ab eo putabatur. sicut et evangelista
confitetur io. i. Fuit homo missus
a deo. Sicut ergo putabatur quod
magnus et singulariter electus
ita ab ierusalem civitate singulariter
electa ad dei cultum putaverunt
convenienter nuncios transmittere
eos. Aliud est quia sicut ierusalem
excellebat ceteris civitatibus israhel
ita sacerdotes et levite qui erant
ierosolimis excellebant eos qui erant
in aliis urbibus auctoritate et sapientia
et ideo ad iohannem qui erat
excellentis fame in sanctitate
et prophetia miserunt nuncios
a loco excellenti ut eum magis
veneratione ab ipso quererent quod inten-
dunt. 3o miserunt sacerdotes et
levitas. quia iohannes filius summi
sacerdotis zacharie fuit. luce primo
cognatus fuit sacerdotum et le-
vitarum. convenerunt itaque sacerdotes
et levite mittuntur ad ipsum tamquam

cognati et amici(?) ... ut eis
familiarius tamquam familiaribus
responderet veritatem. Unde origenes
iudei quidem a ierosolimis ut cognati
existentes baptiste de stirpe sacerdotali
existenti sacerdotes et levitas destinat
sciscitaturos quis esset iohannes
Alia ratio fuit. iohannes enim
ex singularitate vite religiosus
reputabatur in tantum ut christus
credi potuisset. Et ideo iudicaverunt
iudei non nisi nuncios religionis
habentes speciem eidem transmittere
propter quod sacerdotes et levitas tamquam
maioris religionis inter ipsos
miserunt. 3a etiam ratio huius
missionis fuit quia iudei attende-
bant in iohanne nobilitatem originis
ut dictum est. austeritatem vite
ac sanctitatem insuper undique ad
templum putaverunt ipsum honora-
biliorem christo. Et ideo volentes
eum honorare et reputantes
indignum ac incedens quod christus
vel ihesus preferretur eidem miserunt
ei nuncios honorabiliores quasi
in hoc diminuere conantes
famam christi et volentes quod iohannes
se preferret ipsi ihesu. circa quod
attendentes in christo vel ihesu
genus humile de quo dicebant
Nonne hic est filius ioseph
et marie attendentes communem
victum. circa cum peccatoribus man-
ducat ingēre vī. et bibit communem
vestitum quia non erat singularis
in austeritate vestis preferebant
ei iohannem. Et ideo quando
voluerunt eum interrogare per

nuncios. miserunt nuncios suos
ministros cum herodianis quasi
ad minus honorabilem. Et hoc est
quod dicit Crisostomus Passi erant unde
quandam humanam passionem
ad iohannem. Indignum enim extima
bant subici enim christo propter multa
que iohannis dignitatem demonstra
bant quorum prima erat genus
illustre principis enim sacerdotum
filius erat deinde dura educacio
et humanorum despectio. In christo
autem contrarium videbatur genus
humile quod ei exprobrabant dicentes
Nonne hic est fabri filius dieta
communis et vestimenta non plus
multum habencia. Et tamen autem io
hannes continue ad christum mittebat
volentes iohannem magis haberi
ingeniosum quam christum mittunt ad eum
opinantes per blandicias eum
allicere ad confitendum se esse christum
Non ergo quosdam contemptibiles
mittunt ministros ut ad christum mi
stros suos cum herodianis. sed
sacerdotes et levitas. et non
quoscumque. sed eos qui erant
ex ierosolimis hoc est honorabiliores
ergo ut interrogarent eum tu
quis es. tante auctoritatis et dignitatis
putaverunt iudei iohannem
ut crederent eidem sibi de ipso
perhibenti testimonium quod tamen
non fecerunt de christo ymo dixerunt
ei. Tu de te ipso testimonium perhi
bes. testimonium tuum non est verum
Et ideo dicit Crisostomus quod sic fide dignum
estimaverunt iohannem. ut
ei de se testimonium dicenti
crederent et eius confessione

scirent quis esset. sicut dicitur in glossa
Deinde cum dicitur et confessus
est et non negavit etc. describitur
questionis solucio in qua occurrit
considerare iohannis humilitatem
perspicacitatem et fidelitatem. Humi
litatem quidem prima sicut dicit
Gg in omelia. In hoc nobis iohannis
humilitas commendatur qui cum
tante virtutis esset ut christus credi
potuisset. voluit tamen humiliter
subsistere in se ne humana opinione
raperetur inaniter super se. Et dum
infirmitatem suam studuit hu
militer agnoscere christi celsitudinem
meruit veraciter obtinere. Sicia 2° perspicacitatem
non dixit ego sum iohannes
vel precursor vel aliquid tale. Sed
confessus est et non negavit
Confessus est quia non sum ego
christus. Cognovit enim iohannes
inspiracione divina quod iudei prestolantes
christi adventum quod imminere
ex dictis prophetarum credebant
facilius inclinabantur ad suspi
candum aliquem excellentis vite
esse christum et quod de ipso hoc suspica
bantur tamen non audebant
hoc asserere ne temerarii putarentur
Et ideo mittunt ut interrogent
quis esset propter quod iohannes ad
eorum intenciones tendens elidit
falsam suspicionem eorum de se
ipso dicens. Quoniam non sum
ego christus. Simile enim legitur
fecisse idem iohannes. luce 3°. Ubi
opinionem turbarum quod ipse esset
christus exclusit. Dicitur enim sic
ibidem. Existimante autem populo

et cogitantibus omnibus in corde
suo de iohanne ne forte ipse esset
xpistus. Audet iohannes dicens vobis
Ego quidem aqua baptizo vos veniet
autem forcior me cuius non sum
dignus solvere corrigiam calciamento
Et hoc est quod dicit Origenes Jo
hannes autem ut videtur disce
bat ex questione sacerdotum et le
vitarum dubitacionem ne forte xpistus
esset baptisme apostoli tamen id
presciti timebant ne temerarii pu
tarentur quapropter mito ut eorum
opinio fiat de eo penitus aboleretur
ac subinde dicas prolatur quod non
sit xpistus ante omnia manifestat
dicens Quoniam non sum ego
xpistus. Cuius confessionem salvator
allegans in testimonium contra predictos
iudeos dicit Jo. v. Vos misistis ad
iohannem et testimonium perhibuit
veritati. Adiungit autem Origenes
dicens. Circa tempus adventus
xpisti plurimi crebrabat quod iam iam
prius leges pie ex sacris septimus
tempus illius spacium colligentibus
credebatur propterea quod Theodas non
modicam multitudinem quasi xpistum
existens congregavit act. v. Et
post illum iudas gallileus in diebus
professionis. Cum ergo felicissimus
xpisti expectaretur adventus. Judei
transmittunt ad iohannem interro
gantes. Tu quis es. per hoc cognoscere
volentes si ipse se xpistum fateretur
Nunc autem dicens non sum ego
xpistus negavit quod non erat et con
fessus est veritatem 3o in hac
cusione oportet considerare

fidelitatem. Sicut enim dicit Crisostomus
devoti famuli est non solum non
rapere gloriam domini sed oblatam
a multis respuere. Fidelis itaque et devotus
amicus sponsi iohannes non solum
non usurpavit gloriam xpisti sed etiam
oblatam recusavit. Sicut enim dicit
idem Crisostomus. Turbe ex ignorancia
ipsum credebant esse xpistum. Sacerdotes
autem et levite ex malicia volebant
per blandicias ad hoc ipsum inducere
ut fateretur se xpistum. Et ideo interroga
bant ipsum quasi offerentes sibi
gloriam xpisti quod patet ex hoc quod iohanne
dicente non sum ego xpistus non
dixerunt ad eum de hoc non querimus
sed magis addiderunt. Quid ergo
si enim hoc non intendissent quod io
hannes negavit se esse dicendo Non
sum ego xpistus statim dixissent
de hoc nos interrogamus te nec istud
suspicati sumus de te. Et ideo manifesti
sunt de sua intencione dicentes. Quid
ergo. Bene ergo fidelis xpisti preceptor
cusionem plenam fidelitate protulit
ut honorem debitum illi quem precurre
bat servaret. Unde Gregorius. Optime dicit
in omnibus confessus est quia non sum
ego xpistus. Circa dicit non sum ne
gavit plane quod non erat. sed non
negavit quod erat. Ut veritatem loquens
eius membrum fieret. Cuius nomen
sibi fallaciter non usurparet. Cum
ergo non vult appetere nomen xpisti
factus est membrum xpisti. Deinde
cum subditur. Et interrogaverunt
eum etc. Ponitur secunda questio
in qua determinate queritur quis sit
qua additur. Quid ergo helyas
es tu. Cum determinata cusio per neg.

persone integritate sub instare quia dicit
non sum. Aduertendum est q motiuum
huius questionis an Johannes fuit
elyas potuit esse duplex unum est
quia sicut dictum est supra Judei
et scripturis comitebant propinquum
esse xpi aduentum maxime ex ebdoma
dibus et ebdomadibus danielis. Cre
debant autem propheticum esse q ante
aduentum xpi veniret helyas iuxta
illud malach ult. Ecce ego mittam
vobis helyam prophetam antequam veniat
dies domini magnus et horribilis
Et ideo dixerunt discipuli ad ihesum
in monte mt xvii. Quid ergo dicunt
scribe q oportet primum venire helyam
prophetam. Et hoc ergo q iohannes
tam excellentis vite erat. Et fate
batur se xpm non esse suspicari po
tuerunt ipsum esse helyam qui an
teiret xpi aduentum. Sed in hoc fal
lebantur. Quia non helyas in pro
pria persona debebat primum aduentum
scilicet in carne sed potius secundum
scilicet ad iudicium. Sed iohannes q erat
helyas in spiritu ut statim dicetur
precedere debebat aduentum in carne
sicut dictum est luc. 1. Ipse precedet
ante eum in spiritu et virtute helye
Et ideo bene dicit saluator luc. ubi
mt 11 supra helyas iam venit. et si vultis
scire iohannes ipse est helyas. Secundo
motiuum ad suspicandum q iohannes esset
helyas potuit esse similitudo vite
quia austerus in victu et vestitu
sicut helyas habitans in deserto
increpans dure peccantes. Et hoc
est q dicit glosa. Et alii putabant
iohannem esse helyam propter nimiam

abstinenciam et castitatem. et
solitariam vitam et asperimam
delictorum reprehensionem et diuer
sinnum future vindicte terrorem
Nec istud est preter congruentem
racionem q iohannes putaretur he
lyas ex similitudine vite. Quia
consueuit humana cogitacio ex
operibus arguere personas. ut si vi
deat aliqua similia fieri ab aliquo
que alius prius fecit qui tamen
iterum expectatur reuersurus
Ex operum similitudine faciliter mo[uetur].
ut credat illum venisse quem
expectat si videt aliquem similia
operari. Quia enim iudei expecta
bant helyam iterum venturum
et videbant iohannem operari
ea que prius helyas fuerat operatus
ideo suspicati sunt q esset helyas
quam suspicionem auferens dicit
Non sum. ac si diceret nec propter
vite austeritatem atque spiritum. seu
zelum iusticie in quibus appareo
similis helye. Nec eciam propter
persuasionem qua xpm predicando
parare debetis estimare esse
helyam. quia non predico nec pe
nitenciam. sed potius demonstrando
xpi mansuetudinem et oblacionem
nec annuncio eius aduentum quo
venturus est ut iudex in maiestate
sed illum quo venit nec ut re
demptor in humilitate. Et ideo
predico ut fecimus humili antequam
veniat excelsus. Sed dubitaret
aliquis de dictis et dicit quo
modo potest esse q sacerdotes et leuite

dubitarent vtrum iohannes eet
helyas qui sciebant helyam viue
et translatum ee in padisum
Johannem sciebant natum suis
tempoibus filium zacharie · et
Elyzabeth maxime cum eius na
tiuitas fuit tam famosa ut sicut
narrat luc · Factus timor fuit sup
omnes vicinos eorum et super
omnia montana iudee · diuulgata
fuit omnia verba hec · que de io
hannis excellencia dicebantur
quando circumcisus fuit · Ad hoc
dicendum est q duo mo solu pt
hoc dubium · 2m ea que apparet
ex textu · luc · 1bi1o cum dicitur q
in montanis iudee iohannes natus
est · quia sup omnia montana iudee
diuulgabantur omnia verba hec
luc · 1 · Et ideo potuit iherosolis
ignotum ee q in montibus esset
natum sicut comuniter pruped.
et p qus ignoratur in papuis
ciuitatibus q fit in eorum sub
urbanis qtumcuq fit magnu
et sic iherosolimite ignorantes
quo fuit iohannes natus · potu
erunt dubitare vtrum eet he
lyas · Alio modo dici pt · quia q
in miraculo natus est quia de
matre sterili et parentibus qui
processerant in diebus suis poti
fieri ut crederetur aliq diuin fecti
misterium quo deus hoc modo declas
set aduentum helye · hoc enim
modo · quidam iudeorum vil sentes
xpm ex maria natum non po
tentes cophendere mirabilia

que faciebat · Existimabant xpm
aliquem de pstis hominibus qui
fuerant magne virtutis · et illo
modo sa pnatiuitatem ex maria
nouiter apparuisse · sicut dicitur
mt · xvj · cum eum dicunt homines
ee filium hominis · Responderunt discipuli
dicentes · Alij iohannem baptistam
Alij helyam · Alij ieremiam aut
vnum ex pphetis · et hoc modo
fieri potuit in iohanne · Si ᵒ
dubitaret aliquis · Cur modo iohes
negauit se helyam ee · Cum
xpus dicat ut inductum est
supra · iohannes ipse est helyas
Ad hoc videt beatus gg · in
omi · q Johannes in spu helyas
fuit dicente Gabriele ad zacha
riam prem eius · luc · p°. Ipse
precedet ante illum in spu et vir te
helye · Et 2m hunc spm intelligit
verba saluatoris dicentis · Joha
nes ipse est helyas · eodem mo
quo quis dicitur ee ille · quando q no
est ppter similitudinem · alicuius
ppetati · bone · vel male · ut in co
muni vulgari mo dicitur de aliq
valde liberali et magnimo · ipse
est allexander · Ipse autem iohes
alius fuit ab helya in psona et
etiam in officio · quia iste precessit
aduentum in carne · ille precedet
aduentum ad iudicium saluatoris he
lyas Ideo dicit Non sum inte
gatus helyas es tu · Et sic ad
alium intellectum referant
verba xpi dicentis de iohanne
ipse est helyas · et ad alium

verba iohannis dicentis Non
sum helyas. ¶ Deinde cum dicat
propheta es tu. ponitur 3ª questio
in qua obmissa prima determinatione
querunt utrum officium eius ma
nifestet quid vel quis sit iohannes
Et hec questio potest tribus modis
intelligi. Primo modo quia iudei
sacientes preditum esse a moyse
deus tuus prophetam de gente
tua et de fratribus tuis sicut me
suscitabit dominus deus tuus ipsum
audies. Expectabant aliquem qui
propter preuenire aduentum eius
qui esset similis moysi suscitatus
igitur hoc in iohanne completum
propter singularitatem auctoritatis
et sanctitatem vite interrogabant
propheta es tu. ac si dicerent es
tu ille propheta venturus quem promisit
nobis legis lator moyses. Sed io
hannes volens ex sui remissione
perhibere testimonium christo de quo
sciebat illud a moyse prophetatum
fuisse dixit quod non erat ille propheta
sed vox indicativa ipsius et ideo
respondit non. Et hoc est quod dicit
Origenes Non simpliciter sciscita
bantur si foret propheta. Sed articulo
greco dicentes propheta es tu. preter sin
gulos enim prophetas nouerant pre
eminentem eorum fore illum quem
moyses prophetauit seu prophetizat
qui scilicet sicut moyses medius staret
inter deum et homines et accep
to testamento a deo traderet dis
cipulis. hoc autem nomen illis
non attribuentibus christo. sed arbi
trantibus alium a christo. ipsum scilicet
iohannem putauit illum esse
Secundo intelligi potest sic cum
deus aliquis resuscitatur a mor
tuis hic ipso creditur aliquid magis
esse et si magis dicat et maiora
facit. Cum dicat et creditur et estimatur
quod fuerit prius magne virtutis
quia ergo iudei videbant in
iohanne multa vltra modum
humanum et opinione credebant eum
diuinam habentem virtutem vltra
communem hominum virtutem. Et ipse
fatebatur quod non erat christus
nec helyas qui de paradiso vbi
adhuc viuit descendisset cogita
uerunt prophetam aliquem a mortuis
surrexisse. Et ideo dicunt propheta
es tu. sed ipse testimonium
perhibens veritati quam audiebat
non sicut antiquus propheta sed
sicut nouus precursor dicit non
sum. 3º modo potest intelligi secundum
gregorium et augustinum quod iudei sacientes
viros excellentes vita et
sanctitate inter ipsos fuisse
spiritu prophetie ad aliqua futura
prenunctianda et hec omnia in
iohanne videntes interrogant
vtrum que dicit et facit spiritu
spiritu prophetico Et ideo dicunt
propheta es tu. sed quia non futura
prenunctiabat sed presencia demonstrabat
ideo dicit non. vnde gregorius in
omelia Curiose etiam se prophetam
negat quia videlicet non solum

potuit saluatorem imitari sed ex-
temtare. Moralit autem in hys
responsionibus quibus iohannes asserit
se non esse xpm nec helyam nec prophetam
excludit a se omnem elacionem que
quasi omnes videtur appetere vel oblatam recipere
vel non habitam affectare. Con-
sueuerunt enim homines appetere
excellentiam dignitatis apparentiam
sanctitatis et intelligentiam veritatis
Et si tales eminencias non habent
vel habere desiderant vel quod habere
reputentur affectant. Johannes
ergo oblatam dignitatis excellentiam
declinat et respuit dicendo Non
sum ego xpus. Sanctitatis vero
apparenciam oblatam recusat
respondendo non sum. Cuius imitator
fuit helyas etc. Sed veritatis
intelligentiam se non gloriatur
habere cum negat se esse prophetam
Nos igitur ad eius ymitacionem
non extollamur de excellentia
dignitatis de apparencia sanctitatis
de notitia veritatis sed potius per
humilitatem cognicionis proprie
se subsistamus in nobis ut nil
magnum nichil supra nos sentiam-
mus sentiamus de nobis. Sequitur
secunda pars principalis cum dicit Dixerunt
ergo ei Tu quis es etc. In qua beatus
iohannes quod sit manifestando per
effectum diuinitatis dicens Ego
vox clamantis in deserto etc. In
qua parte primo describitur im-
portuna questio. 2o subiungitur de-
claratiua responsio. Importuna quidem
questio est quia continuatur exigeretur
a iohanne quis esset pretendentes
occasionem talis importunitatis
suam legacionem. Et ideo dicunt
Tu quis es ut responsum demus hys
qui miserunt nos. ac si dicerent
secundum glosam. Cum non confiteris
te xpm esse vel helyam vel prophetam
dic quis es ne sine responso redeamus
ad illos qui nos miserunt. Co-
nantur etiam exigere a iohanne
quis sit pretendentes huius exactionis
aliam occasionem. scilicet incertitudinem
dictorum eiusdem iohannis de se qui
nichil videbatur de se loqui unde
possent haberi quis esset. Et ideo
addunt Quid dicis de teipso ac
si dicerent secundum glosam Audiuimus
te de xpo multa predicantem de te
autem nil manifeste asseris quod
ergo dicis de te ut ex tuo testimonio
cognoscamus aliquid de te. Sicut
ex tuo dicto multa cognoscamus
de xpo. Habes ergo importunam
questionem seu questionem. Deinde
cum dicitur Ego vox clamantis.
etc. Ponitur declaratiua responsio.
In qua responsione manifestatur quatuor
condiciones quas iohannes precursor fuit
diuinitatis xpi quarum prima est claritas
predicacionis. 2a est congruitas
attribucionis. 3a est veritas insti-
tucionis. 4a est vtilitas direccionis.
Est igitur prima condicio manifestans
iohannem diuinitatis xpi preconem
claritas predicacionis de qua dicitur
Ego vox. Ceteri prophete et scriptores
veteris testamenti tamquam quidam
sonum longinqui et quasi muti
predicabant xpm venturum Iste
autem tamquam vox clamantis

clara et vera saluatorem presentem
esse demonstrat. Et ideo ex pura
et clara predicatione manifestat
presentiam diuinitatis. dicens. Ecce agnus
dei. Et hoc est quod dicitur in illo ympno
O nimis felix meriti tantum celsi
vatum cordis presago iubar. ad
futurum. tu quidem mundi scelus
auferentem indice prodis. Unde
theo. Ergo vox quia veritatem
manifeste audiebat omnes enim
qui in lege erant obscure loque
bantur. Et Origenes allegans
eraclionem dicit verbum quidem saluator est
vox autem iohannes intelligitur.
solus enim sonus est. Omnis
gradus propheticus. Cum verum est
quod si non significatiuam vocem
dedit tuba nemo se accinget
ad prelium. Alio modo potest accipi ita
quod claritas predicationis manifestauit
iohannem esse precursorem diuinitatis
Christi. Illud enim quod latet in mente
est multis occultum et soli cogi
tanti manifestum. Vox autem expressa
per actus manifestat aliis per suam
euidentiam et claritatem illud
quod occultum erat in mente. Iohannes
ergo testimonium perhibens de
Christo quod erat verbum deus qui in mundo in
latebat in carne. fuit quedam
vox declaratiua illius occulti
mysterii. quo diuinitas verbi erat
humanitati coniuncta. Et ideo tamquam
vox manifestabatur hominibus
quod occultum erat mundo et hominibus
preter quod bene dictum est Jo. primo
In mundo erat et mundus per ipsum
factus est et mundus eum non
cognovit. Sed tamen quem non

cognovit mundus tamquam verbum
latens sub carnis velamine Io
hannes manifestauit. sue predicationis
claritate. Et ideo dicitur ibidem
fuit homo missus a deo cui nomen
erat iohannes hic venit in testi
monium ut testimonium perhiberet
de lumine. de lumine quidem diuino
sed latente perhibuit testimonium
predicando predicatione vocis patentis scilicet
iohannis. bene ergo vox et non
aliud quam vox iohannes dicit se
Crisostomus sicut dicit glossa. Non dicit
Ego sum iohannes vel homo vel
filius zacharie non considerat
in se humanam substantiam vel
generationem sed ultra hec omnia
exaltatur preco verbi. Deserit omnia
que intra mundum continentur ascendit
in altum factus vox verbi nullam
in se substantiam fuerit. propter ha
bundantiam gratie qua excedit
omnem creaturam ut sit vox verbi
Tertia conditio est congruitas attribu
tionis de qua subditur. Clamantis
Iohannes enim audiuit se esse vocem
clamantem. Sed tamen clamantis quia
non se ipsum predicabat sed totum
quicquid erat quod agebat attribuebat
Christo. Cuius officium fuit clamare
venite omnes ad me qui laboratis
et onerati estis Mathei XI. Et qui in
die magno festiuitatis. stans cla
mabat in templo Io. VII. Si quis sitit
veniat ad me et bibat et flumina
de ventre eius fluent aque viue
Et hoc est quod dicit Origenes Dicit
autem iohannes se esse vocem non
clamantem in deserto sed clamantis

eius · scilicet qui stabat et clamabat
Si quis sitit veniat ad me et bibat
etc. Alio modo potest intelligi congruentia
huius attribucionis iohannis ad christum
qui iohannes dicit · Ego vox clamantis
scilicet christi Nam certi prophete et predicatores
veritatis qui fuerunt ante iohannem
et christum particulariter aliquo modo veritatem annun-
ciabant quia vel uni populo tantum
vel uni tribui vel uni genti vel
uni civitati · christus autem veritatem
communem omnibus predicavit · sicut ergo
ille qui submisse loquitur aliquibus
loquitur · ille autem qui clamat ab
omnibus communiter est in se universaliter vult
audiri · Sic alii ante christum propter
specialem predicationem veritatis fuerunt
tantum loquentes · christus autem propter
generalem et universalem doctrinam
fuit clamans · Et quia iohannes
inde in presenti et postea fuit taliter
clamantis · Ideo dicit se ordinatum
ad christum clamantem tamquam ad verbum
mentis · Et hoc est quod dicit glossa in
eodem · Secundum est quod iohannes vocem
se esse perhibet nisi quia verbi predi-
cator et annunciator · Scitis autem
quod unigenitus filius verbum patris
vocatur · Ex ipsa autem nostra locucione
cognoscamus quia prius vox sonat ut
verbum possit audiri · Johannes
ergo vocem clamantis se asserit
quia verbum precedit et per eius
ministerium verbum patris ab hominibus
auditur · 3º condicio est necessitas
inhabitacionis de qua subditur · In
deserto · quod tribus modis potest intelligi
Primo ut necessitas istius prenuncii

qui pro effectus diminutione eius
ex indigentia populi iudayci manifestatur
Nam ipsa gens multis subiugata
nacionibus multis oppressa tributis
multisque derelicta suffragiis modo
quodam videbatur deserta esse Et
quia iohannes predicabat redemptorem
advenire presentem ad relevandam israhe-
liticam plebem · ideo annunciabat illum
qui in deserto inde clamabat iuxta
illud ysaie xl · vox clamantis in deserto
parate · viam domini Rectas facite
in solitudine semitas dei nostri · Et
hoc est quod dicit glossa in eodem In deserto ·
iohannes clamat quia derelicte et
destitute inde solacium redemptoris
annunciat 2º modo potest istud intelligi
ut per desertum intelligatur totus
hic mundus · ab omni cultura fidei
et iusticie alienus in quem christus
adveniens clamabat · facite fructus
dignos penitencie · iohannes autem
et ipse eadem clamans · penitenciam
agite vox fuit indicativa christi in
huius mundi deserto clamantis ·
ut necessitas predicacionis eius ex
sterilitate operum cognoscatur · propter
quod bene dicit leo papa in sermone
sancti iohannis · Post illum sacro-
sanctum exponens illud · vox cla-
mantis in deserto · videamus igitur
in quo deserto · id est in generali populo
desertus enim hic mundus a cultura
fidei et timoris dei squallebat
tamquam ager incultus et peccatorum
spinis obsitus nullam penitus
bonorum operum fecunditatem attu-
lerat nullum ymbrem gracie
spiritualis acceperat · Mittitur itaque

beatus iohannes qui eum prophetia
atque exemplo voce annunciando peni
tenciam quasi rudem campum
preparavit precedendo scrutaret et extollet
dumque verbi seminibus impleret
et ad maturam segetem .i. ad rege
nacionis graciam inbitaret // tercio modo
potest intelligi terram originem per desertum
anima adeo destituta ad quam christus
clamat ut revertatur ad dominum deum
et penitenciam agat que merito
per desertum datur intelligi. Sicut
enim dicit leo papa ubi super vacua
enim timore dei pectora et spiritu
sancto carencia vel arencia deserto
squalent herbam comparantur et quia
iohannes tamquam vox clamans idem
quod christus penitenciam agite etc
antecedebat in hac predicatione christum
ideo bene dictum est quod est vox
clamantis in deserto // quarta condicio
est utilitas directionis de qua sub
ditur dirigite viam domini sicut dicit
ysayas propheta. Ubi triplex potest intelligi
utilitas iuxta triplicem exponem huius
verbi dirigite viam domini. Johannes
enim disponens populum ad hoc ut li
bentius christi doctrinam et predicationem
reciperet viam ipsi dirigebat quia
sicut dicit gregorius in omelia via domini
ad cor dirigitur. Cum sermo predicatoris
libenter auditur. Et hoc modo intelligi
potest illud luce .i. quod de isto iohanne
dixit pater eius zacharias. Tu puer propheta
altissimi vocaberis preibis ante
faciem domini parare vias eius // Secundo modo
potest intelligi sic. Dirigite viam domini
Cor humanum est precepta dei dulces
habet vias obliquas et tortuosas

Et ideo tunc est extra vias domini
et infra vias dyaboli. Quando autem
disponitur et preparatur ut vivat iuxta
precepta divina tunc dirigitur in via
dei dirigitur iohannes ergo predicans
precepta celestia penitenciam agite etc
per fidem et opera per que deus intrat
ad animam dirigebat viam domino
in cordibus auditorum ut facilius
similia precepta reciperent per os christi
sicut enim dicitur iohannis primo
andreas fuit unus duobus qui audierant
a iohanne testimonium de christo et
secutus est christum ut igitur andreas
sequendo christum precepta eius celestia
servaret. Per iohannem fuit in eo
domini via directa et ideo bene dicit
bidem glosa. Via domini ad cor dirigitur
cum ad precepta vite preparatur // tercio modo
potest intelligi humanus animus non
prebet de facili assensum rebus
insolitis quando subito apparent
si transcendunt limites naturalis cognitionis
Set si prius disponatur et preparatur antequam
tales appareant ad eorum recepcionem
et noticiam facilius inclinatur
ut consenciat apparentibus. Cum
ergo christi adventus in carne compre
hendi non posset per naturalem cognitionem
oportuit ad ipsum disponi homines
ne si subito apparuisset indispositis
minus bene reciperetur ab eis. Ideo
igitur beatus iohannes tamquam
vox annunciativa excitativa et
preparativa antecessit christum nativitate
baptismate predicatione ubi preparavit
populum ad recipiendum christi adventum

et hoc fuit clamare dirigite viam
domini scilicet corda hominum ad recipiendum
christum disponite. Unde leo papa in
sermone supius allegato. dicit de
iohanne quod dominus per hunc adventum
suum ne subito inspiratum homines
non agnoscerent voluit esse testatum
Et secundum hanc exposicionem
videtur intelligi illud malachie
3o. quod ad litteram christus exponit
de iohanne predictum. Ecce ego
mitto angelum meum et preparabit
viam ante faciem meam. Ubi
immediate subiungitur Et statim veniet
ad templum sanctum suum dominator
quem vos queritis etc. dirigite
ergo viam domini per explicacionem va
litatem predictam. sicut dixit
ysaias propheta xl capitulo. prophetans id
quod dictum est compleri in iohanne
Vox clamantis etc. Et quia in scriptura
ewangelio scilicet dominica quarta de adventu
quod incipit anno quintodecimo etc. ponuntur
verba predicta scilicet vox clamantis
in deserto. Ideo aliter exponuntur
aliquo modo ibi et aliter hic. Et ideo
requirende sunt exposiciones
horum verborum hic et ibi ut
habeatur integra noticia de eisdem
Per modum collacionis potest dici — No.
quod beatus iohannes baptista hic
commendatur primo a claritate
predicacionis cum dicitur. vox. 2o
a congruitate attribucionis ibi
clamantis 3o. a [illegible] infirmacionis
ibi in deserto. 4o. ab utilitate

regulacionis ibi dirigite etc. Circa
ad primum sciendum est quod iohannes
fuit vox et primo indicans correp
tive veritatis ysa. xl. vox clama
in deserto. 2o excitans affectum
divine voluntatis psalmus. Ecce dabit
voci sue vocem virtutis. 3o illu
strans intellectum hominis exercitati
ysa. xl. vox dicentis clama. 4o ad
monens auditum cordis obdurati
Ecclesiastici xliii. vox tonitrui eius verberavit
terram. Circa 2m sciendum
est quod iohannes fuit vox christi
clamantis primo ut clarius an
nunciaret proverbiorum viii. Sapiencia foris
clamitat in plateis dat vocem
suam et infra. O viri ad vos clamito
et vox mea ad filios hominum. 2o
ut intimius imprimeret Mich. vi.
vox domini ad civitatem clamat et
salus erit timentibus nomen tuum. 3o ut
[illegible] reduceretur ysa. lviii. Clama
ne cesses quasi tuba exalta vocem
tuam et annuncia populo meo
scelera eorum. 4o ut certius
exprimeretur Jo. vii. In novissimo
autem die magne festivitatis
stabat ihesus et clamans. Si
quis sitit etc. Circa tertium
sciendum est quod desertum primo
est gens iudayca. Osee ix. Quasi
uvas in deserto inveni israhel.
2o peccatrix anima Jer. xii. Dede
runt porcionem meam desidera
bilem in desertum solitudinis. 3o
mundi malicia Cant. viii. Que
est ista que ascendit de deserto

delicys affluens · 2° austera p̄ma
p̄a posuit desertum in stangna
aquarum · Quatum ad quartum
sciendum est primo debemus
dirige viam domini p̄mo cōsen
ciendo cōm instiganti · ps · xiiij ·
Dirige semitam pedibus tuis
et omnes vie tue stabilientur
· 2° gracie inspiranti Tob · iiij ·
Omni tempore benedic deum
et pete ab eo ut vias tuas dirigat
et in ps · xx · Cum ignoremus
q̄ agere debeamus hoc solum
habemus residui ut oculos nr̄os
dirigamus ad eum · 3° sermoni
illustranti ps · Gressus meos
dirige secundum eloquium tuum et non
dñetur mei omnis iniusticia · 4°
precepto regulanti ps · ad omnia
mandata tua dirigebar omnem
viam iniquitatis odio habui Ter
tia pars principalis · Et qui missi
fuerunt erant ex phariseis etc ·
In qua iohannes experiendo qd
agit annunciator efficitur malefactor
Circa partem autem istam sic pro
cedit ewāgelista · Primo describit
nunciorum maliciam · Et qui
missi fuerant erant etc · 2°
interrogacionis sive questionis
instanciam · Et interrogaverunt
3° visionis prudenciam quod dicit
eis iohannes dicens etc · 4°
localem conveniendam · Hec in
Bethania facta sunt etc · De
scribit ergo p̄mo nunciorum ma
liciam · dicens · Et qui missi · fu-

erant ex phariseis etc · inter phariseos missi qui
quadam simulata et ficta specie
sanctitatis singulares volebant
apparere in vita · Ex hiis igitur
existentes nunciis qui fuerunt missi
ad iohannem ut experimentum
sumerent de ipso verum esset xpūs
p̄mo simulaverunt fictam sanctita
tem et blandis sermonibus eum
eum inclinare voluerunt ut xpm
se esse fateretur · sed quia hoc non po
tuerunt facere blandiendo conati
hoc obtinere exprobrando · ante
ergo q̄ ewāgelista describat eorum
importunitatem et exprobracionem
eorum describit maliciam in nomine
phariseorum · unde Origenes ·
hii autem pharisei etiam nomine sun
divisi et importuni statim in vocis
contumeliosas prorumpunt dicentes
Quid igitur baptizas · Et attende
q̄ prius dicti sunt sacerdotes et
levite · miserunt iudei ab
ierosolimis · sacerdotes et le
vitas ad iohannem · Nunc autem
dicuntur pharisei et qui missi fu
erunt in q̄ erant ex pha · q̄ sig
nanter fuit ewāgelista · Modus enim
temptatorum et ypocritarum
talis est q̄ primo blanda verba
proferunt ut verbis eum audi
enciam seu audientes alliciant · Et
ideo speciem sanctitatis pretendunt
ac si essent sacerdotes atque levite
postmodum si non possunt
inclinare blandiciis reprehendunt
arguunt et contumelias graves

inspexerant ut terroribus vel
perturbacionibus extorquerent ex
eo alio quod intendunt et tunc
sunt ex phariseis quasi divisores
unitatis fraterne. Cum igitur isti
qui ad iohannem missi fuerunt pri-
mus interrogaverint iohannem quadam
blanda allocucione pretensa specie
sanctitatis Ideo tunc dictum est
quod fuerunt sacerdotes et levite per
modum describens eorum tantum eorum
audaciam in aspera locucione qua
presumpserunt redarguere officium
baptismatis in iohanne premisit
quod erant ex phariseis. unde Crisostomus
ipsi idem sacerdotes et levite ex
phariseis erant et quia blandi-
cijs eum non valuerunt supplantare
accusacionem et invitare temptaverunt
cogentes eum dicere quod non erat
Aliter autem potest declarari istorum
nunciorum malicia que signatur in hoc
quod dicuntur fuisse ex phariseis Om-
nis enim quod omnis qui ad apparen-
ciam hominum studet eciam vitam suam
regulandam vel doctrinam manife-
standam vel operacionem excercendam
invidet cuilibet alteri qui in aliquo
predictorum possit ipsum extollere
quia igitur pharisei qui ad appa-
renciam hominum student esse singu-
lares in vita excellentes in doc-
trina et principales in opere audi-
erunt singularitatem vite excel-
lentissimam doctrine et opus bap-
tismatis commendari in iohanne
invidere ceperunt propter quam
invidiam voluerunt experiri quis
esset. Sed tamen timentes ne christus
esset non fuerunt ausi primo suam
invidiam manifestare ne confunderentur
et ideo primo blande locuti sunt
ut experimentum sumerent si esset
christus. Cognito autem quod non erat
christus confestim dirus sue invidie
racionis inceperunt redarguere
opus salutare quare baptisat non
enim ausi sunt reprehendere eius
vitam quia sancta erat nec doctrinam
quia concordabat cum doctrina ipsorum
eo quod predicabat communem resurrec-
cionem et ideo invidentes ei ipsum
arguunt de baptismo Et hoc est
quod dicitur in glosa. Erant ex pha-
riseis principibus iudeorum. qui
doctrinam non querunt sed invident
qui tamen ad iohannem ideo ve-
niunt quia audierunt eum predi-
casse communem cum resurreccionem
quam ipsi credebant. Deinde cum
dicit Et interrogaverunt. describitur
questionis instanciam. Audita enim
responsione de persona quia dixit se
esse vocem. et non aliquid aliud.
instant et molestant eum de officio
dicentes. Quid ergo baptizas si
tu non es christus etc. ac si dicerent
cum Christum audiamus videtur baptizare.
si non habes ad tale officium
auctoritatem. Sed tamen sciebant
quod christus talem auctoritatem habiturus
erat dicente Ezechiele. Cum sanctificatus · 36 ·
fuero in vobis effundam super
vos aquam mundam et mundabimini
etc. Ideo arguunt hic iohannem
qualiter baptizat si christus non est
Iterum sciebant quod in helya precessit
baptismi figura. et propter quod eciam
poterat figuraliter ante baptismum

competere ideo addunt. Quare
tu baptisas si tu non es helyas
2o sciences quod alium prophetam qui preve-
niret xpi adventum congrue licet
posset credi salvare quod baptizaret
ut prepararet homines ad xpi baptismum
recipiendum. nec intelligentes quod
iohannes dicendo se esse vocem
clamantis insinuaret se illum
prophetam quasi preconem xpi esse
ideo adiungunt. Quare baptizas
si tu non es propheta ac si dicerent
xpus quod auctoritatem helye prefi-
guram et alium propheta tamquam per
figuram preconem et preparatori xpi per-
tineret opus baptismi. Quid
ergo baptisas si tu non es xpus
nec helyas nec propheta. Videtur
enim temeritate tua presumpsisse quod
officium baptismatis xpi tibi usur-
pes si alterum te non esse fateris
scilicet vel xpum vel helyam vel prophetam
illum qui prefiguravit baptisma
Unde glosa. audierunt pharisei
xpum venturum et baptizaturum
sciebant etiam iordanem figuram
baptismi fuisse. Cum quod helyam
et heliseum siccis pedibus tran-
sisse. figuram quod baptismi in helya
et heliseo non dubitant precessisse
Unde et nunc eos resurrexisse
putabant et baptizare. unde non
interrogant es tu unus prophetarum
sed solum es tu propheta ille scilicet
qui figuravit baptismum. Deinde
cum dicit. Videt eis iohannes etc.
Describit responsionis prudentiam
In qua responsione iohannes declarat
primo sui baptismatis efficaciam

Videt eis iohannes. 2o mediatoris
excellentiam Medius autem vestrum
etc. Manifestat ergo primo sui
baptismi efficaciam. Ubi advertendum
est quod hec responsio cum tanta prudentia
prolata est ut principium et hedi-
ficationis exemplum tribuat et notitie
documentum. Exemplum quidem hedificationis
tribuit in hoc quod interrogantibus
ex invidia atque malitia et inter-
rogando redarguentibus non verba
impatientie vel iracundie. sed
pacis instructionis et sane doctrine
reddidit. Et hoc est quod dicit. Glosa in
omni. Mansuetus quisque cum presa
mente requiritur a bonitate sue se-
dis non mutatur. Unde et iohannes
ad verba invidie predicamenta red-
dit. Sic igitur prudentie tribuit
hedificationis exemplum. Tribuit
etiam documentum notitie et
intelligentie. Docuit enim in hac
responsione differentiam sui baptismatis et
baptismi xpi que differentia in hoc con-
sistit quod baptismus iohannis
erat tantum in aqua et non con-
ferebat gratiam. lavabat exterius
et non sanctificabat interius. et
tamen per hoc quod faciebat disponebat
homines ad xpi baptismum faciliter
recipiendum per hoc ergo quod iohannes
dicit ego baptizo in aqua non
vult insinuare se nichil facere
baptizando sed quod sic baptizat
quod licet gratiam baptizandis non
conferat tamen ad xpi baptismum
recipiendum homines disponit et
preparat ut fiat predicando. Reddit

baptismum xpi predicacionem. ad
parandam viam ipsius. ita baptiza
do. precedit baptismum xpi ad preparand
homines facilius ut xpi baptismum
caperent. vnde glosa in com. Johannes
enim non spiritu sed aqua baptizat quia
peccata solue non valebat bapti
zatorum corpora per aquam lauat
sed tamen animas per veniam non lauat
Cur ergo baptizat qui peccata per
baptismum non relaxat nisi ut pre
sionis sue ordinem seruans qui nasci
turum nascendo preuenerat baptizatu
rum quoque dominum baptizando pre
ueniret. Et qui predicando factus
est precursor xpi. baptizando etiam
precursor eius fieret ymitacione sa
cramenti. sic igitur efficacia bap
tismatis iohannis in hoc fuit quod
preiuit xpm officio baptizandi. ut
sic ad xpi regeneracionem regeneratiuum
baptismum recipiendum corda populi
prepararet. Deinde cum dicit medius
autem vestrum stetit quem vos nes
citis etc. declarat mediatoris excel
lenciam. In qua describit primo
xpi conuersacionem familiarem. 2°
prelacionem sacramentalem. Ipse est
qui post me venturus. 3°. digni
tatis eminenciam. Qui ante me
factus est. 4°. incomprehensibilem
excellenciam. Cuius non sum dignus
Describit ergo primo familia
rem conuersacionem dicens. medius
autem vestrum stetit. xpus enim ut ex
familiari conuersacione ad se homines
traheret inter homines voluit con
uersari propter quod bene dictum est Jo. j°.

verbum caro factum est et habitabit
in nobis. quod preuidebat ille qui dicebat.
Baruch 3°. post hec super terram
visus est et cum hominibus conuersatus
est. hanc igitur humilem conuersacionem
designans iohannes baptista dicit
medius autem vestrum stetit hoc est
per humilem et familiarem conuersacionem
stetit in medio vestrum quasi vnus ex
vobis. sed quia ipsum nescitis vnde
sit vel quantus sit vel qualiter
factus homo. Ideo bene addidit. Quem
vos nescitis. Et hoc est quod dicit
Crisostomus. medius autem vestrum etc. hoc
autem dicit et quoniam decens
erat xpm commixtum esse populo
vnum multorum se vbique humilem
esse docentem. Cum autem dicit
quem vos scitis nescitis. scilicet hic
cognicionem certissimam dicit puta
quis est et vnde. Aliter autem potest
exponi humilitas conuersacionis ex
ex hoc verbo medius autem vestrum
etc. ut sit sensus. medius autem
vestrum est per carnis assumpcionem
qua inter conuersatur inter vos
vobis similis ex humanitate sed
quia eciam deus dictum est ipsum nescitis
in sua diuinitate. vnde glosa in com.
per carnem deus apparens erat
et visibilis extitit corpore et
inuisibilis maiestate. Vel aliter
xpus in scripturis prenunciabatur
et quasi manifestatur. propter quod
studentes noticie scripturarum et eas
mente attendentes habebant xpm
vocalis sicut habetur res que
est in mente et tamen si non intelli
gebant xpm quando fuit presens

er illum quem in scripturis lege
bant. Habebant enim in medio et nes
ciebant. Tercia ergo pharisei ad
quos hic iohannes loquitur ex
scripturis expectabant futurum et
ipse iam erat presens in specie quem
expectabant ex scripture cognicione
et tamen eius presenciam non cognos
cebant ideo medius eorum stabat
et nesciebant. unde Theophilus. Medius
autem erat deus phariseorum sed ignora
bant eum quia ipsi scripturas se
scire putabant. Et in quantum in illis
predicabatur deus medius eorum erat
scilicet in cordibus eorum sed nesciebant
enim eo quod scripturas non intellige
bant. Vel sic Secundus deus sit
ubique spiritualiter tamen modo est in creatu
ra racionali que ipsius habet noticiam
Et quando hanc noticiam habet in
corde quod est medium eiusdem creature
Ideo deus primum elegit sibi cor hominis
quasi proprium locum. Tercia ergo
christus ut deus in medio racionalis creature
erat. Iam stabat in medio per carnem
assumptam et tamen istud misterium
a iudeis nesciebatur et completum
ideo dicit Medius vestrum (stetit) ac si
dicat Ille qui medium racionalis
creature tenet pro ipsa sede quamuis
sit ubique diffusus stetit per effectum
incarnacionis quem tamen vos
nescitis nec quantum ad virtutem
divinitatis immense nec quantum
ad misterium humanitatis assumpte
Vel aliter secundum apostolum. Mediator dei
et hominum fuit christus ihesus. Iudei
autem interrogantes iohannem
utrum esset christus vel cur baptizaret

querere videbantur de eo vel de eius
officio aliquid unde scirent si ipse
haberet virtutem aliquam qua mediante
possent reduci ad deum. Et quia io
hannes hoc nolebat nec poterat
sibi attribuere sed volebat ostendere
hoc soli christo convenire Ideo sic fi
naliter concludit Medius vestrum stetit
ac si dicat quamuis nesciatis quis sit
vel quante virtutis tamen iam
inter vos presens stat christus cuius officium
est mediare inter vos et deum
ut et vos reducat ad ipsum ita
quod ego mediator non sum sed inter
vos presens est ille qui dei et hominum
verus mediator est. unde Theophilus
Medius quidem erat in quantum me
diator dei existens et hominum christus ihesus
medius phariseorum extitit volens
illos deo adiungere sed ipsi nesciebant
eum Secundo deinde autem addit Ipse est
qui post me venturus est Secundo describit
perfectionem sacramentalem in christo
Iohannes enim baptizare incepit
quoddam sacramentum prefiguratiuum quod sacra
mentum non continebat totam et
perfectam racionem sanctificandi sed
solum erat umbra et ymago
perfecti sacramenti quod debebat dari
per christum. unde alius ewangelista aperte
manifestat quod iohannes hanc
differenciam expressit inter suum
baptismum et baptismum christi Mat
iij. Ego quidem vos baptizo in
aqua in penitenciam. Qui autem post
me venturus est ipse vos bap
tizabit in spiritu sancto et igni dicens
Ego iohannes Ipse enim qui

post me venturus est. Addit
quod Christus habiturus erat verum
baptismum et sanctificatum ut sic
sumatur ordo inter baptismum Iohannis
et Christi qui communiter recipitur in ecclesia
quod ea que priora ~~fiunt~~ sunt tempore minora
sunt virtute et que posteriora sunt
in duratione efficatiora sunt
in perfectione. Unde exponit. Ipse enim
qui post me veniet est. ac si diceret
ne estimetis totum in meo con
sistere baptismate sicut meum baptismum
perfectum esset alius non veniret
post me ad baptisma daturus
verum hoc scilicet meum baptisma preparatio est
illius et transibit in primo ut
umbra et ymago. veniet ergo post
me ille qui perfectionem apponet
suo sanctificante baptismo. Deinde
enim dicit. Ante me factus est.
describit in Christo dignitatis eminen
tiam. In hoc enim consistit emi
nentia dignitatis scilicet Christi quod ipse
in quantum homo licet sit posterior
multis prophetis et etiam ipso
Iohanne quantum ad nativitatem
tamen super omnes excellit quantum
ad nobilitatem iuxta quod idem pre
cursor de eo testatur. Io. 3. Qui
de celo venit super omnes est ~~[illegible]~~
propter hanc itaque dignitatem Christus
est ante omnes et omnibus est
prelatus ut non accipiatur factus autem
quia ante ~~erat~~ creatus vel prius generatus
temporali generatione. Secundum enim eternam
generationem ita est genitus quod
non factus ut dicitur in symbolo
genitum non factum. Secundum temporalem

nem. Secundum quam factus est homo non
est factus ante Iohannem. Et ideo
sic debet intelligi secundum Crisostomum in com
ante me factus hoc est antior
michi positus est per excellentiam
et dignitatem quia michi prelatus
est vel ante me factus id est clarior
me existit ita ut mire sit prelatus
Deinde autem dicit. Cuius non sum
dignus etc. describit Christi incompre
hensibilem existentiam. Solvere
corrigiam vestimenti calciamenti
eius est infimi ministerii. Unde
quando quis vult magnificare
excellentiam alterius et suam in
dignitatem ostendere illius audire. Dicere
consueuit Non sum dignus dis
calciare pedes ipsius. Iohannes
ergo suam insufficientatem et Christi
excellentissimam dignitatem volens
exprimere a communi vulgari susceptit
modum loquendi dicens. Cuius
non sum dignus etc. Et hoc est
quod dicit Augustinus. Ego non sum
dignus quasi dicat in tantum
est ante me ut ego non in ultimis
ministeriorum eius vocari dignus
sum. calciamentum enim solvere
ultimi ministerii est. Aliter
enim potest intelligi incomprehensibilis
existentia Christi in verbis predictis
hoc modo. Calciamentum enim
fit de pellibus mortuorum ergo
assumpta carne mortali in qua
nobis divinitas verbi apparuit
quasi calciata ad nos ipsa deitas
venit. Cuius calciamenti cor
rigia fuit unitas et coniunctio tanti
misterii. quia igitur per gratiam unitas

tante sublimitatis tanteque incomprehensi
bilitatis extitit ut eius profunditatem
non comprehendat nec perfecte attingat
aliquis intellectus creatus sibi relictus
Ideo beatus iohannes ipsam incompre
hensibilitatem extollens dicit Non
sum dignus etc. Et hoc est quod dicit
Gregorius in omelia Incarnatus dominus
veniens quasi calceatus apparuit
qui in divinitate sua morticina nostre
corrupcionis assumpsit corrigia ergo
calciamenti est ligatura misterii Iohannes
ergo solvere corrigiam calciamenti
non valet quia incarnacionis misterium
nec ipse investigare sufficit ac si
patenter dicat. Quid mirum si michi
prelatus est quem post me natum
considero sed nativitatis eius misterium
non comprehendo. Aliter autem potest
intelligi excellenciam creature Christi
ex verbis predictis hoc modo sicut
deus per amorem divinum sibi univit
creaturam per creacionem ita Christus
totalem creaturam vnitiuus erat
sibi et specialiter ecclesiam militantem
per graciam et triumphantem per gloriam
merito redempcionis. Quia igitur nemo
qui non fuit tante virtutis immo
respectu tocius generis humani redimendi
quante fuit Christus potuit eandem ecclesiam sibi
admodum sponse attribuere Christus
autem solus sponsus eius dici potest
et quia mos fuit antiquorum
solvere calciamenta de pede illius
cuius potest debitam sponsam accipie
bat sibi illo eam recusante hinc
est quod iohannes considerans dignitatem
Christi sponsi ecclesie dicit se non esse
dignum solvere corrigiam calciamenti
ac si aperte dicat secundum glossam ubi supra

Redemptoris vestigia nudare non valeo
quia sponsi nomen michi non usurpo inmerito
Deinde cum dicit. hec in Betha
nia facta sunt. describit circumstanciam
localem congruenciam predictorum
convenientes quidem fuit ut testimonium
quod dabatur de eo qui mediante communiter
operatus est salutem hominum in loco
publico atque pluribus manifesto
daretur. Talis enim locus erat illa
Bethania que erat trans iordanem
ubi baptizabat iohannes Ulterius
etiam quoniam eandem salutem in sacra
mento baptismi constituit operari
sicut in sacramentali medicina. et
figura huius baptismi precessit
in iordane ideo tale testimonium
debuit exhiberi iuxta iordanem
Sed quoniam alia littera non habet
in bethania que est villa iuxta
iordanem. Ideo sciendum est quod
utraque translacio quantum ad suum misterium
optime convenit misterio huius testi
monii. Interpretatur enim Bethania
domus obediencie. Bethabora vero
domus preparacionis. quia ergo iohannes
testimonium perhibebat illi qui per
obedienciam fidei quam profitentur
fideles in sacramento baptismi facit
corda hominum preparata ad hoc ut sint
domus parata ad recipiendum in
se deum descendentem in mundum
per incarnacionis misterium. Sic
enim interpretatur iordanis salire
descensus eorum. hinc est quod utroque
modo habet dicitur hec in Bethania vel
Bethabora facta sunt transiordanem
ubi erat iohannes baptizans.

scilicet in bethabora

Aliter posset exponi. sicut habetur
euangelio. Medius autem vestrum etc.
Ubi iohannes saluatoris excellenciam
dicendo quidem. Medius vestrum etc
Primo manifestat in christo patentem
humanitatem et latentem diuinitatem
2o temporalem natiuitatem et eter-
nam maiestatem. 3o incarnacionis
sacramentum et redempcionis
beneficium. Patentem quidem hu-
manitatem christi manifestat. cum
dicit. Medius vestrum stetit scilicet
est in medio vestrum positus per
carnis assumpcionem. Sed latentem
diuinitatem aperit cum addit quem
vos nescitis. Temporalem autem
natiuitatem aperit cum dicit Ipse
est qui post me venturus est.
Sed eternam maiestatem cum
adiungit. Qui ante me factus
est. Incarnacionis sacramentum
insinuat cum dicit Cuius non
sum ego dignus ut soluam cor-
rigiam calciamenti. In quo calci-
amento quia mortalis caro
per vnitatem humanitatis assumpte
in qua carne factum est beneficium
nostre redempcionis ideo in ipso calci-
amento intelligitur beneficium redemp-
cionis. Et quoniam tanta magnalia
congruo loco et patenti atque fa-
moso debuerunt manifestari, propterea
subiungit euangelista. Hec in Bethania
facta sunt transiordanem. Ubi
erat iohannes baptizans.

In mense autem sexto missus
est angelus gabriel etc. Luce
Sicut dicit Augustinus xiij de t-
rinitate. Potuit deus hominem
aliunde suscipere in quo esset mediator
dei et hominum. sed melius iudicauit
de ipso quod victum fuerat genere assumere
hominem per quem genus humanum
vinceret inimicum. Et tamen ex
virgine cuius corporum spiritus in-
carnato fides non libido preuenit in
qua credendo facta est fecunda
virginitas ne illud quod nascebatur
ex propagine primi hominis tali modo
generis et non criminis originem duceret
ut nasceretur ex virgine non con-
tagione viciata natura. sed omnium talium
viciorum solida medicina. nasceretur
namque homo nullum habens nullam
habiturus omnino peccatum per quem
renascentur liberandi a peccato.
Ex quibus verbis colligitur quod ad
opus incarnacionis quodam specia-
lius tria concurrerunt. primum est dei
sapiencia disponens eo quod melius
iudicauit ex genere illo quod victum
fuit assumere hominem per quem
vinceret victori. ponis et hoc virginis
mediante. 2m est potencia exequens
que talem hominem supernaturaliter
in utero virginali tunc formauit
Tercium est fides et humilitas
obediens quia hunc conceptum
fides preuenit. Et etiam credendo
facta est fecunda virginitas. Hunc
igitur ordinem describens euangelista
dicit. In mense autem sexto etc.
Ubi in predicta describit incarnacionis
misterium quo ad tria videlicet
Primo quantum ad dei sapienciam
disponentem. In mense autem
vi. 2o quantum ad eius potenciam
exequentem dicit aue maria

ad angelum quo fiet istud · 3° ad
virginis obedientiam consenciens
dixit autem maria ecce ancilla
domini · Circa primum tria vi-
dentur concurrere ad dei sapientiam
disponentem quorum primum est des-
tinata legacio · In mense autem
sexto etc · 2m denunctiata salutacio
et ingressus angelus etc · 3m est
examinata relacio · Que cum au-
disset · Circa primum ad destinatam
legacionem concurrunt condiciones
quinque quarum prima est congruentia
temporis · 2a sublimitas actoris
3a ydoneitas mediatoris · 4a loci
designacio · quintum est virginis
commendacio · Est ergo prima
condicio congruentia temporis ·
de quo dicitur · In mense autem
sexto sup. a concepcione precursoris
qui fuit conceptus in octobri
quando dies decrescunt · Christus
autem in marcio quando dies
crescunt ut in ipsis temporibus
prefiguretur illud quod postmodum
idem precursor dixit · Jo · iij · Illum
oportet crescere me autem minui · Item
in mense vj · i · in marcio in quo
mundus est conditus ut insinuetur quod in
hoc misterio ille nunciabatur qui
et mundum creavit et qui per ea
reparavit · Iterum in mense sexto
ut quia homo sexta die eiusdem
mensis peccavit · in mense sexto
die sexta i · feria sexta ipsius
mensis nunciatur Ille per quem
a peccato debebat salvari · Item
in mense vj · propter senarii perfectionem
ut sicut hic numerus perfectus est

consistens ex omnibus partibus suis
aliquotis ita intelligatur illius
misterium nunciari qui in se perfectus
existens omnia ad perfectionem reduceret
propter igitur tot congruentias
huius mensis potest de ipso dici · Exodi
xij · mensis iste nobis principium
mensium primus erit in mensibus
anni · 2a condicio ad hanc legacionem
concurrens est sublimitas auctoris
de quo dicitur · a deo · Et hanc
sublimitatem exigebat primo
operis excellentiam · 2o unionis
convenientia · 3o condescensionis
benivolentia · Operis quidem
excellentia que tanta erat ut
non alium quam deum posset principaliter
habere actorem propter quod dicit apostolus
Gal iiij · At ubi venit plenitudo
temporis · misit deus filium
suum etc · 2o hoc exigebat
unionis convenientia · Non enim
potest unire extrema nullam
distanciam nisi virtus equipollens
utrique vel alteri vel utrumque [illegible]
excedens et quia in hoc misterio
humane nature supra naturam
debebat uniri divina · que sola
sibi ipsi equipollet · Ideo in ipso
non potuit esse principalis actor
quam deus quod bene insinuatum
est Jer xxxj · Revertere virgo israel
filia vaga · Revertere ad civitates
tuas istas usquequo deliciis dissol-
veris filia vaga · Quia creavit
dominus novum super terram
femina circumdabit virum · 3o
hoc exigebat condescensionis
benivolentia ut fieret deus

dignatiua benignitate valebat
ppriu filium in vtero virginis
materari ita huius misterij actor
principalis existeret q ipse filius
declarans dixit. Jo iij. Sic deus
dilexit mundum ut filium suu
unigenitum daret ut omnis qui
credit in ipsum non pereat sed
habeat vitam eternam. Congruita
tem huius sublimis ac plis
actionis. Beda super luc attendens
dicit Aptum autem huius exstitit
rationis principium ut angelus a deo
a deo mitteretur ad virginem
partu consecrandum. Diuino qr
prima preuaricationis hominis fuit causa cum
serpens a dyabolo mittebatur ad
mulierem spiritu superbie decipiendam.
3a condicio est ydoneitas nuncij
siue mediatoris de quo subditur
missus est angelus gabriel
cuius et natura et nomen
ydoneitatem important ad talem
legationem. Natura quidem primo
propter congruitatem quia angelis
congruum nempe fuit ut sicut
terrenum animal videlicet serpens missum
est ad decipiendum illos qui exutus
quasi celestes efficerentur terrestres
sic nuncius celestis mitteretur
ad annunciandum illum qui ce
lestes faceret de terrenis. Secundo
propter profunditatem. hoc enim
misterium est tam occultum atque
profundum quasi congruit
ei per celestem nuncium reserari
scilicet per angelum qui secundum dyonisium

de dei nobis est manifestatiuus
occulti luminis. Hic enim mani
festatiuus erat virgini illud lumen
de quo Jo. j. Erat lux vera etc.
et ibidem x. Ego sum lux mundi
et luc. ij. dixit symeon lumen
ad reuelationem gentium et
ysa. lx. Surge et illuminare
iherusalem quia venit lumen tuum
3o propter puritatem quia enim
virgini pure ea puritate qua
sub deo maior nequit intelligi
ut dicit ans de concepcu virginali.
et habebit fieri in ea purissimum
misterium nunciari debebat congruum
hoc fuit fieri per angelum qui
secundum dyonisium vbi supra est speculum
purissimum splendidissimum
et mundum. Unde ier in sermone
in sermone assumpcionis. Unde bene
angelus ad virginem mittitur
quia semper est angelis cognata
virginitas de hac angelica
missione potest intelligi loqui pater
ad filium illud. Exo. xxxiij. mit
tam precursorem tuum angelum
Nomen etiam ydoneitatem
importat de quo additur gabriel
de hoc propter tria. Primo quia
Gabriel longe ante consciens
factus huius misterij. danieli
futurum reuelauit ut habetur
dan ix. Et ecce vir Gabriel
quem videram in visione a prin
cipio volans tetigit me in tempore
sacrificij vespertini et docuit me
et locutus est michi et infra

Scito et ~~ergo~~ audiuit ab exitu sermonis
iterum edificetur ierusalem usque ad
xpistum ducem ebdomadis septem
et ebdomades sexaginta duae septem
erunt. 2o precursorem xpisti zacha
rie nunciauit luc. primo. dicens
Ne timeas zacharia et infra
et uxor tua Elizabeth pariet
tibi filium etc. Et cum bis dictis
adiunxit. Ego sum gabriel qui
asto ante deum. 3o propter significatum
nominis interpretatur enim fortitudo
dei et ideo conuenienter illum
nunciat de quo dixit precursor
luc. iij. veniet autem fortior me
cuius non sum dignus soluere
corrigiam calciamentorum eius
et de quo ipse xpistus luc. xj. cum
fortis armatus custodit atri
um suum et infra. Si autem fortior
superueniens vicerit eum. Insi
nuans se ipsum fortem esse. ad
fortitudinem dyaboli superandam
vnde gregorius in omelia. Non quilibet
angelus. sed gabriel archangelus
mittitur ad hoc quippe ministerium
summum angelum venire dignum
fuit quia summum omnium nunciabat
qui ideo priuato nomine censetur
ut significetur per vocabulum
quid valeat in opere. Gabriel.
quippe dei fortitudo. nominatur
per dei ergo fortitudinem nunci
andus erat qui virtutum dominus
et potens in prelio ad debel
landas potestates aereas veniebat
2a condicio est designacio
loci de qua subnectitur In

ciuitatem galilee cui nomen nazareth
In ciuitatem quidem. Tum quia sicut
ciuitas est ciuium vnitas
ita ille nunciandus erat qui
diuisos congregaret in vnum
Et hec ciuitas galilee que
interpretatur transmigracio quia
ipse xpistus debebat facere nos
transmigrare de culpa ad veniam
de natura spoliata donis ad graciam
de mundo ad gloriam tamquam si dicatur
eidem aptetur illud primo machabeorum vo
vade libera fratres tuos in galilea.
Huius autem ciuitatis est nomen
nazareth quod interpretatur flos et hoc
conuenienter xpisto appropriatur primo
propter floris humorem qui purus
est. 2o propter odorem qui suauis
est. 3o propter colorem qui iocundus
est. Primo igitur propter humorem
quia sicut a radice usque ad su
mmitatem arboris non est alicubi
tanta puritas quanta in flore
Ita in arbore tocius humane
nature ab adam quasi a radice
usque ad vltimum nasciturum in ipsa
nullus attingit ad puritatem
xpisti. quod bene ysa. xj. ostensum
est vbi de xpisti incarnacione dicitur
est. Egredietur virga i. virgo
de radice yesse et flos i. xpistus
seu nazarenus ut dicit alia
littera de radice eius ascendet
2o flos conuenit xpisto propter odorem
quia sicut ex suauitate sui odoris
flos allicit appetitum hominum
vel olfactum ita xpistus ex odore
sanctitatis ad se trahit electos

Unde eidem qui de se dicit.
Cant. ij. Ego flos campi et
lilium convallium. Sponsa sic
loquitur Cant. primo. Trahe me
post te in odorem curremus
unguentorum tuorum propter hanc
sanctitatem potest intelligi dictum
de eo illud Mt. ij. Veniens habitavit
in civitate que vocatur nazareth
ut impleretur quod dictum est per prophetas
quoniam nazarenus vocabitur
i. sanctus vel floridus. 2o eidem
convenit flos propter colorem quia
sicut iste ex sui candiditate delectat
animum et aspectum ita Christi doctrina
veritatis et castitatis animum et inte-
riorem aspectum fidelium summe de-
lectat. Unde ipse promittit Osee
xiiij. Ero quasi flos et israhel
germinabit sicut lilium. Ex hac
autem floris complacentia et vir-
tute que in flore nazareno reperitur
possumus de ipso Christo affirmare illud
Jo. primo. A nazareth potest aliquid boni
oriri etc. Tertia condicio hanc
legacionem extollens est commen-
dacio virginis de qua subinfertur
ad virginem desponsatam etc. Et
hanc commendat primo puritas
2o sanctitas. 3o nobilitas. 4o nominis
sublimitas. Puritas quidem
hanc commendat de qua premittitur
ad virginem. Hec autem puritas
virginalis huic misterio racionabiliter
convenit propter quinque primo ut
mater congrueret filio nascituro
ex ipsa qui est candor lucis eterne
speculum sine macula ut dicitur
Sapientie vij. Et hec racio ansh. de

virginali
concepto dicentis Cap. xviij Decens
erat ut illius hominis scilicet Christi
conceptio de matre purissima fieret
nempe decens erat ut ea pu-
ritate qua maior sub deo nequit
intelligi virgo illa niteret. Cui
deus pater unicum filium quem de
corde suo equalem sibi genitum
tamquam se ipsum diligebat. ita
dare disponebat ut naturaliter esset
unus idemque communis dei patris et virginis
filius. 2o ut per virginem et eius
filium compleantur omnes modi
quibus potest dei potencia hominem
facere. Et hec est racio eiusdem
ansh. 2o Cur deus homo c. 8. dicentis
Quatuor modis potest deus hominem
facere scilicet aut de viro et femina
sicut assiduus monstrat usus aut
nec de viro nec femina. sicut
creavit adam. aut de viro sine
femina sicut fecit Evam. aut
de femina sine viro Et hoc fecit
in Christo virgine matre. 3o ut inno-
cencia ablata homini mediante Eva
virgine superba eidem restituatur
mediante virgine humili. Et
hanc racionem insinuat aug. in ser.
nat. virginis dicentis. Hec est
enim flos campi de qua ortum
est preciosum lilium convallium
per cuius partum mutatur natura prothoplau-
storum quod deletur et culpa
4o ut approbetur status virginalis
atque alius preferatur tam in matre
virgine quam in filio. Et per hunc
statum restituatur quitquid cor-
rupcionis introductum fuit in
mundum. Quinto ut sicut filius
huius matris est singularis in

natos ex feminis ita matrem habeat
singularem. Et sicut est admi
rabilis ita mirabilem et venera
bilem sibi matrem eligit. Unde
aug. de sancta virginitate. Sola
virginitas illum parere potuit qui
in sua nativitate parem habere non
potuit. Hec est illa novitas ad
miranda quam ysa. vii. deus posuit
in signum reconciliationis humane
dicens propter hoc dabit dominus ipse
vobis signum. Ecce virgo concipiet
et pariet filium. et vocabis no
men eius emanuel. Commendat
hanc virginem 2o societas de qua
subinfertur desponsatam etc. ubi
societas probitas sinceritas sacra
mentum commendant. Societas
quidem quia desponsata fuit viro
dum primo ut virginis parientis
misterium dyabolo celaretur qui obser
vabat si aliqua virgo illo tempore
pareret. secundo propinquum erat tempus
illius prophetie implende de qua dictum
est supra Ecce virgo concipiet
etc. Et hanc causam ambrosius
super lucam et orig. assignant
2o ut sponsus qui fuit custos
virginis testis fieret virginitatis
3o ut infamie virginis caveretur
sicut dicit Amb. super luc. has tres
causas simul assignat B. super
missus est dicens. Necesse igitur
desponsata est maria. quando per
hoc et omnibus sanctis absconditur
et a sponso virginitas comprobatur
et virginis tam verecundie parcitur
quam fame providetur. 4o ut misterium
appareret quod est figura xpi et ecclesie
maxime autem hec misterii [?] figura
est ecclesie et xpi. Prima sicut maria

simul fuit sponsa mater et virgo ita
ecclesia sponsa est xpi et mater [?]
fidelium et virgo per sinceritatem
fidei illibate. 5o ut sponsus
esset adiutorium et solacium vir
ginis maxime in hiis que ad xpi
infantiam et parvulum nutriendum
poterant pertinere. Probitas
etiam hanc commendat de qua dicitur
viro. Fuit enim hic vir vigore
mentis castitatis. Fuit etiam vir
hic vigore probitatis. fuit nichi
lominus vir virtute sanctitatis
iuxta illud quod de ipso dicitur mt.
primo. Joseph autem vir eius
cum esset iustus. i. in omnibus vir
tuosus ut glosa exponit. Sin
ceritas autem hanc commendat de
qua subditur Joseph. i. accrescens
plus enim cunctis iustus sinceritas
partum virginis sponse sue
quam crevit mundus per prolem eius
virginitate corrupta quod bene
matheus insinuavit mt. primo
cum premissis multis hominum generationibus
omnibus imperfectis conclusit Jacob
autem genuit yoseph virum
marie de qua natus est ihesus
qui vocatur xpus. Et in secula
amplius est deus super omnia benedictus
Commendat 3o virginem nobi
litas quam expressit illud quod ad
ditur de domo david. Sicut enim
dicit Jeronimus super mt. Joseph
et maria ex una tribu erant
quia ambo de domo david. Ex hoc
igitur quod yoseph de stirpe regia
fuisse describitur. Nobilitas
virginis declaratur que ex eadem
stirpe per hoc monstratur processisse
unde et in Bethlehem conveniunt
duo ambo profitentur ut dicitur

luc. 1°. Tamquam ex eius domo progeniti
Comendat ultimo virginem
nominis sublimitas de qua subinfertur
Et nomen virginis Maria. Huius
autem nominis sublimitatem ostendit
et quadruplex eius misterium et
quatuor litterarum. Primo igitur
quadruplex misterium quarum una est
illuminatrix quia optima virgini congruit
dicente B. super missus est omnia 2a.
Ipsa est illa stella ex iacob orta
cuius radius universum orbem il
luminat cuius splendor in superis pre
fulget et inferos penetrat terram
etiam perlustrat et calefacit Secunda
eius misterium est stella maris
sibens ductivum et ducens ad
portum salutis illos qui in hoc
mundo tamquam in mari magno navi
gant. Unde Bernardus in sermone Tolle
hoc corpus solare quod mundum illu
minat ubi dies. Tolle mariam
hanc stellam maris. Maris utique
magni et spaciosi quid nisi cali
go involuens et umbra mortis
et tenebre densissime relinquitur
3a misterium est elevata ipsa
enim meritis et virtutibus super
omnes creaturas elevata est ut
eius vita sit omnibus posita in
exemplum dicente Ambrosius de virginibus
Talis fuit maria ut eius unius vita
omnium disciplina fuerit 4o misterium
domina quia portando illum qui celi
et terre dominus est dominum meruit
fieri domina universi et ab omnibus
honorari. 2o sublimitatem huius
nominis ostendit quatuor litterarum
que sunt m. a. r. i. a. per mam

scilicet m. intelligitur de matre pi
etatis que de se dicit Ecclesiastici xxiiii
Ego mater pulchre dilectionis
et agnitionis et sancte spei. Per
secundam scilicet a ancilla humilitatis
et propter hanc singulariter dicit
de se a deo fuisse respectam. luc.
i° Quia respexit humilitatem
ancille sue. e. e. ex. h. b. m. d. o.
generationes Per terciam scilicet
r. regula veritatis propter quod dicit
Augustinus. Et talia caritas
in eius secundum quod caritas hec se
sola inveniit in mundo Per quarta
videlicet i. ymago divinitatis. Unde
Bernardus hanc domine fecisti ymaginem
divinitatis tue in ea velud artifex
ostendens magisterium pietatis tue
Per ultimum scilicet a. arra felicitatis
dicens proverbiorum viii. Qui me invenerit
inveniet vitam et hauriet sa
lutem a domino. Deinde cum dicitur
Et ingressus angelus ad eam etc.
describitur denunciata salutatio
ubi nobis occurrit primo familiaritas
nuncii 2o allatus colloquii. 3o.
copiositas beneficii. 4o sublimitas
consorcii. 5o. singularitas fastigii
Primo igitur nobis occurrit
familiaritas nuncii cum dicitur Et
ingressus angelus ad eam. angelus
enim ad virginem ingressus est
primo sicut familiaris ad domesticam
et dominam ut possit de hoc angelo
dici illud. Mal. ii. Angelus domini
exercituum est. Secundo paranymphus sicut
ad sponsam juncta dictum augustinum
in sinum introducunt. Mariam de
hoc sic loquentem. Venit ad
me quidam magnus Christi paranymphus

1o iucunditas eius. Luc.
2o copiositas muneris. Gratia plena
vel sic 3o sublimitas consorcii dominus tecum
4o singularitas privilegii Benedicta tu

non patriarcha primus aut propheta
egregius sed gabriel ille archan-
gelus facie rutilans. veste cho-
ruscans ut ex hoc ingressu possit
dici illud act. xii. angelus domini
astitit et lumen refulsit in ha-
bitaculo. 3o ingressus est sicut
celestis ad celicam ut conveniat
dici illud Mal. iii. Ecce ego mitto
angelum meum qui preparabit viam
ante faciem meam. Secundo nobis
occurrit allocutus colloquii cum
addit dicit ave quod bene huic vir-
gini convenit primo propter sanctificationem
eius. 2o propter acceptationem. 3o propter
peccati exclusionem et quasi eve
transmutationem. Primo ergo propter
sanctificationem convenit ei hec
salutatio ave i. sine ve peccati
dicente augustino de sancta maria
virgine cum de peccatis agitur nullam
prorsus volo habere questionem. Unde
enim scimus quod ei plus gratie sit
collatum ad vincendum ex omni
parte peccatum quia meruit parere
illum quem constat nullum habuisse
peccatum. Et Jeronimus in sermone
amplioris benedictionis sanctificatio
descendit in illam que non solum
eius sanctificaret uterum sed et
vitam eius deinceps ab omni
peccato custodiret immunem quod nemini
inter natos mulierum creditur
esse collatum. Secundo propter acceptationem
hanc enim deus tantum acceptavit
atque dilexit ut elegerit eam pre
omnibus creaturis. In cuius testimonium
angelus premittit ave. Et quasi diceret
gaudens et applaudens eidem
de tam singulari electione quia

virgo deo erat accepta. Unde Jeronimus
in sermone. Electa ut sol fulgore
virtutum. quia ipse eam elegit
sol iusticie ut nasceretur ex ea.
3o propter peccati exclusionem. et quasi
eve transmutationem. pro. xii. dicitur
Verte impios et non erunt sup
impii. Si ergo vertatur eva ita
quod a ponatur in principio et e in fine
habebimus ave. quia igitur sicut
dicit augustinus in sermone maledictio
eve in benedictionem mutatur
marie. Et pro inobediencia eve marie
obediencia commutatur. fides pro
perfidia compensatur. Ideo convenienter
angelus talem mutacionem que
est de extremo ad extremum insinuat cum
dicit ave. 3o occurrit copiositas
beneficii. Cum adiungitur gratia
plena. Cuius plenitudinem ostendit
primo universalis continencia
2o salutaris influencia. 3o vir-
tualis redundancia. Primo
quidem universalis continencia quia
gratia qua virgo ab angelo nunc-
ciatur plena universaliter continet
omnis gratie complementum.
Unde Jeronimus in sermone. Et bene dicitur
gratia plena quia ceteris per partes
marie vero totius se infudit
gratie plenitudo. Et vere intuemini
quanto devocionis affectu a nobis
eam voluit honorari qui totius
boni plenitudinem posuit in maria.
Et convenit ideo de ea dici id
Hester 2o. Amavit eam rex plus
quam omnes mulieres et habuit gratiam
et misericordiam coram eo super omnes
mulieres. 2o Eius plenitudinem
ostendit salutaris influencia quia
sicut dicit Bernardus super missus est

de plenitudine gratie eius accepit
universi captivus redempcionem
eger curacionem. tristis consolacionem
peccator veniam. iustus gratiam.
angeli leticiam. tota trinitas
gloriam filii persona carnis humane
substanciam ut non sit qui se abscon-
dat a calore eius et ex hoc
convenit dici de ea illud Jo. p°.
de plenitudine eius nos omnes
accepimus graciam pro gratia
3°. idem videt virtualis redun-
dancia quia ut aug. in sermonibus.
de plenitudinis eius redundancia
respersa remaneat omnis creatura
quod bene explicat Jeronimus in sermone.
Talibus decebat virginem oppig-
nerari muneribus ut esset gratia
plena que dedit celis deum. celi
hominem pacemque refudit. fidem
gentibus. finem viciis. vite
ordinem moribus disciplinam
Et Bern. super ex. Certa gratia
plena non poterit tam modicum
inclinari quando de gratia ef-
fluat quia super plena non potest
se continere quin copiose diffundat
quia indesinenter plena non
potest evacuari quantumcumque dif-
fluat. Convenienter igitur propter
hanc plenitudinem dici potest
illud Eccli. xxiiii. In me omnis
omnis gratia vite et veritatis in me
spes omnis vite et virtutis.
2° convenit sublimitas ~~subs[tancialitas]~~
conferam cum subiungitur dominus
tecum hic enim erat sublime
tatis salutacionis eximium
ut altissimus qui in virgine
erat per gratiam annunciaretur

esse cum ea per assumendam naturam
unde aug. in sermone. Dominus pater tecum
cuius filium concepturaes.
Dominus filius tecum quem conce-
ptura es. Dominus spiritus sanctus tecum cuius
virtute conceptura es. Hec
est illa sublimitas que omnem
facultatem creature transcendit
sicut dicit Jeronimus in sermone. Quod
natura nescit non potuit et quod nos habuit
ignoravit error. mens non capit
humana pavet celum. stupet
terra creatura omnis miratur. totum
celeste est quod per gabrielem angelum
nunciatur et per Christum adimpletur
propter hanc sublimitatem potuit
angelus dicere illud. Regum ii. vii.
Omne quod est in corde tuo
vade et fac quia dominus tecum est.
Tercio nobis convenit singu-
laritas fastigii cum subinfertur
Benedicta tu in mulieribus. Quod
tripliciter potest intelligi. primo
ut hoc quod dicitur in mulieribus
intelligatur supereminenter. 2°. efficaciter
3°. utiliter. Primo quidem supereminenter
ut sit sensus in mulieribus
id est super omnes mulieres. unde
aug. in sermone. O femina super feminas
benedicta que virum omnino non
novit. Et virum salvat. Christum
suo utero circumdedit. Huius super-
eminencie gratia potest ei convenire
illud Judith xv. Tu gloria ierusalem
tu leticia israhel tu honorificencia
populi nostri. Et ideo eris benedicta
in eternum. Hanc autem benediccionem
ipsa de se ipsa prophetizans dicit luce
primo. Secunda respectu humilitatis
in valle sue etc. c. ex. h. b. m. d.

sine generationes. Efficiuntur eciam
per ipsam benedicuntur mulieres ut
sicut mulier turbatur est causa
maledictionis ita per virginem de
cetero causa benediccionis. Unde B.
in sermone Iungitur nova legacio
gabrieli et novam virgo professa
virtutem. scilicet virginitatem nove
salutacionis honoratur. absque quo an
tiqua excluditur malediccio mulierum
novam nova mater accipit bene
diccionem propter hoc idem B. super
missus. sic alloquitur hominem. ne
dixeris ultra o adam. mulier
dedit michi de ligno vetito. sed
potius mulier quam dedisti michi
cibavit me fructu benediccio. Et
hoc patet de ea dicta illud Gen. xxii
In te benedicentur omnes cog
naciones terre. 2o utiliter eciam
ideo dicitur. benedicta quia illum
nobis peperit in quo et per quem
benediccio facta patribus est completa
unde angelus in principio. Benedicta tu in
mulieribus que vitam viris et
mulieribus peperisti. Deinde cum
dicit. Que cum audisset etc. describitur
relacio examinata. Ubi primo inducitur
ewangelista virginis prudenciam ex
aminantem. 2o angeli diligenciam
explanantem ibi Et ait angelus
ei. Quantum ad prudenciam
virginis examinantem primo sciendum
est quod prudencia diligencius ex
aminat audita quam habet annexas
modestia et constancia. Et
ideo primo describit virginis
modestiam. 2o constanciam tercio
prudenciam. Modestia quidem
in hoc quod dicitur. Que cum

audisset. Multa enim audire
et consimilis non respondere modestia
significat audientis quam hec
virgo sciebat a sapiente predica
tum Eccli. xxxii. Audi tacens
et pro reverencia accedet tibi
bona gracia huius modestie
contrarium precessit in ea que
statim interrogata respondit. Constancia
autem virginis. ostenditur in hoc
quod dicitur. Turbata est in sermone
eius. Est enim turbacio quedam
subvertens usum racionis que proprie
dicitur perturbacio et hec non
fuit in virgine. Alia est tur
bacio impediens licet non sub
vertens usum racionis et hec
est passio vel oritur ex passione
cum racio non dominatur et nec
ista fuit in ea. Est tercio turbacio
sive commocio causans in mente
quod subicitur racioni et hec fuit
in virgine que mentem ipsius
a constancia examinandi audita
non movebat. Hec autem turbacio
orta fuit ex admiracione
salutacionis insolite que numquam
prius facta fuerat alicui creature
nec alteri fieri debuit. quia
soli virgini servabatur. Unde
ambrosius super lucam Benedictionis
novam formulam mirabatur
que numquam est ante comperta. soli
Marie enim servabatur. Sequitur scilicet salut
et cogitabat qualis esset ista
salutacio. Ubi inducitur virginis
prudencia examinans. Statim
enim credere audita levitatis
est iuxta illud. Eccli. xix. Qui

cito credit levis est corde. Cito
autem non credere vel infidelitatis
vel stoliditatis. sive duricies
est cordis. Virgo igitur nec
levis fuit ad cito credendum
ut Eva nec incredula ut zacha
rias sed circumspecta ad exami
nandum illud quod angelus nunci
abat. Ambrosius. multum pertimere
de se quando magis nunciat superbie
est. Nullo autem modo talibus
assentire stoliditatis est maxime
quando a deo mittitur. Virgo
itaque humillima et prudentissima
propter humilitatem non presumebat
se dignam et propter prudenciam
non recusabat divina. Examinabat
ergo cogitans qualis esset ista
salutacio. que media inter assen
sum et dissensum. Sciebat
enim illud Ecclesiastici xiiii. Beatus
vir qui in sapiencia morabitur
et qui in iusticia meditabitur
et in sensu cogitabit circumspeccionem
dei. Secundo cum dicit. Et ait
angelus ei etc. describit angeli
diligenciam explanantem. Ubi
primo premittit aliquid confortativum
2o subiungit salutacionis expla
nativum. Confortativum quidem ponit
dicens. et ait angelus ei. Ne
timeas maria. Videns enim an
gelus tam ex admiracione quam
ex novitate salutacionis quam eciam
ex humana quadam debilitate
virginis eam expavescere con
fortavit eam et tamquam familia
rem vocavit ex nomine dicens.
Ne timeas maria. Et secundum

quod dicit Crisostomus racionem huius
confortacionis subiungit dicens
Invenisti enim graciam apud
deum. Quia qui apud deum invenit
graciam nichil habet quod timeat
2o subdit salutacionis declaracionem
adiungens invenisti enim graciam
etc. Ubi primo declarat quod in
salutacione premisit Ave gracia
plena. 2o quod addidit dominus tecum
ibi. Ecce concipies etc. 3o quod
conclusit Benedicta tu in mu
lieribus ibi hic erit magnus
etc. Declarat itaque primo id
quod premisit dicens ave gracia plena
ac si dicat non mireris si hoc
tibi dixi. Etenim invenisti graciam
apud deum. illam scilicet graciam
quam totus mundus non potuit
invenire. Invenit enim sicut
dicit B. super missus. dei et hominum
pacem mortis destruccionem
vite reparacionem. Et secundum
eundem in sermone. Ipsa invenit
graciam ut virginitate integra
caritate fecunda. humilitate de
vota esset sine corrupcione fe
cunda. sine gravamine gravida
et sine dolore puerpera. Nec
mirum graciam apud deum virgo
invenit humillima inter omnes.
Etenim scriptum est Ecclesiastici iii. Quanto
magnus es humilia te in omnibus
et coram deo invenies graciam
2o declarat id quod addiderat
scilicet dominus tecum dicens. Ecce con
cipies in utero et paries etc. ac
si dicat. Non solum tecum est
dominus per communem existenciam. non solum

per specialem gratiam sed dispositus est per assumendam naturam. Nam etiam concipies non tantum in corde verbum sed in utero filium et verbum. Et paries filium. Cum sicut est dei filius eterna generatione ita erit tuus filius temporali productione. Et quia tuus erit) vocabis nomen eius ihesum .i. salvatorem ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum ut dicitur math. primo. 3o declarat id quod in salutatione conclusit benedicta tu in mulieribus, enarrando de filio eius subiecit. hic erit magnus etc. ubi aduc considerandum est ex hoc cognoscatur virgo esse benedictam non solum in mulieribus verum etiam super omnes creaturas quod meruit portare illum qui est deus super omnia benedictus. Angelus itaque magnificando eius filium benedictum. Et dixit hic erit magnus. et filius altissimi vocabitur etc. ostendit virginem esse iure filii benedictam. Cuius ostendit primo excelsam sublimitatem dicendo hic erit magnus. Dan. ij. dicitur. lapis autem qui percusserat statuam factus est mons magnus et implevit universam terram dicitur ubi autem erit non quod ante partum virginis magnus non fuerit sed quia potentiam quam dei filius filius ita est hūit. homo et ipse erit

accepturus. ut una sit persona homo et deus. hec glosa. hanc magnitudinem senserunt qui dixerunt. luc. vij. propheta magnus surrexerit in nobis. et quia deus in p. e. 2o ostendit consubstantialem deitatem. cum addit. Et filius altissimi vocabitur. Altissimus enim non potuit filium de substantia sua generare qui sibi consubstantialis non esset. Unde in Symbolo dicitur Consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Et hanc consubstantialitatem ipse filius qui est sapientia increata de se insinuans dicit Eccli. xxiiij. Ego ex ore altissimi prodiui. Et hac autem virgo benedicta sublatur declaratur quod eundem cum altissimo filium habet communem. Unde Bernardus in s. Ipsa est denique virginis nostre gloria singularis et excellens prerogativa Marie quod filium unum eundemque cum deo patre meruit habere communem. 3o collatam autem cum subdit. Et dabit ei dominus sedem david patris sui. Ubi advertendum est quod licet christus in quantum deus una cum patre dederit sibi ipsi in quantum homo potestatem super omnes creaturas tamen quia in patre est auctoritas ideo patri ipsi attribuuntur ea que filio temporaliter dedit propter quod angelus hoc explicando dixit. dabit ei dominus pater videlicet qui dicitur dominus christi propter auctoritatem deus propter consubstantialitatem sedem david

patris sui i. potestatem promissam
David patris sui carnem. Ro. i. qui
factus est ei ex semine David secundum
carnem. Huius autem et potestatis
collationem factam Christo homini
a patre predixit Dan. vii. Ecce in
nubibus celi quasi filius hominis
veniebat et usque ad antiquum dierum
pervenit et in conspectu eius obtu-
lerunt eum et dedit ei potestatem et
honorem et regnum. Secundum enim
Aug. d. e. per antiquum dierum patrem
intelligere debemus. Secundo addit eius
perpetuam gubernationem de qua
adiungit. Et regnabit in domo
iacob in eternum i. in ecclesia que
que pertinet ad promissionem factam
iacob. In hac enim regit Christus in
presenti quidem corda fidelium per
caritatem inhabitans et reget
eternaliter in futurum ipsos in
gloria coronans. Tertio addit eius
perpetuam durationem subiungens Et
regni eius non erit finis. Et hoc
idem prophetatum est per Danielem
ubi supra dicentem potestas eius potestas
eterna que non auferetur et regnum
eius quod non corrumpetur. Et ysaie
Pacis non erit finis. Sequitur
secunda pars principalis. Dixit autem maria
ad angelum Quomodo fiet istud etc. In
qua describitur mysterium incarnationis
comparatum ad personam exequentem
Circa quam primo oportet attendere virginis
inquisitionem. 2o angelicam satis
factionem ibi. Et respondens angelus
3o exemplarem manuductionem
ibi. Et ecce Elysabeth. Primo

quidem virginis inquisitionem
sub hiis verbis. Dixit autem Maria
ad angelum. Quomodo fiet i. quoniam
virum non cognosco. Et querit
modum et exprimit votum. Querit
ergo modum d. Quomodo fiet? Quod
non dubitavit Maria fiendum
esse in ea id quod angelus nunciaverat
quia hoc esse possibile ex prophetia ysa.
vii. quam legerat cognoscebat
quam non dubitat implendam sed
tamen querit modum quem in ipsa
non legerat unde Amb. super Lucam
Non dubitat esse faciendum sed
modum querit legerat enim Ecce
virgo concipiet et pariet ideo
credidit futurum sed quomodo hoc fieret
ante non legerat quia tanto prophete
non fuerat revelatum tantum enim
misterium non hominis fuit sed angeli
voce promendum. Deinde exprimit
votum cum addit. Quoniam virum
non cognosco i. me non cogniturum
proposui. Sicut enim dicitur in legenda
sancti Bartholomei. Hec fuit prima
inter feminas que statuit in corde
suo dicere deo. Domine offero tibi
virginitatem meam. Cum hoc a nullo
homine nec verbo didicisset nec
exemplo invitata fuisset. Querit
ergo modum quo cum virginitatis
voto atque proposito possit esse genitrix
prolis. 2o oportet attendere an-
gelicam satisfactionem que hoc
opus attribuit potentie increate
ubi primo declarat immensitatem
actoris cum dicit. Spiritus sanctus
2o profunditatem operis. Et virtus
altissimi. 3o nobilitatem prolis

tibi. Ideoque et quod nascetur ¶ Declarat
itaque primo angelus sublimitatem
actoris et ideo primitur. Et videns
angelus dixit. Spiritus sanctus superveniet
in te. Hic enim est ille sator qui
sicut ex sua immensitate virtutis
omnia produxit et ordinem dedit
hiis que ordinem non habebant
Gen. primo. Et spiritus dei ferebatur
super aquas qui etiam replevit
orbem terrarum modum tribuens uni
cuique ut dicitur sapientie primo. Ita
in te et de te faciet illum capi
et nasci de quo ipse procedit. In
christo superveniet et si dicat non
queras ordinem naturalem ubi nam
transcendunt et superant que continentur
¶ Declarat 2o profunditatem operis
dicens. Et virtus altissimi ob. t.
recipiens 2m Bern. super missus
ob umbrationem pro occultatione
quia occulte et latenter misterium
incarnacionis est celebratum. et
sic quasi factum in umbra. Job
40. Protegent umbre umbram
eius. Aliter umbra refrigerium prestat
ab estu ita quod id in quodam refugio
sit quod in umbra quis operatur. Ita
igitur conceptus filii dei in virgine
fieri debebat in refrigerio sancte
virginitatis. hinc est quod dicitur
fieri in umbra Cant. 2o. Sub umbra
illius quem desideraveram. sedi
et fructus eius dulcis gutturi meo
Vel aliter 2m Ambrosium et ponitur
in glosa. per hoc quod dicit obumbra
bit potest utraque natura salvatoris intel
ligi quia umbra a lumine et corpore
obiecto solet formari et virgo

sicut purus homo plenitudinem
divinitatis capere nequibat virtus
altissimi ei obumbrat dum incorpora
lux divinitatis corpus in ea sus
cepit humanitatis. Et cum hoc
concordat Gregorius. xviii. moral. dicens
per obumbracionem enim vocabulum
incarnandi dei utraque natura
signatur. Umbra enim a lumine
formatur in corpore dum autem
per divinitatem lumen est quia
ergo lumen incorporeum in vir
ginis erat utero corporandum
recte ei dicitur virtus altissimi
obumbrabit tibi. i. corpus in te
humanitatis accipiet incorporeum
lumen divinitatis. Dicat igitur
humanum genus spiritui sancto illud
ps. Obumbrasti caput meum
in die belli. ¶ Declarat 3o nobi
litatem prolis dicens Ideoque et
quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei
Ubi et nobilitatem christi in quantum
homo et in quantum deus declarat
In quantum quidem est homo cum
dicit Et quod nascetur ex te sanctum
Effectus enim convenit assimilari
cause cuius virtute producitur
Et quia virtus qua productus
est christus homo in virgine
fuit sancta. Ideo quod ex ipsa natum
fuit oportuit esse sanctum quod angelus
signanter expressit dicens Mt.
primo Quod enim in ea natum
est de spiritu sancto est. Unde aug. in
s. nat. virginis. Quod nimirum
si sine corrupcione nascatur quod
de sanctificatione concipitur. Et
hoc aut dicto 2m quod ubi supra

acupitur deitas christi et homo aliorum
quia alii sanctificantur per gratiam
christus autem sanctus nascitur per
naturam. hoc est illud sanctum natum
de virgine de quo dicitur Dan. ix.
donec impleatur visio et prophetia
et ungatur sanctus sanctorum
Declarat etiam nobilitatem
eius quantum ad divinitatem dicens
vocabitur filius dei. Cuius nobi
litas est ipsa divinitas et ma
iestatis immensitas qua equalis
est patri et hanc petrus confessus
est Mat. xvi. Tu es christus filius
dei vivi et martha Jo. xi. Ego
credidi quia tu es christus filius dei
vivi. Et apostolus Heb. Et quidem
cum esset filius dei didicit ex
hiis que passus est obedientiam
3o oportet attendere exempla
rem manuductionem de qua sub
nectitur. Et ecce elizabeth etc.
In hac autem angelus primo
adducit exempli convenientiam
2o ex ipsa concludit dei omnipotentiam
ibi Quia non erit impossibile apud
deum omne verbum. Exemplum
autem ad propositum inducit est convenientia
primo quia domesticum 2o super
naturam ariesm 3o quia tempore
propinquum. Primo quidem quia
domesticum ideo dicit. Et ecce
Elyzabeth cognata tua Elyzabeth
enim de tribu levi fuit virgo
autem de tribu iuda que tribus
iuncte erant matrimoniis. Et ex
hac virgo et Elyzabeth fuerunt
cognate quia vel elyzabeth

ex parte matris fuit de tribu iuda
vel quod melius creditur virgo ex
parte matris fuit de tribu levi ut
simul esset ex regali et sacerdo
tali progenie ex qua nasci debe
bat ille qui simul rex est et
sacerdos. 2o fuit exemplum super
naturam ariesm ideo additur ipsa
concepit filium in senectute sua
non quidem in qualicumque senecta
sed in ea in qua processerat
in diebus suis ut dicitur Luc.
primo. Et cum hoc erat sterilis
sicut adiungitur. Illi que vocatur
sterilis. Ex quo patet convenientia
exempli. Quia sicut deus potens
fuit dare conceptum contra ordinem
naturalem seni et sterili. ita potens
est christum dare et virgini. unde
Ambrosius super Luc. Cum angelus
abscondita nuntiaret ut fides
astruatur exemplo senioris femine
sterilisque conceptum virgini nun
ciavit ut possibile deo omne quod
ei placuit asseret ut qui con
ceptum dederat sterili dubitetur
non dubitaretur et virgini 3o
inducit exemplum de tempore
propinquum dicens. Et hic mensis
est sextus. scilicet mariatus ut dictum
est supra. Et ut subsiduum collatum
est illi que vocatur sterilis. Erat
enim Elizabeth sterilis etiam natura
et etiam secundum famam ita
quod vocabatur sterilis propter notitiam
et evidentiam sterilitatis. Nec solum
gratia exempli angelus premisit
virgini conceptum filii Elyzabeth

sed etiam ut que erat proximam pariturum
sterilis eius non ignoraret etiam
tunc. Deinde ex hiis concludit
diuinam omnipotenciam cum adiungit
Quia non erit inpossibile apud deum
omne verbum. Illud enim proprie
dicitur quod concipitur. sic concipit
autem deus nisi id quod potest habere naturam possi-
bilis. quia quod non est .i. quod inpossibile
est tamen non intelligitur ut patet
primo physicorum. Sicut enim omne possibile
subest diuine potencie ita et omne
quod vere dici potest et per quod est omne
verbum. ut sicut facile est proferre
per verbum id quod est de se possibile ita
facile ymo facilius est diuine
virtuti illud ponere in effectum
que sicut dicitur Heb. primo portat
omnia verbo virtutis sue et ibi-
dem fide credimus vel sanctus aptata
esse secula verbo dei. Sic igitur
non erit inpossibile apud verbum
incarnatum et de virgine natum
aliquod verbum nunciatum quod virgo
intelligens credidit et angelo
nuncianti consensit ut statim
subiungitur. Sequitur pars tercia
principalis. Dixit autem Maria Ecce
ancilla domini etc. In qua describitur
incarnacionis misterium quantum ad
virginem consequentem cuius
consensus primo consistit in humilitatis
obsequio. Dixit autem Maria
Ecce ancilla domini. hec enim
oblacio per obedienciam fuit promp-
tissima ideo premittit. Ecce et
per humilitatem fuit deo gratissima
cum dicitur ancilla domini. Unde

Glosa. Non de singularitate muneris
se extollit sed sue condicionis
et diuine dignacionis per omnia
memor se eius ancillam esse
fatetur cuius mater eligitur. Hec
autem humilitatem quasi principalem
causam tanti beneficii assignans
dicit Luce primo. Quia respexit
humilitatem ancille sue ecce e-
ex h. b. m. d. o. generaciones. Felix
ancilla domini cuius humilitatem
decorauit virginitas. Cuius vir-
ginitatem grauem reddit humilitas
et in qua utrumque sublimat
et exaltat fecunditas. Consistat
secundo eius consensus in sedu-
litate voti cum dicit. Fiat michi
secundum verbum tuum. Optat
ergo cum magna deuocione in se
angelicum impleri promissum
Et ita superueniente in eam spiritu
sancto concepit simul deum
perfectum et hominem in dualitate
nature et unitate persone ac
virginitate seruata .i. facta est
Maria illius mater. Cui cum
patre et spiritu sancto ~~saluator~~ viuit et
regnat deus per infinita secula
seculorum amen.

[A]nno quintodecimo
Imperii Tyberii Cesaris
etc. Luce 3o. Conueniens
est et consonum racioni ut
sicut omnia opera creatoris habent
tempus conueniens disposicionibus
suis iuxta illud Eccl. 3o. Omnia
omnia tempus habent et suis
spaciis transeunt vniuersa
sub celo. quod opera redempcionis humane

habeat tempus eorum exhi
bendi conforme q bene cog
noverat aplus cum dicebat
Gall 4o at ubi venit plenitudo
temporis misit deus filium
suum etc / hoc autem tempus
congruum missionis redemptoris
non solum debet attendi penes
necessitatem humane indigentie
sed etiam penes dispositionem
humane mundane congruentie
congruit autem ut quando ille
veniebat in mundum qui redu
turus erat ad unitatem illos
qui moribus actibus et ritibus
erant per multa divisi atque dissi
pati in ipso mundo esset ad uni
tatem unius imperii temporalis
reducta omnis multitudo temporalis
regiminis. Et ideo quando divul
gari debuit ille unus opus
per iohannem congruenter reducitur
tempus illud in quo imperabat unus
de quo tempore scribitur Anno
quintodecimo etc /. Verum non tm
tempus sed et plus auctor nostre
redemptionis debebat sapere unita
tem. Iste autem actor verbum
est incarnatum. hinc est. q
per verbum inspiratum tamquam
per rationem agendi predicatio
eiusdem precursoris ab eodem
verbo ut inspirato sumpsit
exordium. Et ideo bene sub
iungitur. factum est verbum
domini. Et ut opus conveniat
tam tempori quam actori. ideo et ipsum

opus unitatem importat. Ad
hoc enim institutus est peniten
cialis baptismus ut a diversitate
et multitudine peccatorum tamquam
bivii et macule perveniatur ad
unitatem fidei et concordiam pacis
et deinde omnia perducantur ad
extremi iudicii simplicitatem. Et ideo
iohannes qui predicabat unum
primo facere baptismum. unam equi
tatem fidei. unam rectitudinem
morum. concludit unam puritatem
indicas et unam omnium visionem
Et videbit omnis caro etc /. Sequi
tur igitur divisionem atque introductorum
premissarum. Erunt in dividitur in
tres partes. Primo enim. ad
predicationem precursoris christi de
scribitur oportunitas temporis
Anno. 2o introducitur sublimitas
auctoris. Factum est verbum
domini etc / 3o subiungitur congruitas
sive utilitas operis. Et venit in
omnem regionem. Describit
ergo primo oportunitatem temporis
in qua colligit primo unitatem
generalis imperii Anno xv. 2o quali
tatem specialis dominii. procu
rante poncio pylato iudeam. 3o
dualitatem legalis sacerdotii.
Sub principibus sacerdotum anna
etc /. Dicit ergo primo describendo
oportunitatem temporis penes
unitatem generalis imperii. Anno
xv imperii Tyberii cesaris. etc /
Ubi numerus regum presentium et
regni congruit temporum novi
testamentorum. nunc quidem concorda

est xv. hec est numerus sicut dicit Ieronimus in epistola ad paulinum ab uno per incrementa consurgens finit centum ut patet in figura sequenti.

In eo quod facit xv gradus insinuat nobis quod io. illum predicare incipiebat qui decurrens erat numerus graduum psalmorum quibus pervenitur ad deum. predicabat etiam illum christum ad quem tamquam ad montem in quo est salus hominum constituta per gradus virtutum et gratie pervenitur. Et hii gradus mistice in psalmis continentur in illis videlicet psalmis qui canticum graduum prenotantur. In eo autem quod centum efficiunt illum numerum prefigurant quo comprehensi sunt homines sive discipuli illi super quos in cenaculo sicut spiritus sanctus in linguis igneis est diffusus. per quod datur intelligi quod iohannes qui nunc predicare exorsus est scilicet anno xv illum prenunciabat venturum cuius officio ad unitatem fidei congregandi. Et tunc numerus erat in sibi adherentibus spiritus sancti gratia diffundenda. Hec etiam numerus exigunt predicationis iohannis tempus in quinto decimo anno etatis humane incipit vigor pubertatis tam in vigore potentie quam in discretione rationis christus quem iohannes predicabat adveniens in mundum eidem largiturus erat potentiam bene operandi et notitiam discernendi. 3o hic numerus annorum huius

Imperatoris. scilicet annus xv imperii Tyberii cesaris si computetur diligenter anni per hystorias et cronicas temporum precedentium terminat ebdomadas illas de quibus sic dicit propheta daniel propheta danielis ix. Ecce vir gabriel quem videram in visione principio cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini et docuit me et locutus est michi dicens. Daniel nunc egressus sum ut docerem te et intelligeres. ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni ut indicarem tibi. quia vir desideriorum es tu. ergo animadverte sermonem et intellige visionem. Septuaginta ebdomades abbreviate sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam ut consummetur prevaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas. Et adducatur iusticia sempiterna et impleatur visio et prophetia et
a ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo et animadverte ab exitu sermonis ut iterum edificetur ierusalem usque ad christum ducem ebdomade vii et ebdomade lxii erunt et paucas impositas addit. Et post ebdomadas lxxii occidetur christus et non erit eius populus qui negaturus eum est. Vir igitur anno xv ter ebdomade predicte computando annum pro die incipiebant

xpiste predicatus igitur nimis bene
congruit operi et tempori nostre
restauracionis. Regnum eciam
eidem tempori congruit de quo dicitur
imperii. quia ille quem predicando et bap-
tizando annunciando. Jo. ducendum est
cum imperator cuius imperium non
finitur iuxta illud ysa. ix. parvulus puer
natus est nobis et filius datus
est nobis et factus est principatus
super humerum eius et infra multi-
plicabitur eius imperium et pacis
non erit finis. Persona similiter
congruit eidem tempori de qua
subditur Tyberii qui in tercia bonitas
eius. eciam videns eum. quia iohannes illum
incipiebat manifestare. Cuius
bonitate mundus est conditus.
homo creatus et misericorditer reparatus
crucifixit eciam videns eum scilicet hominem
quem ex bonitate sua condiderat
miserabiliter prolapsum in malum
descendit per affectum incarnacionis
ad restaurandum eius defectum
Ergo congruit huic tempori cesar
de quo concluditur Cesaris qui
significat in sua exposicione posses-
sivus principes vel possessor principatus
Jo. ii. ideo incipiebat illum annunciare
de quo sicut dictum est. ysa. predicit
factus est principatus super humerum
eius. et item vocabitur nomen
eius admirabilis. et princeps
pacis. Deinde cum dicit procu-
rante poncio pylato etc. ostendit
quomodo ad temporis oportunitatem
concurrit quaternus specialis dominium.
Ad cuius evidenciam localem sciendum
est quod herodes sub quo natus est
dominus noster habuit quatuor filios scilicet

archelaum herodem phylippum et
lysaniam. Anno post defuncto arche-
laus successit sibi in regnum iudee
omnem quam ipse herodes possidebat
scilicet iudeam et ydumeam ut dicit
magister in hystorijs. Et sicut
dicit Beda super lucam. Iste propter
ferocitatem accusatus est apud
Cesarem a iudeis qui primus eum
regno relegavit eum viennam
civitatem galliarum. Ubi et mortuus
est. Timens autem idem imperator
quod iudei non rebellarent Romano Imperio
divisit regnum eorum in quatuor
partes quo fieret debilius divisum
quam erat unitum. Una autem pars istius
regni fuit iudea scilicet accepta
cui prefecit tyberius pylatum qui dicitur
fuisse de illa insula que vocatur
pontus de qua dictus est poncius
Et hoc est quod dicit cum littera procurante
poncio pylato iudeam. Ita quod iste
pylatus non fuit princeps sed tantum
procurator pro Romanis. quam
procuracionem suscepit anno xii imperii
Tyberii et per annos x ibi procuratoris
gessit officium. Alia pars quarta
fuit gallilea cuius prelatus fuit
herodes frater predicti archelai sub
quo herode passus est dominus.
qui eciam precepit decollari iohannem
Et ideo de isto adiungit cum littera
Tetrarcha autem gallilee herode
vocatur autem tetrarcha princeps
quarte partis. a tetra quod est quatuor
et archos quod est princeps. Alia
vero quarta pars fuit yturea et
traconitydes que fuit in sortem venit
phylippi fratris predictorum archelai

et herodis de quo subiungitur phy
lippo autem fratre eius . tetracha .
yturee et traconitidis regionis . Reliqua iiii . quarta
pars fuit abilina regio cui per lacum
fuit lisanias . frater predictorum tum
de quo adiungitur Et lysania abiline
tetracha . Advertendum est autem
quod iohannes illum predicare debat
qui multos ex gentibus quosdam
autem ex iudea ad fidem suam erat
tracturus . Ideo convenit tempora
predicationis iohannis per imperium
gentium et principes iudeorum sanctus
lucas designat . Ecclesia vero ipsa
gentiles suscepta ewangelica fide col
ligendi erant in eiusdem fidei uni
tatem iudei vero propter delictum
perfidie dispergendi erant per mundum
hinc est quod idem ewangelista unum dicit
prefuisse gentibus . plures vero
prefuisse iudeis quando cepit iohannes
predicare preconium salvatoris . Et hoc
est quod dicit gregorius in omelia . Quia enim
iohannes illum predicare veniebat
qui ex iudea quosdam . et multos ex
gentibus redempturus erat per regem
gentium . et principes iudeorum predi
cationis eius tempora designantur quia
autem gentilitas colligenda erat
et iudea pro culpa perfidie dispergenda
ipsa quoque descriptio terrene principatus
ostendit quia et in romana re publica
unus prefuisse describitur et in
iudee regno per quartam partem princi
pabantur plurimi . Quod autem am
dicit . sub principibus sacerdotum anna
et caypha ostendit Evangelista ad oppor
tunitatem eiusdem temporis dicit
legalis sacerdocii legalitas qualiter

sicut dicit magister in hystoriis . Ty
berius cesar misit valerium gre
cum procuratorem in Iudeam antequam
veniret illuc pylatus . Cum valerius
palam vendebat principatum sacer
docii . Et ideo amoto anna hysma
elem constituit pontificem . Sed
et hunc non multo post abiciens
subrogavit ei Elyzarem anne
filium . Sed et hunc amovens sub
stituit eidem symonem post annum
vero . Posuit yosippum summum sac
erdotem qui dictus est Cayphas Et
sic primus istorum fuit annas . ultimus
fuit Cayphas . Dicit autem dicit
quedam glosa super iohannem Cay
phas emerat precio pontificatum
unius anni qui successive est cum
anna administrabat pontificatum
hic uno anno . et alio anno succes
sive . Et ideo ambo dicebantur
principes sacerdocii propter quod dicit
ewangelista sub principibus sacerdotum
anna et caypha . Notandum
tamen quod . convenienter describit
tempus quo precursor incepit tempus
sue predicationis per imperatoris
regimen et sacerdotum successionem
quia ipse nunciabat illum . Cum
imperator rex et sacerdos existens
omnibus impatiens erat . omnes
regere veniebat et pro omnibus
se ipsum tamquam expiatum sacrificium
offerre volebat . Et ideo bene gregorius
insinuans in parte veritatem predicatum
dicit in omelia propterea quoque non so
lum quibus regibus . sed etiam
quibus sacerdotibus actum sit
demonstrat . ut quia illum Jo. baptista
predicaret qui simul rex et sacerdos
existeret lucas ewangelista predicationis

eius tempora p(er) regnum et sacer
dotium designavit. Sciendum est
etiam q(uod) sicut dicit Beda super
lucam, exordiendo iohannes cepit of
ficium sue p(re)dicationis pontificatus
iudeorum dispensabatur romana
p(otes)tate non successione vel nobi
litate tribus levitice. Et ideo
multi fuerunt simul sacerdotes sic(ut)
colligi p(otes)t ex dictis luc(e) xxii cap(itulo) S(ecun)d(u)m
tamen quia tempore quo Johannes
p(re)dicare incepit administrabat anas
p(ri)ncipatum sacerdotii. Anno vero
illo quo d(omi)n(u)s est passus administrabat
ipsum cayphas. Hinc est q(uod) ips(e)
duobus contentus est eum alt(erna)
p(er)missis. Et ideo dicit. Sub p(ri)nci
p(ibus) anna et cay(pha). Soli enim isti
duo sufficiunt ad p(re)notatum eum t(em)p(or)e.
Sequit(ur) 2a p(ar)s p(ri)nci(pa)lis eu(an)g(e)lii. Factum
est verbum domini etc. In qua
manifestatur sublimitas auctoris
quem integrant quatuor. P(ri)mu(m)
est inspiratio sup(er)na. Factum est
verbum domini. 2m est illustratio
interna. sup(er) iohannem etc. 3m est
dispositio p(re)ambula. zacharie filium
etc. 4m est situatio congrua quia
in deserto etc. Describitur erg(o)
p(ri)mo inspiratio sup(er)na ad manifesta(n)
dam sublimitatem auctoris cum
dicitur. factum est verbum domini
deus enim p(er) filium qui est v(er)bu(m)
increatu(m) in e(ter)num deus et v(er)bum
incarnatum in t(em)p(or)e homo et deus
congregatus in unu(m) eos qui erat
per multa vana disp(er)si p(ro)p(te)r opat(ionem)
in terris et p(ro)p(ter) secretum ut p(er) eius
p(re)ambulum ministerium faciliter
reducatur p(ro)p(ter) opus ad unum. Sed
quoniam ipse servus non prevaleret
sufficienter verbum incarnatu(m)
nisi sup(er) eum fieret v(er)bum inspiratu(m)
ideo eius opus incipit a verbo
celitus sup(er) infuso de quo dicit(ur)
Factum est verbum domi(ni) etc. Et
hoc est q(uod) dicit ambrosius sup(er)
lucam. Congregaturus Ecclesiam
dei filius p(ri)m(um) operatur in servulo
Ut ecclesia non ab homine sed a
verbo cepit factum est verbum
domini in eo. Volens iohannes spe
rando etiam xpi (Christi) x(rist)o p(re)ibat bapti
zans. Ut igitur eius fiat maior
auc(torit)as qua baptizat fit verbum
domini super ipsum ut a verbo
gratie inspirate incipiat opus
illud. quod ad verbum incarnatu(m)
recipiendum homines aptat. Et
ideo bene dicit idem Amb(rosius) ibidem
Ut aut(em) appareat maior auc(torit)as
iohannis nova(m) baptismi instituen(tis)
factum est verbum domini super
eum. Deinde cum dicit. super
Johannem describit illustrationem
interna. Johannes enim interpretatur
in quo est gratia. Et in isto fuit
gratia sanctificationis etiam ex
utero matris sue ut dicitur luce
p(ri)mo. Sp(irit)u sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue. Ideo bene
dicitur illustratus interius. Et sub
limitas cognoscatur auctoritatis
in eo. Et ideo bene dictum est Jo(hannis)
p(ri)mo. De ipso fuit homo missus a deo
cui nomen erat iohannes hic
venit in testimonium etc. Deinde
cum dicit zacharie filiu(m) describit

Disposicionem preambulam inspexit
enim zacharias. memorans diuinum
vel auxilium domini. In hoc ergo
preambula fuit disposicio ut iohannes
fieret sublimis. a deo. quia eius pater
in oracionibus et deprecacionibus me
morans ipsum deum israel. prabuis
meruit auxilium domini super
se ut quod natura denegabat saltem
per de vxore sterili maxime. cum
ipse et vxor eius processissent
in diebus suis. eidem filius nas
ceretur. Et hoc est quod eidem dicitur
per gabrielem archangelum. luce
primo Ne timeas zacharia quoniam
exaudita est deprecacio tua. et elyzabeth
vxor tua. pariet tibi filium et vo
cabis nomen eius iohannem
Deinde cum adiungit in deserto etc.
describit situacionem congruam
locus enim sicut debet conuenire
locato. ita debet conuenire operi
et officio exercendo in ipso. Erat
igitur predicacionis officium. quod iohannes
incipiebat exercere per verbum
factum super ipsum iudeos deserto[s]
a dei desertos gracia disponebat
ad hoc ut ad graciam renouarentur
per christum hinc est quod conuenienter
incipit in deserto. Et hoc est quod
dicit glossa in com. Erat iohannes. in
deserto. congrue predicabat [ra] quod deserto
ac destitute iudee solacium annunc
ciabat redempcionis. Vel aliter
conuenit ei locus desertus Iohannes
enim incipiebat predicare illum.
quem corda illa sola digne capiunt
que ab omni turbine mundi ab omni

illecebra seculi huius inueniuntur
remota. Vt ergo locus conueniat
predicacioni predicte ibi iohannes
incipit Vbi nec turba perstrepens
impediat nec vanitatis ac superflu
itatis temporalis prosperitatis accedat
se in deserto. sed potius ibi incipit
predicare ubi ~~insit~~ solitudo loci et
carencia temporalis iocunditatis
occasionem audiende predicacionis
inducant. Et hoc est quod dicit marcus
in deserto. Vbi ad predicacionem
eius nec insolens turba perstrepet
nec infidelis auditor rideret sed
hii ~~tamen~~ [tm] audire possent qui predicac[os]
ca diuinum altam expectarent
Vel aliter congruus locus ut
fieret super iohannem verbum
diuinum in deserto. hic etenim
mundus desertus ab omni cultura
fidei et timoris squalebat quasi
ager incultus et nulla penitus
bonorum operum. Vel fructum fecundi
tatem attulerat quia ergo iohannes
cum eius [ea] predicacione incipiebat spinas
euellere et ad semen verbi dei
disponere. Ideo conuenienter super
ipsum fit verbum domini in
deserto Vel aliter quasi moralis
in deserto fit verbum domini
super iohannem quia ipsi sunt
aptiores ad diuinas reuelaciones
et inspiraciones capiendas.
qui remoti sunt a voluptate
alicuius a societate distrahente
et a prosperitate offendente. sive
eleuante. desertum autem est
locus remotus a voluptate

a societate et a prosperitate. et quoniam
hec tria scilicet voluptas alliciens, socie-
tas distrahens et prosperitas efferens
hominem super seipsum per elacionem
sunt contraria divinis inspiracionibus
capiendis. hinc est quod et salvator
in desertum dicitur ieiunium cele-
brasse sicut patet Matthei 4. Ductus
est ihesus in desertum a spiritu. Et
super iohannem zacharie filium fit
verbum domini in deserto. Se-
cunda pars principalis. Et venit in omnem
regionem iordanis. In qua subiungitur
utilitas operis. hec utilitas in duobus
consistit. primo in annunciacione
salutaris remedii. Et venit in
omnem regionem etc. 2o in cum
adimpleacione prophetalis vaticinii
et ideo addit sicut scriptum est
Describit ergo primo annunciacionem
salutaris remedii. quod addit per
oblatam ... circa venit in omnem
regionem iordanis etc. 2o divulga-
tum utiliter quia predicans bap-
tismum penitencie. 3o ordinatum
salubriter quia in remissionem
peccatorum. Describit ergo primo
salutare remedium ut oblatum
... cum dicit quod iohannes superaverat vir-
tutum venit in omnem regionem
iordanis. ~~Laudabile~~ cognoscitur esse
ut id quod ad utilitatem omnium conducit
geritur omnibus communiter exponatur
Et quia iohannes venit in testi-
monium ut testimonium perhiberet
de lumine omnes crederent per illum
sicut habetur Johannis primo. Ideo congruum
fuit ut in principio sue predicacionis
se patentem et communem exponeret
credituris. Et ideo hanc communitatem

considerans vel insinuans cum
dicit cum in omnem regionem ve-
nisset. verum quoniam non simpliciter
in omnem regionem illam qui circa
circa erant in Christum potuit in tam
parvo non simpliciter temporis spacio
pervenire convenienter elegit in omnem
regionem illam venire in qua Christus
regeneracionis graciam ~~inchoare~~ vole- inchoare
bat. Et ideo additum est iordanis
In hoc enim flumine a iohanne
baptizatus vim regenerativam in aquis
constituit. Et bene interpretacio nominis
ipsius yordanis convenit huic operi
salvatoris salutari. interpretatur enim
yordanis descensus eorum. Johannes
autem illum annunciabat qui per
incarnacionis effectum descenderat
pro eorum salute quos ad penam
dampnaverat. Item idem iohannes bap-
tizaturus erat illum qui per humili-
tatem in yordane descendens et
minori se subdens docebat quod
qualiter homo per descensum humili-
tatis reparari poterat qui per superbie
elacionem ~~descenderat~~ ceciderat
Deinde cum dicit. Predicans
baptismum penitencie etc. describit
quomodo idem remedium est divul-
gatum utiliter. Etenim assuescere
homines ad bonum pro tanto utile
est eis pro quanto finalius conservant
assuetam ad eiusdem modi susceptionem
vel operacionem quam ergo bonum in quo
constituta erat salus hominis
scilicet baptismatis Christi et penitencia
peccatorum. tunc appropinquabant ideo
iohannes venit in omnem regionem
iordanis. Ideo iohannis predicacio
a baptismo incipit. Ita quod baptismum
quibusdam dedit non in remissionem

quid peccatum quia tale dare non
poterat sed tantum in assuefactione
ad hoc ut recipientes illius bapt[ismum]
facilius ad recipiendum xpi bapt[ismum]
inclinarentur. Ulterius quia iohannes
cum hoc quod baptizando homines ut
eos assuefaceret ad recipiendum
baptismum xpi predicabat p[enitenti]am
ut dicitur Mt. 3. Penitentiam
agite appropinquabit enim regnum
celorum. hinc est quod convenienter
datur baptismum penitencie
predicare. Et hoc est quod dicit Crisostomus
super Jo. Erant siquidem iudei ignorantes
nec culpas proprias agnoscebant
et nemo cum hec erat causa malorum.
ut peccata agnoscerent, ad redemptorem
querendum venit Jo. hortans
eos p[enitenti]am agere ut penitenciam
effecti meliores atque contriti ad
recipiendam veniam satagant. Ideo
iohannes suadebat illis penitenciam
ut sequentem veniam facilius reciperent
credentes in xpm. nam
nisi penitencia diceretur nunquam
expostulent gratiam. Unde baptisma
illud nullam aliam habuit causam
nisi quod preparatorium erat ad fidem
xpi. Aliter exponitur illud quod
dictum est scilicet predicans baptismum
penitencie. Ubi sciendum est quod iohannes
quoddam baptisma dabat. Et hic
baptismus iohannis est illud de
quo xpus interrogavit phariseos
dicit Mt. xxi. Baptismus iohannis
unde erat et iste baptismus non
remittebat peccata. Aliud baptisma
annunciabat scilicet xpi dicens. Ipse
vos baptizabit in spiritu sancto. Et
iste baptismus remittebat

peccata. Prima ergo fuit ille baptismus
veraciter dicitur baptismus penitencie
in quo dimittuntur peccata. Et hunc
iohannes dare non potuit ipsum tamen
annunciando predicabat preter quod significanter
non dicit dans baptismum
penitencie sed predicans baptismum penitencie.
Ideo bene dicit Gregorius in omelia quod quia
iohannes baptismum penitencie
dare non poterat ipsum predicabat
scilicet dandum per xpm. Deinde cum
dicit in remissionem peccatorum.
describit quomodo idem remedium
est salubriter ordinatum. Sicut
enim dicit apostolus 1. Cor. x. Moyses
baptizavit. Omnes nos in Moyse
baptizati sumus in nube et in
mari. baptizavit iohannes baptizat
et xpus. Sed sub Moyse baptismus
factus est non in remissionem
peccatorum sed tantum in figura
veri baptismi. per iohannem datus
est baptismus non in remissionem
peccatorum simpliciter sed in preparatione
et preventione baptismi xpi. per
ipsum autem xpm datus est baptismus
in remissionem peccatorum
Sicut ergo moyses non potuit baptizando
peccata remittere. baptismum
in remissionem peccatorum prefiguravit
Similiter quia iohannes non potuit
in remissionem peccatorum dare
baptismum ipsum predicavit et suo preparatorio
baptismo preparavit. Et ideo
bene dictum predicans baptismum
penitencie in remissionem peccatorum
ac si diceret quia tale per se dare
non potuit annunciando predicabat
Unde Gregorius in omelia. Baptismum
quod peccata solveret quia dare non potuit

predicabat unde sicut maternali
verbum prius preveniebat verbo
predicacionis ita baptismum prime
quo peccata solvit solvitur precedit
suo baptismate. 3º describit eum tamquam
adimpletionem propheticis vaticinii
dicens. Sicut scriptum est in libro
sermonum etc. In qua propheta ondit 3º
congruentiam precursoris sicut scrip
tum est etc. 2º sufficientiam redemp
toris omnis vallis etc. Ondit
ergo primo congruentiam precursoris
et hanc manifestat ex parte pre
visionis precursoris officii loci et
doctrine. Ex parte quidem previsionis
quia hic precursor previsus est
antecessor nostri redemptoris per ysa
iam tantus et talis in prophetando
extitit ut iuxta ~~iohannem~~ ieronimum in epistola
ad paulinum. non videatur prophetiam
quasi de futuro texere sed potius
evangelium quasi de preterito predicare
ymmo quod lucas congruentiam precursoris
per eundem ysaiam voluit confirmare
dicens sicut scriptum est in libro sermonum
etc. Est autem hoc scriptum ysaie xl
Ondit ~~igitur~~ eam etiam ex parte
precursoris cum dicit. vox. ita iohannes
vox fuit indicativa verbi. Iterum
sicut vox est noticia exterius operans
ut melius aures cordis disponat
ad intelligentiam verbi. Ita iohannes
exterius quidem operabatur baptizando
et predicando ut corda prepararet
audientium ad auditum verbi incar
nati quod sequebatur ipsum. Et ideo
dicebat Ego baptizo in aqua medius
autem vestrum etc. Io. primo. Iterum in
hoc differt sonus a voce. Quia
sonus communis est hominibus et
aliis animantibus. vox autem solis

hominibus congruit tamquam vitalibus
racionalibus. Et ideo sonus indistincte
representat quod significat vox autem
distincte. Quia igitur alii prophete
vel propter distanciam vel propter
incertitudinem rei prophetate quodammodo
locuti sunt indistincte de christo ideo
dicti sunt sonus. Iohannes autem
quia ipsum presentem ondit quem prophetavit
eundem manifestum venisse quem
predixit venturum ideo dicitur esse vox.
Ondit similiter eam ex parte officii
quia clamantis. potest autem iste genitivus
construi cum vox appositive. Et tunc
est sensus vox indicativa clamantis
hoc est vox clamans quia ipse io
hannes in deserto clamavit penitentiam
agite. vel potest construi cum eo pos
sessive et est sensus. vox clamantis
i. vox indicativa christi clamantis sicut
enim refert iohannes. a christus stabat
et clamabat. Si quis sitit veniat
ad me et bibat etc. Sive autem
primo modo iohannes dicatur vox cla
mans sive 2º vox clamantis christi
designatur officium. In quo ondit
congruentiam sue previsionis. Consue
tum enim est clamari longe positis
surdis et hiis quibus quis loquitur
per indignacionem. Quia ergo iohannes
indicavit salvatoris adventum illis
qui longe positi erant a noticia
veritatis. hiis qui surdi erant ad
audiendum salubriter verbum de
incarnacione et illis quibus merito suorum
peccatorum indignabatur dicens
Genimina viperarum quis demonstravit
nobis fugere a ventura ira. Ideo
convenienter hic dicitur officium vocis
clamantis. Ondit 3º congruentiam
predicte previsionis ex parte loci

cum dicat in deserto. Sicut enim
dictum est in precedenti parte congrua
situacio ostenditur in precursore xpi
quia verbum domini super ipsum
factum fuisse dicitur in deserto
eo quod per desertum vel mundus desertus
a dei cultura extollendus per ipsum
xpm potest intelligi vel iudea deserta
a dei gracia per xpm illuminanda potest
designari vel vita illecebris vacua
per xpm commendanda potest figurari
Et ideo locus precursionis eius scilicet
desertum in quo dedisse perhibetur iohannes testimonium
congruenciam precursionis eius
ostendit. Ubi eandem congruenciam
manifestat ex parte doctrine dicens
Parate viam domini rectas facite
semitas eius. Ubi sciendum est
quod aliter paratur via domini et aliter
fiunt recte semite ipsius. Nam
paratur via domini quando in audientis
animo virtus fidei per devocionem sus-
cipitur. paratur etiam via domini
cum per bona opera cor audientis ad re-
verenciam et obedienciam se
disponit. Propter quod dicit gregorius in
omelia. Omnis enim qui fidem rectam
et bona opera predicat quid aliud
quam venienti domino ad cor audiencium
viam parat. Sed recte fiunt semite
eius cum mentes cogitaciones eius
per innocenciam ad rectitudinis regulam
ordinantur. Et ideo idem gregorius
subiungit rectas domino semitas facit
qui mundas in animo cogitaciones
per sermonem bone predicacionis
format. Vel aliter. Cor humanum
valde spaciosum est et amplum
et cum hoc est ad pravitates

amandas inclinatum ut patet
in se bonam et certam volunta-
tem per quam deus inveniat
in eo viam ad intrandum ad ipsum
dicitur parare viam domini. Et
hoc est quod Origenes dicit. In corde
meo via preparanda est domino
Magnum enim est cor hominis
et spaciosum. Si tamen fuit
mundum nec in corpore quantitate
sed in virtute sensuum eius
intelligitur. Prepara ergo in tuo corde
viam domino per conversacionem bonam
et egregiis et perfectis operibus dirige
semitam ut in te sermo dei absque
offensa perambulet. Sed rectas
faciemus semitas eius cum
distortas affecciones ad rectitu-
dinem divinis et veri boni diri-
gimus. vel via potest secundum
Basilium. Et semite sunt vie
quas quidem priores perambula-
verunt tamquam per rectas. postmodum
ab aliis supervenientibus corrupte
sunt et distorte. Et quoniam
priores sancti per vias rectas
ambulaverunt coram domino
ut patet in patriarchis et prophetis
tamen quidam supervenientes
post eos has vias distorquere
conati sunt. Ideo revertendo
ad viam priorum et sanctorum
patrum dicit. Rectas facite semitas
eius. Deinde cum dicit. Omnis
vallis implebitur etc. ostendit
sufficienciam redemptoris quam
manifestat tribus modis. Primo
quantum ad infusionem gracie
2° quantum ad detestacionem culpe

omnis mons etc. 3° quantum ad
correctionem vite et erunt prava
etc. Manifestat igitur primo
redemptoris sufficienciam quantum
ad infusionem gracie per Christum in
cordibus hominum humilium habundanter
et diffundende cum dicit. Omnis
vallis implebitur. Sicut enim
vallis in situ humilior est et
depressior parte reliqua terre situate
sic designat mentes humilium
qui in propria reputacione deprimunt
et humiliant semet ipsos et quadammodo
ipse valles eo quod sic depresse
sunt capaciores redduntur ad
recepcionem eorum que desuper
effunduntur sic et mentes hu-
milium capaciores gracie sunt que dif-
funduntur a munere largitoris
unde glossa in Ysa. Omnis vallis
implebitur quia corda humilium
sacre doctrine eloquio virtutum
gracia replebuntur iuxta quod scriptum
est. Qui emittis fontes in con-
vallibus per valles itaque quidam
mansuetam et tranquillam vitam
significat que in adventu nostri
redemptoris impleri debuit infusione
gracie multiformis. Et ideo bene
dicit glossa. Valles quietam in
virtutibus vitam significat per
convalles secundum illud Psalmi valles ha-
bundabunt frumento. Quarto manifestat
sufficienciam redemptoris quantum
ad destruccionem culpe cum adiungit
Omnis mons et collis humiliabitur.
Sicut enim mons et collis cum
sit equalis terre cum vallibus et
planiciebus tamen super ipsas sua
eminencia elevatur. Ita superbe
mentes relicta consideracione
equalitatis sue cum ceteris sibi
paribus super ceteros efferuntur
de quibus bene dicitur quod humilia-
buntur quia iuxta sentenciam salva-
toris Qui se exaltat humiliabitur.
Sed tamen advertendum quod dicit
omnis mons et collis. Ubi per montes
in speciali elatos et superbos designat
per colles autem desperatos insinuat
non solum ob superbia mentis sue
sed propter desperacionis sterilitatem
Collis enim nullos fructus producit
Montes ergo et colles in adventu
redemptoris humiliati sunt quia
per ipsum et superbi evacuati sunt
gracia et desperati exclusi sunt
a gloria. Unde bene dicitur Ysa.
x. Ecce dominator dominus exercituum
confringet lagunculam in terrore
et excelsi statura succidentur et
sublimes humiliabuntur. Alio
modo per montes et colles superbi
demones possunt intelligi. Ita
quod per montes maiores demones
colles autem qui excedunt in
magnitudine et altitudine maiores
intelliguntur adversarie potestates
et tunc ista quod illi in adventu
Christi humiliati sunt. Prima sicut
dicit Origenes per adventum
Christi adversarie potestates prostrate
sunt. In tantum quod redemptor
noster approbat mansuetudinem et
destruit elacionis culpam et
vallem humane mansuetudinis
gracia redemptoris implevit.
Alio modo per montes et colles
elatos superbia mentium potest

intelligi et per vallem humilitas
gentilium designari. Erunt igitur
in adventu veri redemptoris hu-
miles gentiles replendi erant
per gratiam fidei quam humiliter
susceperunt superbi autem iudei hu-
miliandi erant propter elationem
sue infidelitatis. Ideo bene dicitur
Omnis vallis implebitur et
omnis mons et collis humiliabitur.
Et hoc est quod dicit glossa in eum
Vallis etenim impleta crescit mons
autem et collis humiliatus decrescit
Quia nimirum in fide mediatoris
dei et hominum christi ihesu et
gentilitas plenitudinem gratie
accepit. Et iudea per errorem per-
fidie hoc unde tumebat perdidit
Unde et de ipsis iudeis propter
superbiam humiliandis ysaias pre-
dicit humiliabuntur et detra-
hentur usque ad pulverem. 2o
manifestat sufficienciam redemp-
toris quantum ad correctionem vite
dicit. Erunt prava in directa
et aspera in vias planas. Ubi notandum est
quod ante redemptoris adventum
humana vita vel declinabat ad
pravitatem morum submissa recti-
tudine racionis vel gravabatur
asperitate ydolatrie cultus propter ydo-
latriam vel opprimebantur asperi-
tate legis que timorem ser-
vatoribus eius semper solebat
incutere. Erunt igitur in adventu
veri redemptoris pravitas
vite humane reducta fuit ad
rectam regulam racionis. Et
ideo bene promittitur. Erunt

prava in directa. Quoniam
vero asperitas cultus ydolatrie
plenitatem cultus dei veri nec
non et asperitas timoris sub iugo
iudaice mosayce legis plenitatem
amoris evangelica per redemptorem
eundem in melius commutata fuit
Ideo bene subditur. Et aspera
in vias planas. Unde hoc predicte
expositioni aliquomodo concordans
dicit. Erunt prava id est et delatis
legis difficultatem in fidei faci-
litatem commutam ac si diceret
Nota [illegible] sudores et ultores inimic-
[illegible] gratia et peccatorum remissio-
nalem viam prohibet ad salutem
Vel sic prava sunt corda et
opera per iusticiam a rectitudine
vivendi distorta. recta sive directa
sunt corda opera ad regulam recte
vivendi ~~distorta~~ reducta. Erunt
ergo in adventu christi tam exemplis
quam verbis tam signis quam promissis
vita distorta in moribus ad
regulam iusticie revocata fuit
Ideo dicitur congruenter. Erunt
prava in directa ultimus iracundie
mentes et ad indignacionem
proclives asperitatem habent in sua
conversatione que tunc applanatur
quando ad lenitatem mansuetudinis
convertuntur. Quando eciam
ad auditum sancte predicationis
veniunt afficiuntur. Quare igitur
per ipsius redemptoris adventum
factum est ut iracundie mentes
ad mansuetudinem redirent
et proclive ac dure ad auditum

sancte predicationis molestant. Ideo bene adiungitur. Et aspera in vias planas. Et hoc est quod dicit glossa in omnibus. Prava indirecta fuit quando malorum orum iniustitiam distorta ad iustitie gloriam regulam diriguntur. aspera in vias planas immutantur cum iniqui atque iracundi mentes per infusionem superne gratie ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Cum enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur quasi asperitate itineris gressus predicantis non repellitur. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam correctionis vel exhortationis verbum recipit. Ibi planam viam invenit. Ubi prius pro asperitate itineris predicationis gressus ponere non valebat hec glossa. Deinde cum dicit. Et videbit omnis caro etc. Ostendit evidentiam iudicatoris. et enim factum est cum in multis de essent prava indirecta et aspera in vias planas quod viderunt claritatem et evidentiam veritatis etc. in qua continetur expresse iudicium quo prave atque iracundi supplicium. et recti atque mansueti premia consequuntur. Et quoniam evidentia veritatis predicte divulganda erat ad terminos terre et predicanda usque ad fines mundi. Ideo ibi dictum est. Videbit omnis caro. Vel aliter quoniam in hoc mundo non omnes digni sunt Christum per quem factum est. ut essent prava indirecta et aspera in vias planas tamen ipsum tamquam salutare nobis missum in extremo iudicio universi digni sunt et ideo ut timore iudicii eius futuri nunc recipiatur ab hominibus tamquam salutare remedium quo diriguntur prava et mentes iracunde ad mansuetudinem revertantur. Hinc est quod precursor clamat videbit omnis caro, accipitur omnis homo. salutare dei videlicet Christum in hac vita omnis homo videre non potuit propheta oculum ad extremum iudicii diem tendit. Ubi cum apertis celis ministrantibus angelis consedentibus apostolis in sede maiestatis sue Christus apparuerit. omnis hunc electi et reprobi pariter videbunt ut et iusti de munere retributionis sancti sine fine gaudeant. Et iniusta etiam in ultione supplicii in eternum gemant. Ad quorum iustorum retributionem ille nos perducat qui sine fine vivit et regit in secula seculorum amen. — Et ideo bene dicit Gre. in omnibus omnis caro

In principio erat verbum et verbum erat apud deum etc. Johannis primo. Humana diligentia illum consuevit libenter et reverenter suscipere in quo est eminentia excellendi. efficacia operandi et benivolentia concedendi. Ut igitur homo libenter et reverenter suscipiat dei filium venientem in mundum per mysterium incarnationis etc. Johannes predicta ostendit de ipso dicens. In principio erat verbum etc. Ecclesia etiam volens inducere corda fidelium ad reverentiam talis nativitatis eiusdem. hoc evangelium in plurimis missa nativitatis predicte assignat. In quo quidem eminentia

et efficacia et benivolencia xpi
nascentis. In igitur euvangelio audiet
primo imensa excedi sublimitas
In principio erat verbum. 2o efficax
virtuositas efficiendi ibi. Omnia
per ipsum facta. 3o summa benignitas
assumendi ibi fuit homo missus
a deo. Vel sic describitur primo
eminencia sublimitatis. In principio
erat. 2o efficacia virtuositatis
omnia per ipsum facta. 3o evidencia
benignitatis. fuit homo missus
Quantum ad primum manifestatur
sublimitas dei filii quadrupliciter. primo
quantum ad eternae eternitatem In
principio erat. 2o quantum ad persone alie
tatem. Et verbum erat aput
deum. 3o quantum ad substancie
sine nature ydemptitatem. et deus
erat verbum. 4o quantum ad
permanencie eternitatem. hoc erat
in principio apud deum. In omnibus
autem quatuor predictis. ponitur
hoc verbum substantivi. erat
ita quod quater dicitur erat. ad
insinuandum preteritum quod importat
eternitatem quando dicitur de deo
et filio de quo loquitur euvangelista
est eternus in essencia. eternus in
persona. eternus in substancia. eternus
in permanencia. Unde et iohannes
baptista de filio dei loquens eternita
tem predictam dedit intelligi
cum dixit iohannis primo. Qui
prior me erat. Primo igitur
manifestatur xpi sublimitas
quantum ad eternae eternitatem tunc
cum primittitur. In principio erat
verbum. hoc enim secundum quodlibet
intelligenciam que est triplex
manifestat de xpo in quantum
deus est eternae eternitat. Primo
sic xvi aug. in v. de t. In divinis
persona pater est principium sine
principio quia non procedit ab
alio. filius est principium de
principio. quia sic cum pater est principium
spiritus sancti. Et cum utroque principium
creature. quod tantum procedit
a patre. et quod in eo est verbum
quo filius. In deo sicut ipse ut filius
est in patre ut dicitur Jo. xiiii. Non
credis quia ego in patre et pater
in me est. ita idem ut est verbum
est in patre. Et hoc modo tam
nomen principii quo significatur pater
quam nomen verbi quo exprimitur
filius tenetur pro. et hoc verbum
erat non importat duracionem
sed subsistenciam. Igitur intellectus
dicti huius talis est. verbum
i. filius erat in principio i. in patre
subsistit. Et quomam in ipso
erat ut ab ipso procedens.
per viam nature sicut procedit
splendor a luce. hebr. primo. Qui
cum sit splendor glorie et figura
substancie eius etc. hinc est
quod quemadmodum pater habet eternae
eternitatem. ita et filius. Unde
ysa. xxxi. verbum autem domini
stabit in eternum. Et hanc eciam
emanacionem filii a patre. atque
existenciam in ipso insinuans pater
patre per david dixit. Eructavit
cor meum verbum bonum. Et
iterum ipse david in spiritu de filio
loquens ad patrem cum dixisset
dixit dominus domino meo etc. subiungit
Tecum principium in die virtutis etc.

2° sic principium in quantum est principia
est prius principiato et ante ipsum
eorum duracio quando differunt
in natura. Et quia verbum dei ita
principium est omnium que in tempore vel cum
tempore creata sunt. quod est prius
eis ideo est eternum et sic est in
principio .i. ab eterno ut ut sit sensus
In principio .i. ab eterno ante omnem creaturam
erat verbum .i. filius dei
unde ipse qui est sapiencia increata
dicit proverbiorum viii. Dominus possedit me
in inicio viarum suarum antequam quicquam
faceret a principio etc. Et apocalypsis primo
Ego sum alpha et o principium et finis
et secundum hunc intellectum excludit
evangelista errorem illum qui dixit
dei filium esse creaturam et in
tempore incepisse. Huic exposicioni
consonat glosa dicens. In principio omnium
creaturarum vel temporum .i. cum
inciperent omnes creature vel
tempora iam erat verbum. Quod
sic 2m glosa. Filius dicitur verbum
vel quia per ipsum pater mundo innotuit
vel quia ipsum dicendo .i. gignendo
pater per ipsum omnia creavit et
hoc modo verbum est principium productivum
creaturarum igitur in principio erat
.i. ipsum erat in principio. quia principium
a quo omnia alia habent produci
iuxta illud apocalypsis iii. Hec dicit amen
testis fidelis et verus qui est principium
creature dei. Et iohannis viii.
principium qui et loquor vobis
Et quia sic est principium quod ante
ipsum nichil est. Et post ipsum
omnia ideo est eternum. unde apostolus
col. primo. Qui est ymago dei invisibilis

primogenitus omnis creature. quia
in ipso condita sunt universa et
infra. Qui est principium primogenitus
ex mortuis. Deinde cum dicit. Et
verbum erat apud deum. manifestatur
de filio persone alietas. nulla enim
persona dicitur proprie apud semet
ipsam esse. sed apud aliam. Et quia
filius dei ita est in patre. quod alia
persona est a persona patris. ideo dicitur
esse apud ipsum. Verum. quia
alietas persone non facit alietatem
substancie. ideo additur 3m in quo manifestatur
substancie sive nature ydemptitas.
Et deus erat verbum .i.
ipsum verbum erat deus. idem
cum patre. Crisostomus et si est alius
in persona propter quod est apud deum
est tamen idem in substancia propter
quod est deus. Per hoc autem excluditur
duplex error unus dicencium filium
ita esse alium a patre in substancia
sicut est in persona. Et alter dicencium
ipsum ita esse cum patre. idem esse
in persona sicut est in substancia
Deinde dicit hoc erat in principio
manifestatur personarum coeternitas
In trinitate nichil est prius aut
posterius duracione. sed ipse persone
coeterne sibi simul et coeque. Ne igitur
putaret aliquis patrem prius fuisse
et postea filium genuisse posteriorem
se duracione subdidit evangelista hoc
scilicet verbum erat in principio .i. ab eterno
apud deum tamquam coeternum patri
unde glosa interlinearis Ita erat deum
cum patre ut omne principium creaturarum
sua preiret eternitate Et ita coeternum
est patri propter quod postea. In eternum
domine verbum permanet in celo

i. apud patrem qui in celis est. Se-
cunda pars principalis. Omnia per
ipsum facta sunt. In qua ostenditur
de ipso efficacia virtuositatis que
manifestatur triplex. Primo quantum
ad efficaciam universaliter produc-
tivam omnia per ipsum etc. 2o quantum
ad conservationem virtualiter totalitatis
quod factum est etc. 3o quantum ad
influentiam intellectualiter illustrativam
et vita erat. Primo itaque manife-
statur virtuositas predicta quantum
ad efficaciam universaliter productivam
et hoc tam quo ad universalitatem
distributionis quam quo ad totalitatem
exclusionis. Primo ad universalitatem
quidem distributionis. Omne enim
signum est distributivum universaliter
et qui omne dicit absolute nichil
excipit. Cum ergo dicitur omnia
esse facta per verbum exprimitur
quod quicquid factum est habens aliquod esse
vel in se vel in alio per ipsum accepit
esse. Unde glossa interlinearis. Omnis creatura
visibilis et invisibilis. omnis forma
omnis compago. omnis connexio
partium. Et quia nulla res facta
eius creationem subterfugit Ideo
evangelista idem confirmat quo ad totali-
tatem exclusionis dicens. Et sine ipso
factum est nichil. hoc est sicut
subditur in glosa. nulla res sub-
sistens sine ipso facta est. Addit
autem evangelista hanc propositionem ex-
clusivam precedenti universali af-
firmative propter tria. Primo contra eos
ut per illud quod dixit. omnia per ipsum
facta sunt non tantum intelligantur
signa et miracula de quibus alii
evangeliste loquuntur. sed simpliciter

omnia nichil excludendo ab eius
creatione. unde illud apocalypsis iiii. Dignus
es domine deus noster accipere gloriam
et honorem et virtutem. quia
tu creasti omnia et propter volun-
tatem tuam erant et creata
sunt. 2o ne dicat Hyllarius ne
per hoc quod dixit omnia facta sub[jecta]
per verbum intelligeretur pater per filium
sic facit omnia quod filius cum patre
ea non facit. additum est. sine
ipso nichil esse factum quia pater
sic operatur per filium et cum ipso
omnia facit cum indivisa eorum
sit operatio. sicut supra quod insinuat
spiritus cum dixit iohannes quinto
Pater meus usque modo operatur.
et ego operor et ibidem. Que-
cumque enim pater facit. hec et
filius similiter facit. ubi glosa
videtur corpus idem facere quod
animus. sed non similiter cum
animus imperat corpori. pater vero
et filius eadem similiter quia
una natura et una substantia
est patris et filii. est et una
voluntas et una operatio et una
potestas. unde et proverbiorum viii loquens
sapientia increata de se et patre
de se dicit. Quando preparabat
celos aderam et infra cum eo
eram cuncta componens. 3o
contra Origenem Ne estimentur ea que
per verbum facta sunt. sic per se
existere quod non sint in ipso addit
nichil factum est. i. existit preter
generat vel conservatur sine
ipso. et hoc concordat cum dicto
Gregorii dicentis omnia ad nichilum

tendit nisi manu creditoris te-
nentis. Advertendum tamen
quod aug(ustinus) sup(er) Jo(hannem) accipit nichil hic
positum pro eo quod peccatum quando
habet deum pro actore et ubi
est deus sine ipso verbo dicitur
esse factum ita quod extorta est sententia
omnia per ipsum facta sunt et sine
ipso factum est nichil. Excluduntur
tres errores. Primus manicheorum
dicentium hec inferiora facta
a deo tenebrarum. hoc enim
falsum probatur per hoc quod omnia
per verbum facta sunt. Secundus
Arrij dicentis dei filium esse
creaturam. Nam si per ipsum
facta sunt omnia ipsum non est
factum et per hoc non est creatura.
Tercius dicencium deum esse
actorem peccati quem excludit id
quod additur. sine ipso factum est
nichil .i. peccatum. formaliter enim tale
peccatum est defectus alicuius modi
seu rectitudinis seu circumstancie
debentis inesse. Sicut igitur defectus
nichil est ita et peccatum nichil
est. Et quia deus non potest in sua
actione deficere ideo non est peccator.
non habet itaque peccatum deum pro
actore sed voluntatem creatam
deficientem in actione. Et sine
verbo factum est peccatum. vocatur
autem peccatum nichil. quia
formaliter non est nisi defectus. eo modo
quo apostolus prima Cor. viij. dicit
ydolum nichil est in mundo. Quamvis
enim substancia de qua fit ydolum
sit aliquid illud tamen quod facit

humana ibi dicat esse sed aliquid
divinum desit ibi. et sic ut secundum
racionem ydoli est precise defectus
et per consequens nichil. Et eodem modo
actus subiectus peccato aliquid est
et a deo procedit quam non tantum
de malo pene verum etiam de
malo culpe. verum est illud ysa(ie)
xlv. ubi dicit dominus faciens pacem
et creans malum. Et amos iij.
Si est malum in civitate quod
dominus non faciat. defectus autem
actionis penes quem consistit
peccatum in quantum peccatum deum non
habet actorem. 2o. manifestatur
eiusdem verbi virtus. quantum ad
eminenciam virtualiter continenciam
cum additur. Quod factum est in
ipso v(ita) e(rat). Cuius sensus talis est
quod factum in tempore ab eterno
erat in ipso verbo quod est vita
et etiam est dei sapiencia increata
in qua dispositum fuit et previsum
~~erat~~ quidquid fiendum erat in
tempore. ex quo patet quod non
est mutacio in deo si aliquid facit
in tempore quod prius non fecit.
quod ab eterno voluit et disposuit.
hoc est facturum quando facit.
Notandum quod ~~textus~~ textus iste
potest sic punctari. Quod factum
est punctus in ipso vita erat
et hoc modo duplex est intellectus
unus secundum aug(ustinum) sup(er) Jo(hannem) scilicet. Et
verbum est agens ea producitur
ad extra per intellectum et voluntatem
in tali autem agente effectus prius
est sicut in causa exemplari et

efficiente. Quemadmodum archa
prius est in arte et mente artificis
quam in materia extra ipsum artificem
Et quia omnis effectus dum fuit
in tali causa habet naturam et
vigorem ipsius. Hinc est quod in ipsa habet
vitam licet vitam in se non habeat
Quod autem factum est a verbo
sive habeat vitam in seipso sive
non in ipso tamen verbo est vita
quia est in ipso qui est vita et
ars plena omnium rationum viventium
Alius intellectus eius originalis in
omnium creatore est. videlicet quod
quicquid in causa factum est fuit
ab eterno in verbo tamquam in vita
et causa quia in ipso prius sub
sistunt talia quecumque fiunt quam
in speciebus sint effectus. Alio
modo potest sic dividi. Quod factum
est in ipso prius vita erat
Et tunc intellectus eius yllanum
talis est. Omnia per ipsum facta
sunt. Quia multa fiunt per agentia
creata. ad quod videtur commentator quod omnia
talia facta sunt per ipsum quia
sunt facta in ipso et ita non sine
eo factum est quod in ipso factum est
per eius evidenciam faciendum
est quod ad omne quod fit in creatura
concurrit virtus cause prime sine
qua nichil potest facere causa secunda
propter quod dicit ipsum verbum
quod est causa prima. Jo. xv. Sine
me nichil potestis facere. Et
sic quicquid factum est vel fiet in causa
est in verbo sicut in prima causa
quod verbum est vita Jo. xiv
Ego sum via veritas et vita

et Jo. v. Sicut pater habet vitam
in semetipso sic dedit et filio
vitam habere in semetipso. Est
igitur factum est in ipso .i. quod in
illo dispositum est tamquam in sapientia
prima iuxta illud ps. Omnia
in sapientia fecisti id erat vita
quia ut in eo est idem est cum
ipso qui est vita. Alio modo potest
sic dividi Quod factum est
in ipso vita erat tunc subinfertur
illud erat hoc est. Omne quod
ab eterno fuit dispositum in ipso
qui est vita illud et non aliud
erat fiendum in tempore Notandum
est etiam quod sacra scriptura loquens
de filio eterno respectu creature
dicit quod ex ipso per ipsum et in ipso
sunt omnia sicut patet Col.
p°. Ipse enim filius qui et verbum
est consideratur ut fons omnis
creature. Eccl. i. fons sapientie verbum
in excelsis. Et ideo ex ipso tamquam
ex fonte emanant omnia creata
non sicut de ipsius substantia
sed ex ipsius virtute. Iterum
consideratur ut aliquis per
quem facta sunt omnia. Et ita
dicuntur esse facta per ipsum
sicut hic commentator dicit. Iterum
consideratur ut sapientia in qua
disposita sunt omnia. Sic et dicuntur
esse in ipso quemadmodum hic dicitur
Quod factum est in ipso vita erat
3° manifestatur eiusdem verbi
virtus quantum ad influentiam
mentaliter illustrationem cum
subiungitur. Et vita erat

lux hominum. ubi auditur hec influ
entia primo vitaliter infusa. 2o
communiter diffusa. 3o ab indignis
exclusa. Auditur ergo primo
hec influencia vitaliter infusa
cum dicitur. Et vita erat lux
hominum. Ipsum enim verbum est in
in quo omnia sunt vita. ita est
fons vite quibusdam. dat enim
tantum esse vivum et talium quibusdam
non est lux. quia non intelligunt
quibusdam autem dat vitam
et lumen illis scilicet que creature
ad ymaginem suam que
omnia hic nomine hominum exprimuntur
talium ergo ipsum verbum quod
est vita dicitur esse lux. Quia
cum hoc quod dat vitam dat etiam
lucem rationis. Quod attendens
propheta dicebat deo. quoniam apud te
est fons vite et in lumine
tuo videbimus lumen. Unde
augustinus hoc verbum expo
nens super Jo dicit. Et ipsa
enim vita illuminat homines
pecora autem non illuminat
quia non habent rationales mentes
quibus possint videre sapienciam
homo autem factus ad ymaginem
dei habet rationalem mentem qua
cognoscat sapienciam. vita ergo
per quam facta sunt omnia
lux est non quorumcumque animalium
sed hominum. Hugo etiam expo
nens illud psalmi. Quid est homo
quia magnificas eum. dicit.
deus hominem magnificat quem
lumine rationis dictat. Augustinus

autem adiungit dicens. Cuius
ad ymaginem et similitudinem
dei factum est intelligi datur per
hominem. Et hec est illa lux de
qua dicit propheta. Signatum est
super nos lumen vultus tui domine
Verum quoniam creatura tali
luce dotata debet per eam cog
noscere aliam lucem scilicet veritatem
et sapienciam pro eo quod si ad causam eam
propriam stulticiam vel maliciam
non attingit tenebrosa est
et tenebrarum nomine appellatur
quibus tamen talis lux se offert
Ideo auditur 2o hec influencia
communiter diffusa. cum addit
Et lux in tenebris lucet. Tene
bre enim talium illi fuerunt
quibus dicit post conversionem
apostolus ephesios v. Eratis aliquando
tenebre. nunc autem lux in domino
Priorem lucem et hanc tenebras
intelligens david. dicebat. Quoniam
tu es qui illuminas lucernam
meam. domine deus meus illumina
tenebras meas. Et quoniam
homines qui per stulticiam vel
maliciam claudunt oculum mentis
tali luci que de se illis communis
est sicut aliis. ad eius intuitum
non pertingunt. Ideo 3o auditur
quod ipsa est ab indignis exclusa
cum adiungitur. Et tenebre
eam non comprehenderunt. hec
stulte mentes ad noticiam
eius non pervenerunt. Pro dicto
concordans. Augustinus super iohannem
dicit. Quamvis enim homo

in lumine solis

cecus enim est positus presens est
illi sol sed ipse soli absens est
Sic omnis stultus cecus est presens
est illi sapientia sed oculis eius
absens est. non quia illa ipsi absens
est sed quia ipse absens est ab
illa. Posset autem totum hoc
sic exponi ipsum verbum quod est
vita est etiam lux hominum quoniam est
in se et ex parte sua lucet in tenebris
humane ignorancie et infidelitatis.
Sed qui in talibus permanent ita sunt
tenebre quod lucem sibi exhibitam
non cognoscunt. Et lux in tenebris
lucet quod ipsam tenebre non compre-
henderunt. Et secundum hanc exposicionem de eadem
luce dicitur quod sit hominum et quod in
tenebris lucet nec tamen comprehenditur
ab eis. Secundum autem primam exposicionem
alio modo accipitur lux pro prima et alia pro secunda.
Vel aliter. Verbum est quod vita per
suam doctrinam est lux hominum lucens
in tenebris humane ignorancie
et creditur ut eas illuminet sed
quia noluerunt multa credere in
lucem iuxta informacionem eius sed
verbi. dicente Io. primo xii. Dum
lucem habetis credite in lucem
ut filii lucis sitis. Ideo eandem
lucem non comprehenderunt. Et
hoc est quod dicitur Johannis. iii.
lux venit in mundum et dilexerunt
homines magis tenebras quam lucem
erant enim eorum mala opera. Hec
autem exposicio prout dicit Orig.
moralis est potius quam litteralis. Se-
cunda pars principalis. Fuit homo mis-
sus. etc. In qua describitur eiusdem
benignitatis quam erga nos indicat
per assumpcionem humane nature

ita quod sicut supius excellenciam
divinitatis Christi ita benivolenciam
humanacionis eius describit. Unde
glosa. Postquam sublimi volatu
ultra omnem naturam in altitudine
theologie ascendit qua verbum semper
apud patrem fuisse contemplatus
est. mox ad humilitatem humane
nature et specialis precursoris descendit
Sic igitur describitur hic eiusdem
benignitas quam ostendit erga nos
ex v. Primo ex congenitate
prioratum. Fuit homo missus. 2o ex
fontalitate radii. Erat. 3o. Ex
multiplicitate visionum. In propria venit
4o. Ex profunditate misterii. Et
verbum caro. vo. Ex singularitate
fastigii. Et vidimus gloriam
Primo itaque ostendit congenitatem
prioratum et hoc [illegible] ipsius tam quo
ad ipsius qualitatem Fuit homo
quam quo ad officii utilitatem. hic
venit. Qualitatem quidem nuncii
ostendit conformitatis auctoris qua-
litas. Conformitas de qua dicitur
fuit homo. quia enim Christus fuit
hominem non angelum ut dicitur
Heb. vi. hominibus et non angelis
nunciare debebat. homo esse
debuit et non angelus. Ille qui
eum tamquam nuncius precedebat ut
per conformitatem tam ad eum quam ad
alios quibus nunciabat fidelius
eius nunciacioni crederetur. sicut
dicit Crisostomus cum quo concordat
glosa augustini dicentis quia Christus
venit ad nos. ideo quod apparuit
homo in quo latebat deus. missus
est ante illum magnus homo
per cuius testimonium inveniretur

plus q̄ homo. Item eiusdem
nuncij qualitatem ostendit auctoritas
de qua sequitur. missus a deo
auctoritas enim missi ex excellencia
dependet mittentis per hoc quod
iohannes a deo missus est auc
toritas eius monstrata est.
ex qua patet qualitas huius
nuncij qualis est. Missus autem
fuit iohannes a deo ut initiaret
baptismum. Jo. primo. Qui misit
me baptizare in aqua ille michi
dixit. Super quem videris spiritum
descendentem et manentem super
eum hic est qui baptizat in
spiritu sancto. Iterum ut prepararet
hominés ad xpistum. luc. vij. Ecce
mitto angelum meum et preparabit
etc. Iterum ut manifestaret
xpistum esse sponsum. Jo. iij. Non
sum ego xpistus. sed quia missus
sum ante illum. Qui habet sponsam
sponsus est etc. Postremo
eiusdem nuncij qualitatem ostendit
graciositas de qua dicitur. Cui
nomen erat iohannes. i. in quo
erat gracia et hec fuit multi
plex. Una quidem eum in utero
sanctificans luc. primo. Vocabis
nomen eius iohannem erit enim
magnus coram domino et spiritu
sancto replebitur adhuc in ute
ro matris sue. Alia ipsum mundo
manifestans. mathei xj. Cepit ihesus
dicere ad turbas de iohanne.
Quid existis in desertum. vide
re etc. Tercia ipsum in animo illu
minans et inflamans. io. v. Vos
misistis ad iohannem et testimoni

perhibuit veritati ipse erat lucerna
ardens et lucens. Deinde cum
dicit hic venit in testimonium
etc. ostendit ydoneitatem precursoris
quo ad officij utilitatem que in
hoc consistit quod iohannes testimonium
perhibuit xpisto cuius humanitas
hominibus erat nota quam hoc
quod erat verus homo erat etiam verus
filius dei de quo supra dictum est
vita erat lux hominum. Et hoc est
quod dicitur. hic venit in testimonium
id est ad officium testificandi ut
testimonium perhiberet de lumine
i. de deitate latente sub velami
ne carnis. Sed quia non propter necessitatem
ipsius lucis in se que nullius tes
timonio eget sed propter utilitatem
hominum quibus fides et noticia lucis
incarnate erat necessaria et salubris
Johannis testimonium erat expe
diens. Ideo additur ut omnes
crederent per illum. Et ne maior
estimaretur ipse quam xpistus. cui dabat
testimonium adiungitur non erat
ille lux. supple prima et per essenciam lux
sed erat lux derivata et participacione
parte quam sibi convenit illud ysa.
xlix. Dedi te in lucem gencium
etc. Non erat ergo iohannes primus
lux sed ut testimonium perhiberet
de lumine. Et ipsum fecisse patet
Jo. primo ubi dicit idem precursor
Et ego vidi et testimonium perhibui
quia hic est verus filius dei.
2º. ostendit benignitatem xpisti ex
fontalitate radij. d. Erat lux ve
ra etc. Ubi describit eius lucis primo
in se excellenciam realem. 2º. eius
quo ad nos influenciam plenam

3° ipm̄ quo ad omnia p̄ntiam
virtualem. q. Creature ad ipam
ignoranciam equalem. Describit
ergo primo eius exsistenciam realem
dicens Erat lux vera. Et quia
vera ideo non fantastica quasi
ymaginata ficta vel sompniata
non apparens tantum ut ypocri-
tarum. non semiplena ut lux
creaturarum et causarumque creata.
Omnis enim lux creata aliquid
habet imperfectionis et a se ipsa
non potest carere aliqua vane tene-
brositatis ac vanitatis. Creatura
omnis creatura aliqua vanitati
subiecta est. Et ideo nulla talis
lux est omnino vera. hec autem
lux nichil imperfectionis. tenebrositatis
seu vanitatis habet iuxta illud
Jo. p°. 1. Deus lux est et tenebre
in eo non sunt ulle propter quod merito
sola dicitur esse lux vera. Perfecta
hec sola est lux prima talis per
essenciam. omnis lucis create prima
et causa. Et ideo proprie dicitur
esse lux vera. que de se ipsa dicit
Johannis viii. Ego sum lux mundi
Et ibidem ix. Quamdiu sum in mundo
sum. lux sum mundi. Et xii. Ego
lux veni in mundum. Describit
2° quo ad nos eiusdem lucis influ-
enciam vniuersalem dicens Que
illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. Et hec
vniuersalis influencia potest intelligi
duobus modis ut hoc signum omne
cum dicitur omnem hominem faciat
distribucionem vniuersalem ita
quod per ipsum includatur omnis homo
et ut hoc verbum illuminat
illuminacionem importat que datur
hominibus per lumen intellectus et
racionis. Et tunc est sensus dei
filius est lux vera et per eam
que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum dans
ei lumen intellectuale quo possit
ipsum cognoscere. Unde Theophilus
Intellectus nobis traditus ac nos
dirigens qui et racio eo nomine
dicitur lux tradita nobis a deo
Alio modo intelligi potest per hoc quod dicitur
omnem hominem venientem in
hunc mundum. vniuersaliter omnes
adultos qui ad gradum discrecionis
pertingunt. per hoc quod dicit illuminat
intell. de illuminacione que fit per graciam
Et hoc modo verum est quod dei
filius qui est lux vera. quantum
est ex se illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum quia
omnibus offert lucem gracie quod
si aliqui nolunt recipere huius lucis
oblata radios non est ex defectu
lucis quod non illuminant sed ex
eorum malicia. Unde Crisostomus Nam
gracia quidem ad omnes diffusa est
Si qui vero nolunt dono hoc
frui sibi ipsis hanc imputent
cecitatem. De hac illuminacione
potest intelligi illud Eccli. xlii. Sol
illuminans per omnia respexit Et
gloria domini plenum est opus
eius. Et si enim aliqui se sub-
trahunt a claritate solis tamen
omnia quantum est in se sufficienter
illuminat. Alio eciam modo potest
intelligi secundum Augustinum in Omelia
videlicet quod hoc signum omnis
faciat distribucionem accommodatam
scilicet pro illis tantum distribuendo

qui illuminatur lumine gracie et
tunc est sensus. Illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum
qui per graciam salvatur illuminatur
quia nullus nisi ab ipsa vera
luce illuminatur. Ita quod gracia
illuminans non est humana creatura
vel meritis propriis sed ex dono ipsius
et hanc distribucionem accomodat
ipsa lux que est sapiencia increata
Eccl. xxiiii expressit dicens
Illuminabo omnes sperantes in
domino. Notandum est quod si lux
cui iohannes testimonium dabat
erat omnem hominem illuminat
Illuminavit ipsum iohannem a quo
denegari volebat tenuit enim
ut dicit Crisostomus modum que ibi
videmus in sole. Oritur enim
plerumque ortus solis quem in
se videre non possumus cognosc
imus per lumen diffusum
ab eo in aliquo corpore radiato
ita verus sol iusticie oriens
mundo irradiavit iohannem ut
per illum ortum ipsius cognosceremus
qui visitavit nos oriens ex alto
illuminare hiis qui in tenebris
sunt. Describit tercio ipsius verbi
quo ad omnia presenciam virtualem
In mundo erat et mundus per ipsum
factus est Ipsum enim verbum
dei est ubique per essenciam presenciam
et potenciam ita quod ea que produxit
ad esse potenciam conservat
per essenciam et presenciam. Habet
enim racionem illius ~~esse~~ cause
a qua dependet effectus tam
ad fieri quam tamen ad esse atque
conservari. Tercia igitur mundum

per suam presenciam conservat. hoc
expressit Crisostomus cum ait. In mundo
erat. Non quidem ut pars eius
sicut dicit Augustinus sed potius ut
artifex conservans ipsum. Et
quia ita confirmat presenciam quod ipsum
facit potenciam subdit. Et mundus
per ipsum factus est. Unde Augustinus
Non sic erat in mundo quomodo
est terra pecora et homines. sed
quomodo artifex regens quod fecit
Non enim sic fecit sicut facit
faber. Archam enim fabricat exterius
est ad id quod fabricat. Deus
autem infusus mundo fabricat
ubique positus et non recedit ab
aliquo presencia maiestatis facit
et gubernat quod facit. Notandum
quod mundus per verbum primo
est factus. 2o deo reconciliatus
3o ad vitam eternam revocatus
Primo quidem factus Act. xvii
Deus qui fecit hunc mundum
et omnia que in eo sunt. hic
celi et terre cum sit dominus non in
manu factis habitat templis. Secundo
deo reconciliatus 2a Cor. v. Deus
erat in Christo mundum reconcilians
sibi. et 1a iohannis secundo Ipse
est propiciacio pro peccatis nostris non pro
nostris autem tantum sed et pro
totius mundi. 3o ad vitam revocatus
Jo. iii. Sic deus dilexit mundum
ut filium suum unigenitum
daret ut omnis qui credit in illum
non pereat sed habeat vitam eternam.
et i Jo. iiii filium suum
unigenitum misit deus in mundum
ut salvaretur per ipsum. Describit
quarto creature ignoranciam

criminalem dicens. Et mundus eum
non cognovit. Ubi intelligendum
est primo quod in precedenti clausula
accipitur mundus pro substantia
ipsa facta per verbum ut dictum
est. Hic autem secundum quod dicit
augustinus accipitur pro amatoribus
mundi quorum cor affectum mundo
non cognoscit nec diligit nisi
ea que sunt mundi. Unde eum ta
bernitor excludit reddit causam
huius ignorancie dicens. mundus
i. amatores mundi. Sicut enim
dicit Crisostomus. Qui mundo affixi sunt
que mundi sunt sapiunt semper et
non que dei. Unde subdit. Nichil
enim ita turbat mentem. ut
liquefieri amore presencium. Hoc
est ille mundus de quo dicit apostolus
i. Cor. i. In dei sapiencia non cognovit
mundus per sapienciam deum. Iuxta
hoc intelligendum est quod eo
quo hic accipitur mundus pro
amatoribus mundi non excluduntur
a cognicione huius lucis illi qui
iam non sunt per amorem de hoc
mundo quorum conversacio in ce
lis est quibus dignus non est
mundus. Unde et abraham de
numero talium fuit ipsum cognovit
quia eum dicit Jo. viii. Exultavit ut
videret diem Christi. Vidit et gavisus
est. Et eciam illi qui dicunt Jo.
vi. Nos credimus et cognovimus
quia tu es christus filius dei vivi
Tercio cum dicit. In propria venit
et sui eum non receperunt etc. os
tendit benignitatem Christi ex mul
tiplicitate beneficii quam terra declarat

Primum est benivolencia superne
visitacionis. In propria venit
cum efficacia intime disposicionis
Ut notat quod autem. Tercium est
eminencia superne generacionis.
Qui non ex sanguinibus etc.
Primum itaque quod hic declaratur
est benivolencia superne visi
tacionis. Circa quam primo attenditur
benivolencia visitantis. Deinde
subiungitur malicia seu negligencia
recusantis. Et sui eum etc. Beni
volencia quidem visitantis. ostenditur
cum dicit. In propria venit. i. in
mundum qui proprie suus est quia
eius factura. vel in propria id est
in gentem israeliticam que ex
proprietate amissam specialis electionis
et divini cultus dicitur eius. sicut
ut dicitur deut. vii. Te elegit
dominus ut sis ei populus pe
culiaris. Et idem ibidem xiiii.
et xxvi. Et bene dicit hic
in propria venit. Significacio illam
gentem manifestat illud quod
adiungitur scilicet venit. Cum enim
prius esset in mundo in quantum deus
sicut predictum est. non venit
in illum nisi per effectum incarnacionis
Constat autem quod de gente illa
carnem assumpsit. Heb. ii. Manifestum
est quod ex iuda ortus sit dominus
noster. Ro. i. Qui factus est ei
ex semine david secundum
carnem. Et eciam in gente
illa est natus conversatus et
mirabilia operatus. Unde et
dicit augustinus. Non sum missus
nisi ad oves domus israhel.

deut.
hic sanctus es populus dno deo tuo
Rx populus sanctus es dno deo tuo
et te elegit ut sis ei populus
peculiaris de cunctis gentibus que
sunt super terram

Verbum quod sic mundus in
quo erat sicut creator et con
servator per ignoranciam ipsum
non cognovit. Ubi supra patuit
ita hec gens per ingratitudinem
et maliciam ipsum dominum
non recepit quod eum incarnatum exprobrando
notavit dicens. Et sui eum
non receperunt. Ubi audiet
malicia seu negligencia recu
santium quam ipse christus genti ille
imperans dicebat Jo. v. Ego
veni in nomine patris mei et
non accepistis me. (si alius venerit in nomine suo illum accipietis) Quotquot autem
quod declarat multiplicaciter
divisionem est efficacia iterum dis
posicionem de qua subditur textus
Quot autem receperunt eum
etc. Circa quam primo attendendum
quod licet christus venit in mundum
ut homines vitam habeant et
habundancius habeant ut ipse
asserit Jo. x. tamen reliquit
in potestate hominum qui eum recipe
rent per liberum arbitrium et
qui non. Una sicut dicit Crisostomus
Nullum volt invitum aut co
actum set simulatum. Quia
invitum trahi parum est quod non
sentire. Volt igitur spon
taneum cum homines qui ipsum
fideliter et devote suscipiat
Attendendum eciam est emo
lumentum communicatum differenter
corporaliter et spiritualiter. Indif
ferenter quidem. Una quod est
sine differencia status. Una
sive servi sive liberi. Sive diversa
census quia sive paupes

sive divites. Sive diversa sexus
quia sive masculi sive femine
Sive diversa cultus quia sive
iudei sive gentiles. Sive diversa
gradus quia sive nobiles et
potentes sive ignobiles et
imbecilles. et hoc bene expressum
est Act. xiii. cum dicitur (audientes gentes gavise sunt et glorificabant verbum domini et)
Crediderunt quot quot erant
preordinati ad vitam eternam
Est eciam emolumentum com
municatum corporaliter. Una hiis
qui receperunt eum. Racionabile
enim est ut quicumque modo debito
aliquid efficacis virtutis capiunt
aliquem fructuosum consequuntur
effectum sicut patet in recipientibus
saluberrimam secundum disposicionem debitam
medicinam. Modus autem debitus
recipiendi christum sicut per fidem for
tam adherere eidem. Unde exponens
qui fuerunt illi qui eum rece
perunt adiungit hiis qui cre
dunt in nomine eius. id est in re
eius nominis que est deitas
et humanitas. Credere enim
christum esse verum emanuel id est
deum et hominem est credere
in nomine eius et hoc est reci
pere eum ad quod inducimur Jac. i.o
In mansuetudine suscipite
insitum verbum quod potest
salvare animas vestras. In hoc
autem salvare potest quod dedit eis
potestatem filios dei fieri. In quo
sum beneficium communicant dupliciter
quia filiis rex dedit potestatem

fieri filios gracie et filios dya-
filios dei. In quo exprimitur effi-
cacia illius disposicionis. Omnibus
enim christum per fidem recipientibus
talis datur disposicio et potestas
quod per liberum arbitrium cooperando
gracie possunt fieri dei filii
adoptivi. Et quoniam talem
potestatem nullus potest eis auferre
possunt tamen ea uti et non
uti si volunt. Ideo non est
dictum fecit eos dei filios. sed
pocius quod data est eis talis
potestas. Vel aliter perfecta filiacio
adoptiva non datur hic hominibus
sed pocius sic inchoatur in
via quod perficitur in patria. Data
est ergo illis qui christum receperunt
hec potestas qua sic possunt per
graciam vite quod perfectam filia-
cionem dei recipient in patria
quam inchoant in via. Hanc
exposicionem confirmat dicta
apostoli Ro. viii. Non enim accepi-
stis. Accepistis spiritum adopcionis
filiorum in quo clamamus.
abba pater. Ipse enim spiritus testi-
monium reddit spiritui nostro
quod sumus filii dei. Et quibusdam
interpositis subiunxit. Ipsi intra
nos gemimus adopcionem filiorum
dei expectantes redempcionem
corporis. In huius autem beneficii
collacione sic dicit augustinus
Apparet benivolencia superna
christi. Cum enim esset unicus
filius a patre genitus.

noluit remanere solus. sed voluit
fratres et coheredes quia
eius hereditas non fit minor
si multi sint sibi participes.
Dedit ergo recipientibus po-
testatem filios dei fieri per graciam
qui ab eterno est dei filius per
naturam. Tercium autem quod declarat
multiplicitatem beneficii. ~~auge~~
generacionis eminencia superne, de qua sub-
nectitur. Qui non ex volun-
tate carnis etc. Secundum regulam
expressam a christo Jo. iii. Quod
natum est ex carne caro est
et quod natum est ex spiritu spiritus
est. Et quoniam hii qui per
adopcionis graciam sunt filii
dei hoc accipiunt non ex carne
sed ex spiritu iuxta illud. Ro. viii.
Qui spiritu dei aguntur hii filii
sunt dei. Hinc est quod eciam
filiacionem datam hiis qui
christum receperunt non carnali
sed ex superna generacione esse
denunciat dicens. Qui non ex san-
guinibus id est ex materia traducta
ex sanguinibus parentum
nec ex voluntate carnis id est
femine consensu appetitu seu
complacencia. nec ex voluntate
viri id est appetitu masculi Sed
ex deo id est divina gracia nati
sunt. Unde idem iohannes
primo Jo. iiii. Omnis qui credit
quoniam ihesus est christus
ex deo natus est. ~~eternam~~. infra
Quinto quoniam omnis qui natus

ex spiritu qui conceptus [illegible]
non carnis [illegible] ex deo
et ex spiritu quod [illegible] ex
deo natus est

est ex deo non peccat. sed gratia
dei conservat eum. Accipit
autem eum dicitur ex volun-
tate carnis pro femina de
qua statim post suam formationem
dixit adam. Gen. ii. hoc nunc
os ex ossibus meis et caro
de carne mea. Vel secundum
quod dicit Beda. dicit ex sangui-
nibus quia in plurali solent
significare peccatum iuxta id
psalmi. Libera me de sanguinibus
Et alibi Ve qui edificat
syon in sanguinibus. Talis
autem generatio de communi lege
non caret labe peccati quo
omnis caret generatio eorum
qui filii dei fiunt per gratiam
ad hoc eis collatam a christo
Quo ondit benignitatem et
ex profunditate misterii
cum ait. Et verbum caro
factum est. Continuando autem
quod hic dicitur ad superiorem
clausulam secundum augustinum et crisostomum
reddit causam et tollit ad-
mirationem illius quod superius
immediate dictum est. Ex deo
nati sunt. Si enim queras
quis fecit hoc quod homines nas-
cerentur ex deo. Respondetur
tibi quod hoc fecit qui natus
est ex homine. cum verbum
caro factum est. Quid ergo
miraris quod homines ex deo
nati sunt cum ipsum verbum
dei sit ex hominibus natum.

potuit enim [illegible] tantum
ascendere scilicet usque ad dei filiationem
Si superior filius voluit tantum descendere
videlicet deus usque ad hominis as-
sumptionem. Considerando autem
dictiones hic positas sciendum est
primo quod caro hic accipitur pro
toto homine per figuram synodoches
ut dicit augustinus et sic per carnem
intelligitur et anima et caro sive
corpus et totus homo compositus
ex utrisque. Sicut enim dicit damascenus
in summa. Quod est inassumptibile
est incurabile. Et quod non est as-
sumptum non est curatum. ergo
totum illud assumptum fuit ex quo
quod indiguit sanari in homine. Et
quia corpus et anima et [illegible]
sanari indiguit ideo totum assumptum
fuit per hoc igitur quod assumpsit
veram animam excluditur error
dicentium christum animam humanam
non habuisse sed solum corpus.
cui divinitas loco anime fuit unita
per hoc etiam quod assumpsit verum
corpus et veram carnem de vir-
gine. Excluditur error dicentium
christum habuisse corpus et carnem
fantasticam. Iuxta hoc sciendum
est quod potius caro posita est hic
verbum caro factum est quam sit
positus homo ut ostendatur venera-
bilis divine condescensionis dignatio
que propter nostram salutem tantum
se humiliare voluit ut non so-
lum animam nostram que inter crea-
turas ceteras multum est nobilis
et deo propinqua verum etiam
carnem vilem et fragilem multumque
ab eius nobilitate distantem
assumeret. Iterum sciendum est

quod hoc participium factum cum hoc
verbo est. factum est inquid non
importat versionem sive conversionem
ut sit sensus verbum est conversum
in carnem. Sicut importat cum
dicitur. Sanguis factus est aqua
i. versus sive mutatus in car
nem. Nec importat consumptionem
ut sit sensus verbum est con
sumptum et caro facta. Nec
importat mutacionem ut sit sensus
quod verbum mutatum est in
carnem. Sed importat unionem
qua verbum sibi in persona pro
priam carnem i. naturam humanam
univit. Et quia hec unio tanta
fuit ut dicit aug. primo de tri.
ut deum faceret hominem et
hominem deum. ideo convenienter
positum est hoc participium
factum est tante unionis expres
sivum. Verificatum est enim
illud ps. homo factus est in
ea. hanc etiam unionem tangit
apostolus Gal. 4. misit inquit
deus filium suum. factum ex
muliere per hanc autem tantam
unionem excluditur error
nestorii et aliorum dicencium
divinam naturam non esse unitam
humane in una persona divina
sed christum fuisse purum hominem
cum virtute deitatum cui com
gebatur dicens deus per graciam
adoptantem et inhabitantem
et non per unionem factam in
persona divina. Si enim ita
esset non posset dici deus
factus est homo et homo

factus est deus. sicut vere nunc
dicitur propter unionem predictam
Sequitur et habitavit in
nobis i. conversatus est inter
nos homines quia verus homo.
Impleta est enim prophetia Ba. 3.
dicentis Baruch. 3. hic est deus
noster et non extimabitur alius
ad eum. Post hoc super terram
visus est et cum hominibus
conversatus. Et illa. ps. in pro
emio in quo beneplacitum est
deo habitare in eo et enim dominus
habitabit in finem. Ultimo
addit benignitatem christi et sin
gularitatem fastigii concludens
Et vidimus gloriam eius gloriam
quasi. u. a. p. pl. g. et. v. Sicut
enim dicit apostolus non solum per
christum benignitas et hoc quod per verbum
factum carnem facti sumus dei
filii verum quod per idem verbum
manifestatum est nobis singu
lare fastigium sue divinitatis
ad cuius noticiam non potuimus
nisi per eius consorcium pervenire
Si enim filii israhel non poterant
intendere in faciem moysi propter
gloriam vultus eius nisi mediante
velamine quanto minus posset
humanus intuitus intueri gloriam
christi qui amplioris glorie pre
moyse habitus est ut dicit heb. 3.
nisi per christi humanitatem ad hoc ele
varetur. Unde aug. dicit quod incar
nacionis misterium fuit collirium
ad tergendum et illuminandum
oculos nostros ut possent intueri
gloriam supra dictam. Certa

quam evv^ta. primo asserit notitiam
visualem seu certitudinalem. 2o
exprimit eminentiam eternalem.
3o concludit continentiam virtualem.
Asserit ergo primo notitiam visua
lem seu certitudinalem. et vidimus
gloriam eius. Viderunt enim
gloriam christi in transfiguratione
petrus Jacobus et iohannes qui
Johannes de se et aliis duobus
hoc dicit. scilicet vidimus gloriam
eius. In quibus impletum est id
ysa. xxxv. Ipsi videbunt gloriam
domini et decorem dei vultus de qua
etiam gloria loquitur petrus
2. petri. i. accipiens enim a deo
gloriam et honorem etc. viderunt
etiam gloriam eius illi qui ipsum
viderunt gloriosum ascendentem
in celum de qua gloria ipse locutus
est luc. xxiiii. Oportuit pati
christum et resurgere a mortuis. et
ita intrare in gloriam suam
Et apostolus heb. ii. videmus ihesum
propter passionem mortis gloria et hono
re coronatum. Crisostomus autem super
Johannem omelia xii. hanc refert
gloriam ad omnia opera gloriosa
christi. Ex quibus cognosci potuit
quod erat dei filius unigenitus de
quibus ipse dicit Jo. viii. est pater
qui glorificat me. Unde et de
uno illorum dictum est Jo. ii.
hoc initium signorum fecit ihesus
et infra et manifestavit gloriam
suam. Consequenter exprimit
eminentiam eternalem addens
gloriam quasi unigeniti a patre

Ubi hoc adverbium quasi non similitudinem
sed expressionem importat tanquam
si dicatur gloriam vere unigeniti
quia hanc gloriam non habet
per temporalem adoptionem. sed
per eternalem generationem. a patre
propter quod dicit apostolus heb. primo
Qui cum sit splendor paterne glorie
et figura substantie eius et portans
hanc etiam gloriam non habet
ut angelus vel ut propheta vel
ut nuncius. sed ut unigenitus de
quo loquens deus pater dicit ysa.
xlvi. dabo in syon salutem. et
in iherusalem gloriam meam. hoc
confessus est symeon se vidisse
luc. ii. cum verbum carnem factum
suscepit. Viderunt inquit oculi
mei salutare tuum. quod parasti
ante faciem omnium populorum. lumen ad
revelationem gentium et gloriam
plebis tue israhel. Postremo
concludit continentiam virtualem
dicens plenum scilicet gratie verbum
vel gratia et veritatis. Gratia
quidem in quantum homo unitus
est deo. Eterna sicut augustinus dicit
de t. et in hen. In rebus per tempus
ortis illa gratia summa est qua
filius hominis in tanta unitate
coniunctus est deo. ut idem esset
dei et hominis filius et hec est
gratia unionis. i. unio hominis
cum deo nullis meritis precedentibus
gratuite facta. plenum autem veritate
in quantum deus qui est plena
veritas. Unde apostolus Col. ii. hanc
plenitudinem veritatis per excellentiam

diuinitatis expressit de xpo dicens.
In ipso habitat omnis plenitudo.
corporaliter. i. non figuraliter sed
veraciter. non umbraliter sed rea
liter. hanc plenitudinem de seipsa
ondit increata sapientia. Ecci. xxiiii
c. In me omnis gratia vite et
plenitudo gratie. Sequitur et veritatis
In quo secunda plenitudo exprimitur
Vel sic plenum gratie quantum
ad graciam singularis persone quam
xpus habuit in quantum tale individuum
hominis. que gratia fuit plena quia
habuit eam ad omnem actum perfecte
virtutis propter quod dictum est. Jo. v.
quod xpo non est datus spiritus ad men
suram. Plenum prout habuit no
ticiam omnis veritatis docende. omnis
veritatis vite informande. omnis
veritatis iusticie conservande
Vel aliter Plenum gratie quantum
ad graciam capitis. Etenim tanta
gratie plenitudo fuit in ipso. ut
posset eam diffundere in omnia mem
bra Et hoc est quod paulus in persona dicit
ewangelista subiungit et de plenitudine
eius nos omnes accepimus graciam
pro gracia. plenum autem veritatis
in quantum id quod promittebatur in
plenum exhibens veritatem omnium
promissorum. Et hoc est quod econtra
ewangelista declarat. d. quod lex per moysen
data est. gracia et veritas per
ihesum xpum facta est ut per
eius graciam iustificati et per
veritatem sanctificati. possimus
tandem esse cum eo in gloria
sublimati Et nobis ipse concedat
qui est benedictus in secula
seculorum amen

Erant pater eius et
mater mirantes super
hiis que dicebantur de illo luc
ii. Consonum est tam rationi quam
consuetudini ut illud quod est magis
desiderio expectatum et multis
promissionibus est predictum
multis apparicionibus est exhibitum
propter sui excellenciam habeat mira
biles proprietates quas lucas in presenti
ewangelio enumerans et eas describit
Dicens eius evidenciam nondum
est quod admiracio consurgit ex
insolito et magno eventu. prophecia
de venturis ex futuro eventu
premisso. testimonium laudabile
quando et testificans iustus est
et res de qua testimonium reddit
vera. eius fama aut consurgit
ex noticia bonitatis. semper accessit
in aliquo. Et hec quatuor predicta
beatus lucas per ordinem introducit
Ostendens primo admiracionis
vehemenciam. Erant pater
2o propheciam evidenciam. ibi
Et benedixit illis symeon.
3o testimonii congruenciam
ibi Erat anna prophetissa etc
4o bone opinionis redolenciam
ibi. Et ut perfecerunt omnia etc
Ponens ergo ewangelista primo
admiracionis vehemenciam.
dicit quod pater et mater eius ad
mirantes erant super hiis que
dicebantur de illo. dicebantur
scilicet ab angelo pastoribus

Vel sic plenum gratie quantum ad graciam singularis per
sone quam xpus habuit inquantum tale individuum ho
minis gracia fuit plena quia habuit eam ad omnem
actum perfecte virtutis propter quod dicitur Jo. v
quod xpo non est datus spiritus ad mensuram
plenum autem veritatis prout habuit noticiam omnis
veritatis docende omnis veritatis vite informande
omnis veritatis iusticie conservande

intrante · a multitudine celesti
exercitus cum angelo gloria in
excelsis deo cantante · a pastoribus
de quibus dictum est luc. ca°.
eodem reversi sunt pastores glo
rificantes et laudantes deum
et modicum supra ibidem et
omnes qui audierunt mirati
sunt et de hys que dicta erant
a pastoribus ad ipsos · Sed
queritur quomodo mater mirabatur
cum totius incarnacionis cog
novisset sacramentum admiracio
autem videtur consurgere ·
ex re insolita cuius · ignoratur
causa. Ad hoc dicendum quod mater
admirabatur ex vehemencia
tum auditorum verborum
que rerum cognitionem faciebat
enim ea que dicebantur · de
processu hoc erant excellencia
et supra humanam naturam
et cum hoc faciebat ea vera
vehemencia ex rei cognite
veniens in memoriam eius
ex verbis auditis causabat
in ea admiracionem et hoc
est quod dicit grecus · transcende
ncium rerum noticia quociens
in memoriam eius ex verbis
auditis venit totiens se reno
vat in mente mirabilium.
Et damascenus libro secundo
sentenciarum admiracio est timor
ex magna ymaginacione ad
surgens · quando ergo dicitur
quia admiracio supponit ignoranciam

cause cuius effectus cognoscatur
dico quod non est semper sed
ad ipsam sufficit vehemencia
cognita de re quam consideramus
2° dubitatur quomodo yoseph
dicitur pater salvatoris cum
manifestum sit tam ex fide
quam ex evangelio non ex semine
yoseph · sed ex spiritu sancto et
virtute ipsum de virgine natum
esse. Ad hoc dicendum · est
quod propter tria dicitur yoseph pater
salvatoris · Primo quia nutricius
eius ac baiulus existens · famam
virginis conservabat in tantum
ut ab omnibus pater christi extimaretur
sic ergo pater dicitur propter famam
et hoc dicit Beda super lucam
Patrem salvatoris appellat ioseph
quo ad famam marie conservandam
quasi pater sit ab omnibus estimatus
2° dicitur pater quia verus
sponsus matris eius. Ubi
advertendum est quod aliquid
dicitur pater alicuius · quia
ipsum realiter genuit. 2° quia
ipsum in filium adoptavit.
3° quia ab aliquo eius opera
imitantur eo modo quo dicitur
primo Jo. viii · Vos ex patre dyabolo
estis · 4° quia est affinitas
inter duos · quorum unus est
pater vel mater alicuius
tercii · quanta ergo affinitas
inter primos duos tanta et ita
vera erit inter illum cuius
iste tercius non est filius
et ipsum filium et maxime

ff de adop. l. 1 et 2
inst. et C. eiusdem

si tempore illius affinitatis erunt
iste tamen Veraciter fuit filius
alterius illorum. et hoc est q dicit
aug'. Eo mo pr illius erat quo
mo et vir marie vere intelligitur.
multo videlicet convictus q si
eet aliunde. adoptatus. neq enim
ppterea non erat appellandus yoseph
pater xpi quia non eum genuerat
qn quidem pr eet etiam ei quem
non ex sua coniuge procreatum
aliunde adoptasset. 3o dicitur yoseph
pr xpi pter deductionem gene
logie salvatoris ad david ut sz
per ordinem realem quo yoseph
a david descenderat ondeeretur
q xpus de virgine nascens. ex
semine david rm carnem eet.
quia consuetudo scripturarum no
accipit seriem gnationis a mulieribus
sed a patre. Ideo yoseph pr xpi in
ewangelijs ponitur. Unde orig
enim autem alanus inquit pt dict
qm gnationis ordo. a david usqz
ad yoseph deducitur ne videtur
frustra yoseph nominari. ut gnalis
ordo haberet locum pr domini
appellatus est. Sequitur secunda
pars. In qua ponitur pphalis sen
tentia. Ubi primo pmittitur bndictio
2o pphatur nra redempcio. Dicit
ad mariam matrem eius. Ecce po.
3o adiungitur virginis de passione
xpi ppassio ibi. Et tuam ipsius aiam
etc. Benedictio pmittitur in qua
tam patrem q matrem symeon bndi
xit Benedictiones autem tanquam
ministri bndictionis sue pcepimus.
tanquam si dicatur eis illud ps.
Benedicti vos domino qui fecit

celum et terram. Et item Benediximus
vobis de domo domini. deus dns
et illuxit nobis. Pater quidem
bndicitur. Tum ex sollicitudine
et ministerio q habuit erga xpum.
et virginem dignus est bndictione
Mater vero quia est totius bn
dictionis principium pter q ange
lus sibi eam sic salutat. Benedicta
tu etc. Deinde pphatur nra re
dempcio. Et dicit ad mariam etc
Et valde notandum est q bndi
cendo coniuxit matrem cum yoseph
pphando autem et occultorum
presagia declarando tantum ad
matrem sermonem dirigit eam
solam veram genitricem salvatoris
insinuans. Sed dicit. Ecce po.
hic etc. Ubi duo insinuat ad
nram redempcionem concurrere
Primu est equalitas iusticie
q summum est omnibusqz tribuentis
Tum positus est in ruinam.
et in resurrectionem multorum
in israhel xpm autem ponendum
p iusticiam in quorum ruinam.
preuidens david ait. Iudicabit
in nacionibus implebit ruinas et
ysa. xxvj. Terram gygantum
detrahis in ruinam. Ipsum
vero positum in resurrectionem
electorum testatur audit Jo. xi. Ego
inquit sum resurrectio et vita
et ibi vj. Ego resuscitabo eum
in novissimo die. Ubi advertend
est q. sicut enim lux solaris.
equaliter distribuit suum bnficium
omnibusqz. Et tamen ex ea aliqui
illuminantur aliqui cecantur. Ita puer
iste ihesus qui erat lux vera.

in die bonorum ne immemor sis malorum et in die malorum ne immemor sis malorum [illegible]

equaliter iudicans bonis premia malis vero supplicia retributurus adveniet. Unde Celsus. Sicut enim lux et si oculos debiles turbat lux est. hoc modo salvator presentat et eo si corruant plurimi. hec enim est officium eius de strenuos sed eorum vesanie. Cum laborem non solum ex salute bonorum sed etiam ex malorum dissipacione virtus eius ostenditur. et expressius ambrosius. In ruinas et resurrectionem multorum. ut scilicet iustorum iniquorumque merita discernat et pro meritorum qualitate factorum iudex verus et iustus aut premia aut supplicia decernat. Secundum in quo convenit ad nostram salutem est acerbitas doloris matre pacientis de qua dicitur. Et in signum cui contradicetur. Quamvis enim xpo qui in mundo erat singulare signum directum ad vitam multiplicat sit contradictum. ut blasphemando calumpniando opera imponendo transgressionem legis et modis diversis aliis. hinc tamen signo potissime contradictum est in misterio passionis. Unde Orig. omnibus que de xpo narrat ystoria contradicitur. quia apud incredulos universa que de eo scripta sunt signum sunt cui contradicitur. Et Basilius signum contradictionis accipiens crucem dicitur a scriptura Ihesu adulgeret. Virginis de passione xpi passio. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Consuetum quippe ut inter amantes. sit tale vinculum quod duo pacientes alter dipsum pati dicatur. Et quanto vehemencior est amor in eis tanto vehemencius alter compatitur pacienti. Cum ergo summus amor erat matris ad filium secundum ordinem naturalem. Ita factum est ut xpo [illegible] passionem compaciente compassionis gladius virginis animam pertransiret. Unde [illegible] hec signa de filio dicuntur in signum cui contradicetur spectant tamen ad eius genitricem que singula sibi assumit simul publicata et glorificata quod significat quod publicata est per dolore ipso moriente et glorificata per gaudio ipso ascendente. Sed queritur utrum virgo tantum dolere potuit de xpi passione. Et videtur quod non potuit debuit dolere quia sciebat ipsum citissime resurrecturum secundo quia sciebat ipsum se mori pro redempcione generis humani de quo non solum non dolere sed etiam gaudere debebat cum ipsamet tali redempcione indigeret. Ad hoc dicendum est quod duo fuerunt in virgine quorum unum dolorem aliud mestum superare faciebat menti eius. Dolorem quidem fecit quia sensualitas virginis etiam regulata ratione non potuit naturaliter sine dolore intueri crucifigi illum quem sciebat ex sanguinibus propriis procreatum sicut nec sensualitas xpi non potuit sine timore approbare iudicium passionis. Unde Orig. exponens hoc verbum. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. hoc

est dolorem dominice passionis cor
eius pertransisse. Tercia et si xpm
ut potentem dei filium sponte propria
mori mortem quam ipsam non dubitaret
et devincturum. ex sua tamen carne
procreatum non sine doloris affectu
potuit videre crucifigi. Stupore
vero mestam fecit admiracionis vehemencia
admiracionis considerans enim dei
filium sic humiliatum usque ad
mortem ut quasi despectus et
derelictus eius filius videtur
etiam a deo patre non sine merore
stuporem mentis incurrit. vnde
angelus de omnibus nominibus testamenti
(octava) q. 8. Et tuam ipsius animam per
transibit gladius. hoc. utique
designavit quia etiam Maria
per quem gestum est mariam
eius mestam in mortem dei
stupore quodam dubitaret. videns
dei filium humiliatum esse usque
ad mortem. non tamen in dubitacione
permansit quia resurreccione
firmata est. Et quoniam tunc
xpi passio et matris dolor ordinabatur
ad istorum abolenda peccata
Ideo subiungit. Vt revelentur
ex multis cordibus cogitaciones
Male cogitaciones enim erant
in hominibus. Sed iniuste redempcio
nostre revelate sunt ut eis ora
ret ille qui pro nobis mortuus
est. Sequitur 3a pars. In qua
ponit testimonium condigne veri
tatis. Et erat anna prophetissa
de cuius ydoneitate ad testis in
de xpo perhibendum enim. terciam
describit. Officium quia prophetissa.
celibatum cum dicit. Hec processerat
in diebus multis usque concludit
hec vidua erat usque ad annos lxxxiiij
devotum et gratum obsequium quia
non discedebat de templo ieiuniis
et oracionibus supra vacans. finaliter prophetiam
serviens deo die ac nocte. propter
quas ydoneitates testimonium
eius commendabile subiungit
Hec ipsa hora superveniens confite
batur domino et loquebatur
de illo omnibus etc. i. regeneratur
videndo mundi salutem ingredi
et confitebatur de ihu quoniam
ipse esset redemptor eiusque salvator
Sequitur 4a pars eius. In qua
ponitur bone opinionis redolencia
que consistit in duobus. In legali
observancia et in pueri ihesu
secundum humanitatem virtualis
eminencia. Legalis observancia
ostenditur quia omnia perfecit que in
lege precepta sunt et hoc notatur
cum dicitur. perfecerunt omnia secundum
legem reversi sunt in galileam
civitatem suam nazareth. Et
si obicitur quod nazareth non erat
civitas sua sed Betleem. tercia
dictum est supra yoseph ascen
disse in civitatem Bethleem eo
quod esset de domo et familia david
Ex quo concluditur quod Bethleem
fuit civitas sua. ex origine dicendum
est quod utraque fuit civitas sua
diversis respectibus ~~sive respectibus~~
quia nazareth erat civitas sicut
habitaculum eo quod ibi habitavit
cum virgine. et yoseph sicut pater

in annunciacione angelica in qua
describitur angelus missus ad
virginem in civitatem nazareth
etc. Bethleem autem erat civi
tas eorum tamquam patria qua erant
de stirpe david avus david pa
rentes bethleem habuerant
in possessionem in prima divisione
terre inter filios iuda. Et sic be
thleem erat propria patria omnium qui
erant de stirpe david. Secundo
consistit redolencia bone oppinionis
in xpi ihesu secundum humanitatem corporali
crementa quod notatur cum dicitur
puer crescebat et confortabatur.
Ubi notanda est verborum dis
tinctio. non enim dixit ihesus
autem sed puer autem. Et innuit
quod puer erat id est habitu humane
fragilitatis indutus in eo poterat
crescere et confortari. nam secundum
quod deus erat nullum capiebat
augmentum. Convenienter enim
incremento etatis adiungit et
sapiencie incrementum dicens. Et
confortabatur plenus sapiencia
nam iuxta mensuram etatis
corporee natura divina sapienciam
propriam que in humanitate erat
amplius et amplius manifestabat.
Adiungit autem et gracia dei
erat in illo quia homini ihesu
xpo ex magna gracia donatum
est ut ex quo homo esse cepit
dei gracia repleretur. Unde augustinus
in enchiridio. Modus quo xpus
de spiritu sancto dicitur. Insinuat
nobis graciam dei qua ille
homo nullis precedentibus

meritis in ipso exordio nature sue
quo esse cepit verbo dei copula
retur in tantam persone unitate
ut idem esset filius dei et filius
hominis. ac si in nature humane
susceptione fieret quodam modo
ipsa gracia illi homini naturalis. que
nullum peccatum posset admittere
Et ideo merito vocatur sanctum esse
quod nascatur. Finaliter advertendum
est quod in hoc ewangelio sunt v persone
yoseph et maria qui admirantur
symeon qui prophetat. anna que
confitetur. puer qui crescit et
confortatur plenus sapiencia etc. Ex
quibus insinuatur quod de hiis que
de xpo dicta sunt et facta admi
ratur vigilans solicitudo et mundi
cie sanctitudo que per yoseph et
mariam designantur. prophetat
autem de xpo ea que ventura
sunt desiderii magnitudo que per syme
onem audiuntur videndi xpum figurata
est. testificatur autem et dicit
vera esse ea que de xpo. facta
et dicta sunt oracionum multitudo
quia in oracione anna contemplans
opera xpi cum admiracione testatur
ea vera esse et hoc signatur per annam
que non discedebat de templo vacans
oracionibus. crescit autem sola et
confortatur plena sapiencia perfectorum
celsitudo que in solo xpo expressa
est quam licet non possimus [illegible]
imitari. debemus autem ut possimus
venerari. Ut dicamus cum ewangelista
puer autem crescebat etc.

9 Defuncto autem herode
ecce apparuit ei angelus
domini etc. Mathei 2o. Divina

prudencia in mundi restauracione
sic adimplere omnia voluit. ut
ad eam perficiendam ministraliter
concurrerent opera creaturarum que
ipsa restauracione amplius indige
bant. Hec autem creature due
sunt. scilicet angelica cuius ruina
debuit reparari et humana cuius
lapsus debuit relevari. Ex quibus
concluditur quod ad incarnacionis misterium
concurrere debuit angelica diligencia
revelando admirando et predicando
ea que erant necia ad incarna malicia
cionis mysterium. humana obediencia
operando. et ministrando incarnacionis
obsequium. divina providencia ad
implendo suum eternale propositum
Et hec tria subtiliter quidem licet
occulte evangelista in presenti evangelio describit
dicens. Defuncto. Ubi primo premittit
circa incarnacionis mysterium ange
licam diligenciam in principio. Secundo
circa humanitatis obsequium humanam
obedienciam ibi. Qui consurgens
3o circa eiusdem misterii divinam
providenciam. Et admonitus
in sompnis. Hanc triplicem dum sor
beatus Dyonisius insinuans dicit
Vide quomodo et ipse Jhesus super celes
tibus existens super essencias ad id quod
erga nos est immutabiliter veniens
non refugit a se ordinatam
et assumptam humanam ordinacionem
circa divina prudencia. Et subdit
Set obediens subditur deo patri
per angelos disposicionibus. Et
per medios ipsos annunciatur Joseph
circa angelica diligencia. Et
subdit a patre disposita filii ad

ad egiptum recessio. Et iterum
ad iudeam ex egipto transductio
super completur per Joseph. Circa humana
obediencia. Tercium ad primum. Ubi
subditur angelica diligencia circa
incarnacionis misterium describit
evangelista tempus aptum. modum
congruum. opus iniunctum. tempus
aptum .i. conveniens. Defuncto.
autem herode. licet enim omnia
tempora de se apta sint et christi
susceptionibus congrua. Tamen
propter malicia principis aptitudo temporis
impeditur ne divine revelaciones
et manifestaciones fiant. sicut
dicit Jeronimus in quadam epistola tractans
illud ysa. in tempore quo mortuus
est rex achas. Vidi dominum sedentem
etc. Ubi dicit quod tunc vidit quando
malus princeps princeps sublatus est
de regno quasi illius malicia impediret
misterium revelacionis. Sublato
autem malo principe de regno tunc
post prius congruum advenit ut pax
et tranquillitas reddatur principi
Et ideo regnante herode christus
iubetur in egiptum fugere. quo
herode defuncto christus ad iudeam
redire iubetur. Et ideo bene
premittit. Defuncto autem herode
quia tempus aptum est. Secundo
subdit modum congruum dicens
Apparuit in sompnis angelus Jo
seph in egipto In quo actus modus
et locus congruenciam quandam
insinuant. Actus consistit in
apparicione angelica. apparuit angelus
domini cum scilicet angelo cura iniuncta
erat gubernandi infanciam
salvatoris. Iuxta illud. ps. te

angelis suis deus mandavit de te. Modus consistit in hoc quod apparet in sompnis Joseph. Ubi advertendum est quod aliquibus apparuit angelus qui propter debilitatem fidei sue minus erant fideles ut pastores. Aliquibus apparuit qui propter magnitudinem promissi minus annunciati credebant ut zacharias pater Johannis. Et istis debuit apparere angelus non in sompnis sed in vigilia ut quod minus credebat de se per manifestam apparicionem angeli auffertur vel tolleretur. Aliquibus apparuit valde fidelibus ut Jacob in visione scale et talibus sufficiebat apparicio in sompnis ut fidem faceret hiis quibus apparebat et de talibus fuit Joseph et hoc est quod dicit Crisostomus super Matheum. Ideo autem non apparuit manifeste Joseph sicut pastoribus quia valde fidelis erat. Pastores autem autem indigebant quia rudes. Locus congruit huic modo propter hoc quod dicit in egipto. Etiam ex eo quod Joseph imperio angeli puerum et matrem in egiptum duxit et reduxit ostendit tam angelum quam Joseph ad incarnacionis misterium ordinatos. Tercio subdit opus iniunctum Surge inquit et accipe puerum et matrem eius. Ubi quatuor in hoc opere ostenduntur. Ad quorum evidenciam notandum est quod actus angelicus triplex est scilicet

purgare illuminare et perficere. Et quia non irrevocabiliter operatur ideo ad ipsum pertinet operis sui reddere causam. Et sic quatuor actus angelis attribui possunt quos actus in hoc opere iniuncto angelus manifestat. Primo enim excitat circa Joseph actum purgativum. Surge inquit. Sicut enim in corporibus macula inficit quam purgare est ipsam auferre. Sic in operibus aggrediendis pigricia deprimit quam excitare est purgare animam ad opus aggrediendum [quod congruit consimiliter in ipsis credi] Surge. Secundo ponit actum illuminativum cum dicit Accipe puerum et matrem eius. Posset enim ignorare Joseph modum quo eum duceret ad terram israhel utrum cum matre vel sine matre quam ignoranciam purgans angelus utramque matrem iubet reduci ut ipsa virgo omnium eorum que circa Christum fiebant conscia posset plenius instruere ewangelistas de hiis que ad fidem necessaria videbantur. Tercio subdit actum perfectivum cum dicit. Et vade in terram israhel. Sicut enim perfectio uniuscuiusque rei attenditur circa finem. Ita perfectio verbi incarnati quo ad officium predicacionis erat ut tam gentiles quam iudeos verbi sui medicina sanaret. Et ideo in egiptum descendit prefigurans gentes ab eo salvandas et in israhel revertitur prefigurans iudeos finaliter convertendos et hoc

est quod dicit crisostomus Sicut medicus
enim descendit in egyptum ut
visitaret eam languentem erro
ribus non ut remaneret in ea
2o ponit actum cause redditum
defuncti enim sunt etc Sed queritur
quomodo sit verum defunctos esse
qui querebant animam christi quia
si solus herodes querebat non de
buit dici defuncti sed defunctus
Sed autem alii querebant cum
herode ut pontifices et sacerdotes
non omnes videntur tunc fuisse
defuncti Ad hoc dicendum est quod multi
erant qui querebant qui cum
herode multi iudeorum propter
favorem herodis acquirendum
consentiebant herodi ut que
rerent puerum natum ad perdendum
eum Aliqui propter invidiam ti
mentes amittere principatum Sed
quis de stirpe regia rex verus
nasceretur Et ideo dictum est
supra Audiens autem herodes
turbatus est et omnis iheroso
lima cum illo i. aliqui principes
et sacerdotes qui erant ihero
solimis Et quod dicitur non omnes
tunc fuisse mortuos dicendum est
quod omnes erant mortui vel prin
cipales inquisitione vel illi qui
malo proposito christum inquirebat
Sequitur secunda pars principalis Ubi
subditur humana obediencia
cum dicitur Qui consurgens
accepit puerum etc Et designatur
in duobus in integritate
observandi et in timore trans
grediendi Hec enim duo specialiter
sunt in obediencia perfecta
scilicet integritas implendi quod
preceptum est et timor transgre
diendi quod operandum est Et
attende quomodo yoseph adimplet
preceptum dictum est enim
sibi Surge accipe vade et ipse
surgit accipit et vadit Et hoc
est quod dicit auctoritas Qui consur
gens etc primum accepit pue
rum et matrem eius etc.
impletis secundi venit in
terram israhel Ecce impletio tercium
et hoc est quod dicit glossa angelice
admonicioni yoseph non inobe
diens fuit Et quia angelus
non determinaverat locum et
obediens timet transgredi quod
operandum est ideo subditur
Audiens autem quod archelaus
regnaret in iudea pro herode
patre suo timuit illo ire Sed
queritur quare angelus sicut
preceptum insinuat redeundi
non ita locum determinat ad quem
debebat christum deducere Ad hoc
dicendum est quod propter tercia locus
non determinatur Unum est ut
yoseph dubitans timeret et
timendo semper haberet recursum
ad supernum consilium invocandum
et ex hoc eius humilitas
in obediendo magis commendaretur
Secundum est ut ex frequenti
apparicione angelica yoseph

confortaretur et clarior in operibus
redderetur. 3m est ut divina
dispositio de Christi adolescentia
intelligenda scilicet in Galilea et na
zareth et per angelos et per
homines adimpleatur ut tam
Galileus quam Nazarenus iuxta
quod prophetatum erat vocaretur
Christus. Et ideo sequitur 3a pars
evangelii ubi auditur divina
providentia circa mysterium incar
nationis cum dicitur. Et ammo
nitus in sompnis etc. usque
concludit ut adimpleretur
quod dictum est per prophetas
quoniam nazarenus vocabitur.
c Cum factus esset Ihesus
annorum duodecim
etc. Luc. 2. Divina sapientia
in suis operibus aliquando operatur
occulte aliquando manifeste. Ita
quod defectus occultos per medi
cinas privatas. Defectus autem
manifestos per remedia manifesta
curare disponit. Inter ceteros
autem defectus humani generis
plaga tam manifesta
fuit ut universum quodammodo
ex eius transgressione dap
senciat. Et ideo remedium
restauratum ipsius et potentis
simum esse debuit in sanando
et manifestissimum in curando.
Et hinc est quod salvator huius
morbi medicinam ut manifestam
debuit non solum per ea

que sibi subserviunt. sed etiam
per se ipsum. Propter quod preveniens
ad annos humane discrecionis
conformes operari cepit remedia
sanitatis. Et hoc est quod evangelista
Lucas considerans dicit. Cum
factus esset Ihesus annorum
12. Verumtamen condecens
fuit ut ille qui propter homines
similis hominibus factus erat con
formaretur eisdem in hiis que
erant exigentie naturalis. Exi
git autem naturalis condicio.
ut homo operans bonis consue
tudinibus conformetur sapien
tialibus studiis deditus temporalibus
nutritoribus obediens subiugetur.
Ita quod primum sequitur consuetu
dinem approbatam. 2m naturam
institutam. 3m racionem rectam.
Sed quoniam qui sic homo verus
est ut etiam aliud aliquid sit
supra homines predicta sic in
suis conservare debet operibus
ut in eis servaret aliquid sup
pra se posse demonstret. Et ideo
evangelista sapientiam Christi demonstrans
primo describit conformitatem
eius in consuetudine approbata
cum excellentia doctrinali in
puero. Cum factus esset Ihesus etc.
2o ostendit virtutem assumpte
nature cum sapientia eternali
ibi. Et dixit mater eius etc.
3o humilitatem obediencie
cum reverentia filiali ibi. Et
descendit cum eis [illegible]

pmo conformitatem in consuetudine
et excellenciam in doctrina ꝑpoit pmo
2o. ponit 2m. i. Remansit puer ihs
etc. Describens go pmum scilicet
conformitatem in consuetudine
observanda dicit. cum factus eet
Cum factus eet ihesus annorum
xii. ubi etatis congruenciam con
suetudinis observanciam obs
mis pseveranciam. etc. describit
etatis quidem congruenciam quia
ihesus erat annorum xii. p q
insinuabatur q gra etc. ly pdicand
q ab ipso audiendum erat per
duodenarium aplorum nim conplet
unde amb. duodecimo anno dnice
sumitur disputacionis exordium
hic enim predicande fidei ewan
gelizandi nus debebatur 2o.
adiungit consuetudinis observa
ciam dicens ascendentibus illis
iherosolimam 2m consue. Congruum
quippe fuit ut puer ihesus qui
ppter nos minor angelis factus
erat id q p angelos ppauit leges
ad moysen de observacione solem
pnitatis paschalis et aliarum so
lempnitatum diligencius obs
varet. unde Beda in com. fecit
ergo ds inter homines homo natus
est q faciendum hominibus per
angelos impauit deus. Cognitur
igitur iter humane conversacio
nis. si divinitat gloriam delec
tamur intueri 3o subdit obs
vacionis pseveranciam dicens con
summatis qz diebus. Durabat
enim solempnitas diebus septem

quasi pseverare ergo illis diebus
in oracione et laudibus dei con
summare fuit. Deinde ponit
secundum scilicet sapienciam doctrina
lem que fuit admixta cum
observancia consuetudinis
dicens. Remansit puer ihus
in iherusalem. Ubi notandum
est q. quot opa xpus gessit
tot exempla doctrine et vite
pagende constituit. hic aut
quatuor opa per que quatuor
doctrinas insinuat. circa ipsum
et de ipso ponitur. nam se ab
sentat a parentibus non dicitur
requisitus inter cognatos
repitur in templo post triduum
sedet in medio doctorum audiens
et interrogans. Primo go
absentat se a parentibus.
Remansit inquit etc. puer
ihesus in iherusalem. Ubi
ad litterale ad doctrinale considera
dum est. litterale quidem quia
remansit in ihlem latenter
non enim cognoverunt pa
rentes eius. Evitans per
hoc q latenter remanet
ne parentes impedimentum
pstarent disputacionem pagende
cum legis peritis. si sacerent
ipsum remanere vel ne vi
deatur parentes contempnere
si nolentibus ipsum remanere
non obediret. unde Crisostomus
Remanet ergo clam. ne aut
retrahatur aut inobediens
iudicetur. Ad etiam doctrinale

ex eius absentacione insinua(tur)
ut videlicet eius exemplo
et si parentibus obedienciam
et reverenciam debeamus ab
ipsis tamen cum oportunitas op(er)is
divini se exhibet recedamus
ne impedimentum sit nobis
carnalis cognacio ad divina
p(er)tem quod dictum est abraham gen xii
cum tunc deputaretur divino
exi de terra tua et de cognacione
tua. Sed dubitabit aliquis
cum dei filius tanta parenti
cura nutritus potuit per obli
vionem relinqui maxime per
iter unius diei sicut evangelium
dicit. Existimantes illum esse
in comitatu venerunt iter
diei. Ad hoc dicendum est
quod duplex causa potuit esse huius
obmissionis una consuetudo
eundi et redeundi. eundo enim
redeundo femine seorsum et
viri seorsum incedebant ad
festa pueri autem ire po
terant cum utrisque. Ideo mater
potuit existimare quod esset cum
ioseph in comitatu virorum
Joseph autem quod esset cum matre
in comitatu mulierum. Secunda
causa potest reddi. potencia sup(er)
naturalis ihesus sicut enim quando luc iiii
insidiabantur ei iudei ut pa
pticerent eum de supercilio ci
vitatis. Transiens per medium
illorum ibat et non apparebat
sic et nunc remanere potuit
et prius esse et tamen eis non
apparere. Secundo non inventus
requisitus. unde evangelium. Ve
nerunt autem iter diei et re
quirebant eum inter cognatos
et notos et non invenientes
regressi sunt in iherusalem re
quirentes eum ubi et hora
et cognacio non inveniendi
xpm causa exprimitur. hora et
tempus quidem quia non statim
ut quitur invenitur quod divina
dispensacione fieri credendum
est ut non statim inventus
quanto quitur forcius desideretur
et forcius desideretur diligencius
inquiratur. Desideria enim dilata
crescunt in desiderando et crescunt
et inquirendo solliciciora redduntur
Cognacio vero est de impedimento
et ideo non invenitur inter
cognatos et notos. Insinuans
noticiam et cognacionem carna
lem non esse viam deveniendi
ad xpm. etiam sicut dicitur Jo
i. Dedit potestatem filios dei fieri
non hiis qui ex sanguinibus
nec ex voluntate carnis nec
ex voluntate viri sed hiis qui
ex deo nati sunt. 3o reperitur
in templo post triduum ubi
oportunitas temporis et congru
tas loci conveniunt invencioni
Oportunitas quidem temporis
quia post triduum. ubi advertendum
est quod aliqua cognicio quedam. dicitur dies dici eruntur viii
est. triplex autem cognicio est sicut
dicit augustinus xii. super Gen. ad
litteram scilicet sensualis qua res
sensibiles per corporeos sensus
percipiuntur. Secunda est ymaginaria
qua res absentes per species

carnem quasi p̄ntes intuemur
sicut nūc ymaginor Romam in
qua tamen non sum 3ª est intel
lectualis qua res incorporee ut
virtutes et sp̄us angelicos et
ipsum deum aliq̄ mo intuemur pᵒ
istam triplicem cognitōm quasi pᵒ
tres dies xp̄us ꝗ̄ritur quia mēs
humana transscendens ꝓibilia
ymaginabilia et intelligibilia
creata ac om̄ia ista ab uno ꝗ̄d
p̄nᵒ ēē cognoscens xp̄m repit
dicens In p̄ncipio erat verbum
et verbum erat apud deum de
quo subiungit om̄ia per ipsum
facta sunt Alio mō invenitur
pᵒ triduum quelibet etas quiddā
dies est quia habet suam dura
cōnem certam quemadmodum et
dies Fuit autem prima etas
nature condite 2ª natūe lapse
3ª nature sub lege ordinate Et
nec in prima nec in scūnda
nec in tercia xp̄us quesitus inueniᵣ
sed post 3am quasi post triduū
scʒ in die legis gracie Tercio
tangit congruitatem loci cum a
invenerunt eum in templo Non
enim deuit alibi xp̄m reperiri ꝗ̄
in templo in quo offerebantur
munera remittebantur delicta
recōalibant̄ ea que a deo sunt
aliena Cum iste puer futurus
eēt salutaris oblacio delictorum
remissio et mūdi reconciliacio
docuit etiam ipsum reperiri in
templo p̄ q̄ significabaᵣ ecclesia ca
tholica extra quam reperiri xp̄m
non est locus Unde Origenes

Non ubiq̄ invenerunt sed in
templo Et tu ergo quere ihm̄
in templo dei querere in eccla
misa ubi sermonem xp̄i atq̄
sapientiam i. filium dei reperies
2º sedet in meᵒ doctorum au
diens eos et interrogans Se
dens quidem significat dignitatem
magistrem quam habebat in meᵒ
insinuans equalitatem doctrine
et gracie q̄ dissimulabat Unde
Origenes Invenitur in medio
preceptorum sanctificans et eru
diens eos sed audit et interogāt
audit quidem tacentes insinuās
quid pueris cūivs sapientibᵒ
et eruditis conveniat silicet
pocius audire magros tacentes
ne pro reverencia accedat eis
bona gracia quam docere desi
derent in quo reprehenditur q̄d
vana puerorum ostentacio
Interogat autem non ut aliq̄
disceret sed ut prudenter inter
rogans magis doceat Unde
Jeronimus ad paulinum Duode
cim annos salvator implevat
in medio doctorum sedens
plus docet dum prudenter
interogat Et Orig. Magis
expresse interogabat autem nō
ut aliquid disceret sed ut int
rogatos erudiret Ex uno
quippe doctrine fonte manat
et interogare et sapienter
respondere Sʒ quoniam preter
solitum cursum nature est
duodecim annorum puerum

sapientie plenitudine resplendet
et si hoc subito appareat in
aliquo ingeritur stupor et ad
miracio in cordibus auditorum
sicut de christo subiungit. Stupe
bant autem omnes qui eum
audiebant super prudencia et
responsis eius et videntes
admirati sunt. Unde Beda
divina siquidem lingwa sapienciam
prodebat sed infirmitatem
etatis pretendebat humana
unde iudei inter alta que au
diunt et infirma que vident
dubia admiracione turbantur.
Nos autem nequaquam turbemur
scientes christum prophetam (ysa. ix) quod scriptum est parvulus
natus est nobis quod tamen per
manet deus fortis. Sequitur
secunda pars evangelii in qua ostenditur
veritas assumpte nature cum
sapientia eterna. Et primo ponitur
christi veritatem assumpte na
ture quam probat primo ex
vera mali condicione maternali
dicens Et dixit mater eius
ad illum fili quid fecisti nobis
mater quidem eius cuius
unigeniti filii dei de quo dicit
fili quid fecisti nobis sic. Secundo
probat hoc ex maternali affectione
cum adiungit. Ego et pater
tuus dolentes querebamus
te. Nam dei genitrix maternis
affecta visceribus quasi cum
lamentis inquisicionem studio
sam ostendit et fatetur fiducialiter
et humiliter et affectuose

[illegible]

requirendo interrogat. Sed queritur
quomodo potuit dolere que sciebat
ipsum esse verum dei filium et
omnis ratio dubitacionis de eius
perdicione vel morte debebat seu
debebat auferri. Ad hoc dicendum
est quod hic dolor potuit habere
multiplicem causam quarum
una potuit esse timor de absencia
filii non quod errasset et sic perisset
sed quod ille qui erat mecum relinquens
in terris ascendisset in celum
et hec est solucio Origenis in omelia.

Nota quod audiens ioseph quod ar
chelaus regnaret in iudea pro
herode patre suo timuit illo
ire et admonitus in sompnis
secessit in galileam in nazareth

Alia causa doloris potuit esse
ex recordacione precatorum recor
dabantur enim parentes quod herodes
eos puerum quesierat ad perdendum
et quod filius eius adhuc regnabat
et sic potuerunt timere parentes
ne incidisset in manus eorum
illorum qui querebant animam
pueri et hec est solucio glose.
Alia causa doloris potuit esse
vehemencia amoris. Videmus
enim naturaliter quod vehemens amor
non querit causam non investigat
racionem absencie rei quam amat
sed solum presenciam amati deside
rans cum anxietate querit quod
amat et si non invenit ex ab
sencia dolorem incurrit. Sic
ergo potuit esse ut parentes per
triduum puerum dilectum querentes
et non invenientes de absencia
dolerent et plus illa que plus
amabat. Secundo potuit christus
sapienciam eternalem per ihesu
quam templat manifestat. Ad

cuius evidenciam sciendum est
quod eterna sapientia in homine assumpto
habuit verbum correctivum er
rancium. Hiis obsequium reduc
tivum ad deum habuit sacramentum
ignotum hominibus. Et ideo ewangelista
volens etiam sapientiam in christo ostende
ponit primo prudenciam corri
gentis eloquium dicens. Et ait
ad illos. Quid est quod me que
rebatis. Et quasi dicat ad matrem
Vos putavis homo eram me perdi
tum querere debueratis. sed cum
sim verus deus me quasi perdi
tum querere non debuistis. Secundo
ponit utilitatem reducentis
obsequium dicens Nesciebatis quod
in hiis que patris mei sunt oportet
me esse. Patris celestis voluntas
erat ut incarnatus filius homines
reduceret ad statum gracie et
virtutis. In hoc ergo quod in hiis
que patris sui sunt se oportere
esse asserit, ostendit obsequium
quo mediante homo reducatur
in deum scilicet per doctrinam et
predicacionem. Tercio ponit laten
ciam occulti misterii dicens Et
ipsi non intellexerunt verbum
quod locutus est ad illos. quia
scilicet de sua divinitate loquebatur
vel quia hec dicens non intelli
gebatur utrum significaret
se debere deputari ad obsequia
templi vel ad ad alterius assu
sicut samuel in sua puericia
ad prophetie statum assumptus
est. Sequitur tria post eum hoc
in qua describit ewangelista hu
militatem obediencie cum
reverencia filiali. Circa quod
introducit primo humilem
christi obedienciam. 2o filialem
reverenciam. 3o virginalem
diligenciam. 4o virtualem
efficaciam. Humilem quidem
obedienciam. Et cum descendit
cum eis et venit in nazareth.
Filialem vero reverenciam quia
erat subditus illis. Et quoniam
hec magnalia non debuerunt
sic fieri ut per oblivionem
eorum memoria non transiret
ad posteros. Ideo subiungit
ewangelista virginis diligenciam
Et mater eius conservabat
omnia verba hec conferens
in corde suo. nisi enim ea
conservasset nos ea nescire
mus. Postremo quia christus
assumpsit naturam humanam
non cum defectibus culpabi
libus vel penalibus. sed cum
condicionibus naturalibus
volens ewangelista veritatem as
sumpte nature declarare.
quia satis probaverat eam
supra describit condiciones
aliquas in ipsa repertas in quibus patet
virtualis efficacia dicens. Et
Ihesus proficiebat etate
et sapientia et gracia apud
deum et homines. Apud deum
quippe proficiebat non.

quidem q gracia uel sapiencia
amplior fuit in illo nunc q
prius cum ab instanti concep
cionis sue huius plenitudinem
gracie et sapientie sed tunc q
in eo erat diuinum erat. Ideo
apud deum in tantum dicitur
profecisse in quantum quasi proficiens
in gracia et sapientia apparebat
Apud homines autem profici
bat sapiencia et gracia cum
eius sapiencia et gracia amplius
per successiones temporum
per opera manifestabat hominibus
Vnde Gregorius Nazazenus dicit
autem secundum humanitatem
profice non q ipsa sursapiat
augmentum que ab inicio
fuit perfecta sed ex eo q
paulatim manifestabatur
Quantum autem ad eta
tem proficiebat secundum qualita
tem in corpore q promoue
batur ad statum virilem.
secundum consuetudinem human
incrementi. Sed quia dubitatur
xpus aliquid profecerit in
cognoscendo quo ad actum
sapientie in quantum homo. Ad
hoc dicendum est q duplex
est cognicio. scilicet simplicis no
ticie, non proficit anima xpi
in cognicione quo ad numerum
cognitorum quia tot sciuit
ab instanti concepcionis sue

^ et experien cie. quam ad cognicionem simplicis noticie.

que scit modo et eadem sciuit
que scit modo cum esset plenissime
comprehensor et anima eius vbo
vnita. Quantum autem ad cognicionem
experiencie profecit in cognos
cendo quia expertus fuit vtilitatem
aliquarum rerum quas non
cognouerat experiendo sicut obe
dienciam et passionem et hoc
est q dicit apostolus ad Heb v Et
quidem cum esset filius dei di
dicit ex hiis que passus est
obedienciam. Exemplum autem
huius est hoc scio ignem esse
calidum. sed si non tetigi eum non
cognosco per experienciam calidi
tatem eius quem si tangam
proficiam in cognicione quia
quod sciebam vno modo ~~sciebam~~ scilicet
per simplicem cognicionem scio
modo per experienciam. Et hoc
est q consueuit dici. quia
xpus in cognicione non profecit
quantum ad numerum cognitorum
sed tantum quantum ad modum
cognoscendi.

Nupcie facte sunt in
Chana galylee etc. Io
2o In ordine rerum que ab
alio producuntur tria consueuit
videmus seruari. Primo ipsam
productionem rerum ad esse
2o conseruacionem rerum cum
conseruatarum productarum
et creatarum suie officium
et actum q per efficacem eius

producta. pertinet autem ad bonum
et sapientem actorem sic admi
nistrare res quas condidit in terminis
predictis ut confirmet et approbet
quod in eis institutum fuit. reparet
quod in illis depravatum extitit. Cum
igitur actor humane nature
in prima creacione eius aliquid
plantaverat aliquid instituerat et
aliquid reliquerat ei pro perfectione
acquirendum. Decens fuit conveniens
ut quod de hiis bonum perseverabat
confirmaret quod autem depravatum
fuerat restauraret. Instituerat
quidem copulam coniugalem Gen.
2o. propter quod relinquet homo patrem
et matrem. scilicet et erunt duo in
carne una. Secundo plantaverat et
condiderat in homine ymaginem
imperialem ibidem faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem
nostram. 3o reliquerat in eo ex
ercicium operis per aptitudinem naturalem
Unde sicut dicitur Eccli. xv.
Deus ab inicio constituit hominem
et reliquit eum in manu consi
lii sui. Econtrario quia primum scilicet
copula coniugalis fuit contami
nata. 2m videlicet ymago imperialis
fuit deformata. 3m videlicet
consuetudo exercicii virtualis
fuit depravata. hinc est quod repara
tor humani generis primum quod fu
erat contaminatum approbavit. 2m
quod erat deformatum reformavit
3m tamen quod erat depravatum
reparavit. Et hec tria in presenti ewangelio
intellectu spiritualiter per ordinem

describuntur In quo auditur
primo approbacio sacramenti con
iugalis Nupcie facte sunt in
Chana. 2o reparacio ymaginis
imperialis. Et deficiente 3o re
formacio aptitudinis naturalis.
Et dicit eis ihesus. haurite
3o ex hiis manifestacio operis
inicialis hoc fecit inicium signo
rum. Primo igitur describit
ewangelista approbacionem sacramenti
coniugalis. ubi presciendum est
quod in hoc sacramento sicut habetur
ab augustino Tria bona considerari
oportet scilicet prolem. fidem et
sacramentum proles quidem.
multiplicanda ad divinum honorem
et cultum. Fides autem conser
vanda in utroque coniuge. Et
per hoc quedam puritas et caritas
indivisibilis amborum. Sed
sacramentum ad significandam
unitatem Christi et ecclesie divine
et humane nature in unitate
persone atque unitatem dei et
fidelis anime. hec autem tria
bona insinuantur in tribus
que ewangelista audit in prima
parte ewangelii ad istas nupcias
convenisse. Audit enim conve
nisse Primo congruenciam loca
lem. quia Nupcie facte sunt
in Chana galilee. 2o prudenciam
virginalem. quia erat mater
ihesu ibi. 3o providenciam
virginalem. quia vocatus est
ihesus et discipuli. Audit
ergo primo congruenciam loca
lem que significat primum bonum

matrimonialis sacramenti quando
dicit Nupcie facte sunt in Cha-
nan Galilee. Chana nempe zelus
interpretatur. Galylea autem trans-
migracio. illorum igitur nupcie
modo debito celebrantur qui
zelo et amore eterne vite sic
coniunguntur ut ipsis mediati-
bus intendant filios parere
qui una cum ipsis ad vitam trans-
migrent eternam. ita quod per ipsos
impleri possit numerus electorum
Ad hoc enim principaliter fuit
coniugium institutum ut ex
ipso filii procreantur propter quod hic
dicit viii. Ethicorum Et coniunctio
matrimonialis est causa filiorum
qui filii sunt commune bonum
propter quod et cicius steriles
dissolvuntur sed cum non ad quelibet
finem sed ad finem eterne vite
debet esse intencio prolis ge-
nerande. Idem hic dicit angelus
ad Thobiam vi. c. Accipies
virginem cum timore dei amore
filiorum magis quam libidinis
ductus. ut in semine abrahe
hoc est in Christo benedictionem
in filiis consequaris. Hec enim
est tota principalis racio cur ille
nupcie commendantur et a
sanctis medium per modum
consilii predicantur scilicet procrea-
cio filiorum ad dei honorem
et reverenciam generandorum propter
quod dicebat apostolus i. Thi. v. Volo
iuniores nubere filios procreare
quod quidem est salubre consilium
non preceptum. Deinde cum

dicit. Et erat mater ihesu ibi
ostendit puritatem virginalem per quam
insinuatur tercium bonum coniugii scilicet
fides. ut intelligamus quod sicut ipsa
fuit simul mater et virgo ita debent
coniugati proli generande intendere
quod tamen conservent fidem et pu-
diciciam coniugalem sic ament
filios producere quod puritati mutue
dileccionis et fidei inviolabilis
studium non amittant. Ita enim
scribit apostolus. adolescentulas
coniuges admonendas Tit. ii.
Tu autem loquere que decet
sanam doctrinam. adolescentulas
ut viros suos ament. filios di-
ligant. prudentes. castas. sobrias
domus. curam habentes. benig-
nas subditas viris suis ut non
blasphemetur verbum dei. Et
attende qualiter convenit huic
pudicicie fidei conservande puritas
matris Christi. In primis quidem nupciis
eius infuit. Mater quidem prime
corrupcionis propter transgressionis.
prime oblivionis. prime destitu-
cionis. hic autem et in istis nup-
ciis infuit virgo mater casta.
Mater quidem pudicicie contra
primam corrupcionem. Mater re-
verencie et obediencie contra primam
transgressionem. Mater intelli-
gencie contra primam oblivionem
Mater misericordie contra primam
destitucionem propter quod bene intel-
ligitur de ipsa in Eccli. xxiiii. Ego
mater pulchre dileccionis. Est
pulchritudo amabilis pudicicie
et timoris. Est reverencia.

obediencie et actionis. Tercio cla
ritas intelligencie et sancte spe
tercie benignitas nostre. Deinde ac
dicit. vocatus est autem ihesus
etc. Ostendit presidenciam magistralem
per quam insinuatur sacramentum
quod est tamen coniugii bonum. Circa
quod advertendum est quod xpistus sponsus
est sicut dicitur Jo. iii. Qui habet
sponsam sponsus est. Filii autem
huius sponsi fuerunt apostoli ut
dicitur Mt. ix. Non possunt filii
sponsi ieiunare quamdiu cum illis
est sponsus. Voluit igitur ipse
xpistus cum discipulis suis interesse
corporalibus nupciis ut per ipsas signi
ficari spirituales nupcias insinuaret
Possumus autem dicere quod istis
nupciis interesse voluit propter sacra
mentum propter exemplum et propter
argumentum. Primo propter sac
ramentum scilicet ut manifestaretur
quod in coniunctione nupciali significatur
coniunctio xpisti et ecclesie propter quod dicit
apostolus Ephe. v. loquens de uni
tate coniugii. Sacramentum
hoc magnum est. Ego autem
dico in xpisto et ecclesia hoc est
inter xpistum et ecclesiam. Ad hoc
igitur coniunctionem significandam
voluit xpistus nupciis interesse.
Unde aug. super Johannem. Quid
autem mirum si in illam domum
ad nupcias venit. Qui in hunc
mundum ad nupcias venit. habet
enim hic sponsam quam redemit
sanguine suo. Et cui pignus
dedit spiritum sanctum. Alio etiam
modo nupciales sunt tamen

sacramenti. quia sunt signum
sacre rei scilicet unionis divine
nature et humane in unitate
suppositi. ad hanc etiam unionem
insinuandam xpistus voluit nup
ciis interesse. unde idem aug. ibidem
verbum enim est sponsus et
sponsa caro humana et utrumque
unus filius dei et idem filius
hominis Ille uterus virginis
marie eius thalamus est
unde processit tanquam sponsus
de thalamo suo. Alio etiam
modo matrimonium est sacramentum quia signat
sacramentum unionem que est
per caritatem inter animam et
deum de qua dictum est i Cor.
vi. Qui adheret deo unus spiritus
est etc. huius unitatis vinculum
est caritas tanquam medium quod
non debet aliquo modo dissolvi
Secundo voluit interesse nupciis
propter exemplum scilicet humi
litatis nobis dandum ut non
dedignetur homo esse interesse
honestis actibus aliorum homi
numque minorum scilicet secundum
seculi dignitatem. quia dominus
interesse dignatus est nupciis
servorum suorum. Et ideo dicit
aug. de verbis domini. Erubescat
homo esse superbus quando factus
est humilis deus. Certe inter
cetera filius dei venit ad nup
cias. Qui cum apud patrem
esset instituit nupcias. Tercio voluit
interesse nupciis propter argumentum
scilicet ut ex hoc possent fideles
arguere nupcias non esse malas

sed bonas. Preuidebat enim
xpus illos hereticos futuros de
quibus dicit apostolus i thi. iiii
Spiritus autem manifeste dicit
quoniam in nouissimis diebus
discedent quidam a fide attendentes spiritibus
erroris et doctrinis demoniorum
in ypocrisi loquencium mendacium
et cauteriatam habencium conscientiam
prohibencium nubere et abstinere
a cibis etc. Huic igitur errori
pestifero saluator occurrens
voluit nupcijs interesse. Nam
triplicem ec̄ statum continenciae
sanxit scilicet virginalem vidualem
et matrimonialem. Quos xpus
approbans et bonos esse demonstrans
voluit nasci de virgine laudari
a vidua scilicet ab anna prophetissa
et nupcijs interesse. Et hoc est
quod dicit Beda Quod venire
ad nupcias dignatus est 2m
lrām fidem recte credencium
confirmat porro Taciani et
Marchionis ceterorumque qui
nupcijs detrahunt perfidia quam
sit dampnabilis insinuat.
Si enim thoro inmaculato et
nupcijs debita castitate cele
bratis culpa inesset nequaquam
dominus ad has venire voluisset.
Nunc autem quia bona est
castitas coniugalis. melior conti
nencia vidualis. optima perfectio
virginalis. ad probandum
omnium electionem graduum discer
nendum tamen meritum singu
lorum. ex intemerato Marie
virginis utero. nasci dignatus
est a prophetico anne vidue ore

mox natus benedicitur. a nupcia
rum celebratoribus iam iuuenis
inuitatus has presencia sue virtutis
honorat. Sequitur 2a pars principalis
Et deficiente vino etc. In qua
describitur reformacio ymaginis
nupcialis. Ubi sciendum est
quod secundum augustinum in hench. vicium et
peccatum non est nisi quidam defectus
alicuius rectitudinis que homini
debet inesse. Et iste defectus
multociens oritur ex hoc quod in
homine pars inferior non regitur
secundum dictamen recte racionis
nec eo regitur secundum regulam
amoris debiti tam ad proximum
quam ad deum. Defectus autem istius
amoris debentis homini adesse
significatus est per defectum
vini in nupcijs et eius supple
mentum insinuatur per hoc
quod saluator aquam conuertens
in vinum suppleuit defectum
in conuiuio et nupcijs inuitatis
Ad huius tamen partis intel
ligenciam clariorem aduertendum
est quod istius defectus reparacio
habuit intercessorem instructorem
et reparatorem. Intercessor mouebatur
ex pietate instructor ex sedulitate
sed reparator agebat ex potestate
Et hec tria euangelista per ordinem
describens. Primo manifestat
intercedentis pietatem. Et defi
ciente vino. Secundo instruentis
sedulitatem ubi dicit mater
eius ministris. Quodcumque etc.
3o reparatoris potestatem ibi dic-

eis ihesus. Impleta ydrias etc. tam ad primum. Ubi describitur pie
tas intercedentis notandum est
q postulare auxilium indigentibus
prouenit ex pietate. ferre autem
hoc auxilium ultra modum
cursumque nature conuenit xpo
ex deitate. Sed expectare debitam
oportunitatem insinuat temporis
congruitatem et hec tria per
ordinem cum ymo declarans dicit
Primo id q habet ortum
ex pietate dicens. Et deficiente
vino dicit mater eius ad eum
v. n. h. Compassa est enim pia
virgo verecundie illorum a quibus
fuerat invitata Nescit enim
ipsa mater verecundie misericordie
oblivisci pietatis in necessitatibus
miserorum. Si autem compassa
est illorum verecundie a quibus
fuerat pro transitoriis nup
tiis invitata quanto amplius
compacietur nobis si pie fuit
invocata ait enim B' in sermone
huius domine. placent illi nup
tie nostre scilicet quibus coniungi
mur xpo sponso. et pertinent
ad eam multo amplius illis.
de cuius utero tamquam de thalamo
suo celestis sponsus processit
Secundo cum dicit. Dicit
ei ihesus. Quid michi et tibi est
mulier. Ostendit illud q habet
conuenire xpo. ex deitate. Ubi
aduertendum est q in xpo fuit
duplex natura diuina scilicet
et humana. per diuinam namque

que communis est sibi et patri
conuenit cum patre per humanam
autem quam traxit de virgine
conuenit cum matre. Dic igitur
sibi et matri erat conuenientia
penes naturam humanam.
Et quoniam virtute istius
nature non conueniebat xpo
supernaturalis operacio qua subito
aquam mutaret in vinum
ideo dicit. Quid michi et tibi
est mulier ac si dicat michi
et tibi in quantum es mu
lier et pars humani generis scilicet
natura humana communis est
cuius virtute non possum
operari q insinuas scilicet q con
uertendo aquam in vinum sup
pleam defectum vini. hoc
enim possum virtute solius
diuinitatis quam a patre non
a te nascendo recepi. Et
hoc est q dicit augustinus
super Jo. dominus noster Ihesus q deus
erat matrem non habebat
sed secundum q homo erat
miraculum autem q facturus
erat secundum deitatem facturus
erat non secundum infirmitatem
humanam. miraculum autem
exigebat mater at ille
tamquam non agnoscens
viscera humana operaturus
facta diuina dixit. Quid
michi et tibi est mulier
tamquam dicat. q in me facit
miraculum tu non genuisti
imo accepi eam a patre

sed divinitatem meam. De-
inde cum adiungit Nondum
venit hora mea. Ostendit
quod opus miraculorum expectare
debuit temporis oportunitatem
Tempus autem optimum ad fiendum
signum in quo patet humana infirmitas
quam traxit de virgine. fuit
tempus passionis. Et ideo illud
tempus expectari debuit ad dandum
signum Jone prophete. quia sicut
fuit Jonas in ventre ceti tribus
diebus et tribus noctibus.
ita erit filius hominis etc. Ecce
signum infirmitatis humane
que per mortem fuit in corde terre
i. in sepulchro tribus diebus
et tribus noctibus quando eum
dari debuit hoc signum non
recusavit sed recognovit hanc
mortem. Stabat enim iuxta crucem
Jhesu mater eius Jo. xix. cui
non dixit Quid michi et tibi
mulier sicut nunc dicit sed potius
ait Mulier ecce filius tuus.
Aliter autem potest intelligi-
cum Christum oportunitas temporis
in hoc verbo Nondum venit
hora mea ut sit hora illa que
que erit oportuna ut suppleat
defectum vini nondum venit
quia nondum iste defectus est
cognitus ab illis qui et sup-
plemento indigent ad corporis
necessitatem et miraculo ad integram
fidelitatem. expectare igitur
debes ut ab ipsis cognoscatur
defectus. quibus valet mani-
festetur mee virtutis efficacia
vide. Christus Ab hiis enim qui

indigebant cognosci oportebat
non a matre. Voluit enim ante
quia omnia decenti tempora opera-
ri non simul omnia faciens. Et
ideo sequitur Nondum venit hora
mea. i. nondum sum cognitus hiis
qui assunt. sed nec sciunt quod
deficiat vinum sine eos prius hoc
sentire. Eam enim necessitatem
non presensit nec beneficium
grande suscepit sensum. Deinde
cum additur dicit mater eius
ministris etc. describit ministrorum
securitatem. Circa quam primo
auditur securitas ex parte principis
Secunda dicit mater eius ministris Quod-
cumque dixerit vobis facite. Sciebat
enim mater filii pietatem. et
animi securitate confisa dicit
ministris verba predicta. ac si dicat
rem videtis. Quamvis. negata
videatur se facturum quod postu-
lare intendo. tamen scio ipsum
misericordem et pium. nec ad plus
obmittet supplere vini defectum
propter quod facite quecumque preceperit
Aliter etiam potest declarari se-
curitas matris. Sapiens ministris
Quamvis enim sciret quod nondum
venisset hora. filii ad manifes-
tandum se filium mulieris per
passionem. tamen erat iam hora
manifestandi se dei filium per
miraculorum operationem propter quod
confidenter precepit mater dicens
Quodcumque dixerit vobis facite
Opus enim sancto eidem virgini
suggerente quod ideo dispensatione
factum erat ut ubi vinum deficeret
ibi consueuit vini copia adesse
scilicet in nupciis. quibus Christus presens

rubrum vna defectum mirabiliter
supplet ac sic maiestas eius diui
nitatis ab hominibus intelligi videtur
dicit Crisostomus super Iohannem etc. Secundo
auditur capacitas ex parte reci
pientis cum dicitur. Erant autem
ibi lapidee ydrie sex posite secundum
purificacionem iudeorum capi
entes singule metretas binas
vel ternas. Secundum litteralem sensum
iudei consueuerunt frequenter
lauare se ante cibum suum
propter quod in nupciis habebant va
sa aquatica que dicebantur ydrie
ab ydor quod est aqua propter quod dicit
euangelista quod ibi erant lapidee ydrie
vi posite secundum ritum quem
habent iudei ad purificacionem
faciendam. Iste autem ydrie
erant capacitatis determinate quia
singule capiebant mensuras que
vocantur metrete binas vel
ternas. Deinde cum subditur dicit
eis Ihesus. Implete ydrias aqua
describit reparacionis potestatem.
Vbi auditur primo imperium sa
piencis. Cum dicit eis Ihesus
Implete ydrias aqua. Secundo auditur
promptitudo obsequentis cum additur
Et impleuerunt eas usque ad
summum. Sed quoniam dicebatur
quod hic auditur reparacio ymaginis
nupcialis. Et hoc non est sensum
supinus in litterali exposicione Pro
cedo ad misticum intellectum
conuertendum esse videtur. Vbi
notandum est quod ab inicio perdicionis
humane semper fuit aliquis qui
eius reparacionem desiderans
ipsam reparacionem videtur modo

aliquo postulare. In qua postu
lacione ipse postulans quasi
mater dici potest qui generi humano
cristum dominum parturiret. Deficiente
autem vino id est deficiente amore
naturalis rectitudinis in nupciis
id est in societate nature humane
parentum depravata dicit Af
fectus desideriosus reparacionis
humane. Vinum non habent quod
amore debite dilectionis vel
rectitudine iusticie originalis
carent. Sed quia sub nullius
nutu continebatur res humane
saluacionis et reparacionis. Ideo
a deo conuenienter videtur
desideriis orature. Quid michi
et tibi est mulier. hoc est
quid michi et toto humano
generi est commune. unde debeam
eius relevare defectus. verum
quoniam hoc quidem facturus erat
deus sed tamen in plenitudine
temporis prefiniti. hinc est quod
adiungitur. Nondum venit hora
mea vel hora ista illa fuit
in qua Cristus manifeste se
ostendit hominem carnem ex natura humana
susceptam quando similem matri
nit hominibus recognoscens dixit
aquiliter Ecce filius tuus Io.
xix. Et hoc est quod dicit Augustinus
Nondum venit hora mea quasi
dicat ibi te agnoscam cum
pendere in cruce infirmitas
cepit cuius mater es. Sed quoniam
inter omnia que disponunt
hominem ad promerendam dei
graciam est integra et perfecta
obediencia dicente samuele

ad Saul. i R xv. Melior est obedientia quam victime etc. Et aug. de ope monachorum. Citius exauditur una obediens oratio quam x milia contemptoris. Pro subiungitur obediencie documentum quam in omni statu deus ab homine requisivit. Et namque vobis dixit facere. hoc autem dicit me ministris quia hic suasit semper innocencia et humilitas hys qui iusta fuerunt humani generis gubernandi. scilicet preceptum obiam in ipsis conditoris. ut sicut per inobedienciam fuit defectus culpe consecutus. ita per obedienciam eius reparacio consisteret. Sed attendas statum humani generis secundum diversa tempora et etates. extima erant ibi lapidee ydrie sex. po. s. pu. iu. ca. sin. me. bi- vel ternas. hee sex ydrie. sex mundi etates significant in quarum nulla gratia dei defuit hys qui quesierunt facere domini voluntatem. sed. sunt ydrie lapidee propter fortitudinem aliquorum in qualibet etate electorum qui fundati super petram i. christum venturum vasa erant ad graciam recipiendam disposita. sed posita erant secundum purificacionem iudeorum quia in mundo isti fuerant subditi institutis divinis. ex quibus institutis. unde acceperunt ritum sue purificacionis. sed capiebant singule metretas binas vel ternas quia in qualibet

etate mensura vivendi fuit prima caritas. scilicet dei amor et proximi et veritatis fides illibata. qualiter autem in qualibet predictarum etatum fuit aqua que conversa potuit in vinum ad reformacionem ymaginis deformate sciri potest ex hys que ponuntur in glo. sumpta ab aug. super Iohannem in qua dicitur. Ecce prima etas fuit ab adam usque ad Noe in qua abel a fratre occiditur et hic penam ille laudem accepit. In hoc si quis innocenciam abel sequitur et maliciam chaym fugit aquam abluentem et reficientem bibit. Si quis vero in eodem christum a iudeis occisum intelligit de aqua vinum bibit. sic in alys omnibus huius etatis. In secunda vero Noe propter iusticiam in archa salvatur mundus diluvio perit. Si quis hoc exemplo a vicys se corrigit aquam salutarem bibit. Si in archa ecclesiam que cuncta animalia. i. omnes gentes recepit. in aqua baptismi intelligit vinum bibit. In tercia Abraham obediens pro filio offert arietem. qui hunc discit obedienciam aquam bibit de tercia ydria. Si vero in ysaac divinitatem. In ariete autem christi carnem intelligit vinum bibit. In quarta David humilis in regnum proficit a quo Saul superbus deicitur in quo si quis discit humiliari et superbiam fugit. aquam vitalem bibit de ydria quarta. Si quis vero per hoc christum intelligit

pter humilitatem regnare sup
omnem creaturam iuxta sinam
apli Php. 2. humiliavit semet
ipsum factus obediens usque ad
mortem. 2o vinum ex aqua bibit
factum bibit. In tercia populus
peccans captivus adducitur sed
ad vinum conversus ad pristinam revo
catur. In hoc si quis intelligit
peccatum hominem sub dyaboli
ptate captivitate teneri et per
penitenciam ad ecclesiam revocari
aquam de quarta ydria bibit. Qui
vero de captivitate peccati pplm
p xpm liberati intelligit et
ad pristinum paradisi perductum
intelligit iuxta illud pste. Asc
cendens in altum captivam duxit
captivitatem. vinum bibit. In sexta
xpus crucifigitur et assendens
ad templum adducitur in quo si
quis sacramentis fidei dictat sub
ia aquam vinum bibit de ydria
sexta. Qui vero in octava depo
sicionem tocius mortalitatis
intelligit et ad templum eterne
beatitudinis reducit iustos cogitat
vinum bibit. Iubentur ergo ydrie
impleri aqua et a ministris.
implentur usque ad summum quando
de prestancia in qualibet eta
te exempla vite et figure futu
ritatis sufficienter recepte sunt.
Sequitur 3a ps pncipalis. Et dicit
eis ihesus. haurite nunc et cet.
In qua describitur reformacio
aptitudinis vitalis per monachi
consuetudinis depravate et hec
in conversione aque in vinum. Circa
quam primo introducitur preceptum

xpi eligentis examinatorem
in pmo. 2o Complementum.
operis mediis approbatorem. ut
autem gustavit. Preceptum
autem xpi eligentis examina
torem est tale postquam ydrie
implete fuerunt aqua statim
conversa est in vinum. quo facto
dixit eis ihesus scilicet ministris
haurite nunc et ferte archi
triclino. Elegit autem xpus
opus suum examinari per illum
qui toti convivio preerat et non
per ministros. ne dici posset quod
ex diversitate aliquorum per
gustatorum ab eis vel fallia
tudine ministrandi decepti fuis
sent. Similiter nec per sponsum
sponsum ne dici posset ex eius
aviditate impaciam ut et
attencione ad ministrandi vel ex
verecundia vini deficientis pas
sionem aliquam passus deceptus
esset igitur per architriclinum
examinari voluit ut eius
iudicio firmius crederetur. Est
autem architriclinus princeps
triclinii. Triclinium autem se
cundum in hystoriis est ordo
trium mensarum. Vel ut
alias est ordo trium lectorum
clinen enim in greco sonat
lectum. Et forte uterque sensus
est bonus. Nam antiqui in
conviviis solempnibus sicut in
nupciis solebant comedere
in lectis ordinatis mensalibus
in eis et sic tres ordines
mensarum vel lectis separatis

vocabatur triclinium. Princeps
autem tocius tricliny vocabatur archi
triclinus. Ad hunc autem pertine
bat disposicio et ordo convivii
celebrandi. Et forte talis apud
iudeos erat aliquis sacerdos vel
peritus in lege qui imperiis
interat. ad hoc ut celebraretur
convivium ritum et ordinem legis divine.
Deinde cum dicit. Ut autem
gustavit etc. describit complacenciam
cum christus meritis approbatorem
in quo manifestatur primo quod pro
banus ignorat originem. 2o quod
allegat consuetudinem. ibi vocat
sponsum etc. 3o quod exprimit sin
gularem bonitatem ibi. Tu
autem servasti bonum vinum
etc. Primo igitur ostenditur
quod probanus ignorat facti origi
nem dicens Ut autem gustavit
architriclinus aquam vinum factam
et nesciebat. Ministri autem
sciebant scilicet originem. quia
erat conversio facta virtute christi
ad cuius imperium hauserant
aquam. Et sic origo non erat
ex usitato cursu nature produ
cta sed ex potestate christi creaturas
transmutantis. Secundo ostenditur quomodo
iste transmutationis approbator
allegat consuetudinem. quia
gustato vino. Vocat sponsum
architriclinus et ait Omnis homo
primum bonum vinum ponit et cum inebriati fu
erint, id est saciati tunc apponit supra
id quod deterius etc. 3o exprimit
bonitatem cum singularitate
dicens Tu autem servasti

bonum vinum usque adhuc. hoc est
quasi usque ad finem. Et bene
dicit bonum vinum. Quia ait Crisostomus
veri simile est quod istud vinum
fuit optimum eo quod christi miracula
talia sunt quod hiis que fiunt per
naturam speciosiora sunt. Sicut
ergo sanans infirmos talem eis
sanitatem conferebat qualem
non potuisset aliqua medicina
conferre. ita convertens aquam in
vinum tale vinum effecit quale
natura facere non potuisset.
Spiritualiter autem sciendum
est quod in convivio in quo christus
opus suum exhibuit bene deficit
vinum provocatum ab homine
quia in hiis qui volunt christo
convivere. debet mundi delectacio
terminari. In eodem etiam convivio
optime dicitur. Omnis homo
primum bonum vinum ponit etc. Quia tam
mundus quam caro quam etiam dyabolus
qui nominantur inimici hominis. Mt. x.
Primo apponit et pendit delec
tabilia que alliciunt hominem
ad desiderandum. et cum inebriati
fuerint hii qui eis intendunt
tunc apponitur id quod deterius est
scilicet tribulacio et supplicium
christus autem econverso hiis qui
adherent sibi primo tribulaciones
et asperitatem apponit iuxta
illud ii. Thi. iii. Omnes qui
volunt pie vivere in christo tri
bulaciones paciuntur. postremo
autem gaudio et consolacione
replebuntur iuxta illud Jo. xvi

Plorabitis et flebitis m°. Et
infra. sed tristicia vestra vertet
in gaudium. Et illud Ro. viij
Non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram glam
que revelabitur in nobis. Et
illud heb. xij. Omnis disciplina
in pnti non est gaudij sed
merorum aut pacatissimum
iusticie reddet per eam exerc
in futurum. De solo igitur xpo
convenienter et singulariter
est dictum. Tu autem servasti
bonum vinum usque adhuc quia
ille est de quo tantum dicitur
in ps°. Non est qui faciat bonum
non est usque ad unum a. n.
unus .2. et vij. virum de mille
unum xpi. Sequitur ultima
pars pncipalis. hoc fecit inicium
signorum etc. In qua describitur
manifestacio opis miraculosi xpi
quam ordinatur. Primo inchoacio
opis. hoc fecit inicium signorum
2° declaracio auctoris. Et ma
nifestavit. 3° illuminacio inspectoris
Et crediderunt etc. Primo
ordit auctor inchoacionem opis
xpi dicens. hoc fecit inicium
signorum ihesus in Chana
Gallylee. Ubi adtendendum quod
inicium signorum id fuit quod aliqui
sed hoc fuit conversio aque
in vinum et sic a conversione
incepit opus xpi ut insinuet
quod tota eius vita spacio 3 doctrina

ordinabatur ad conversionem
hominum. ut a nativitate vani
tate ad veritatem a viciis
ad virtutes. et a mundo con
vertentur ad deum. Iterum
hec conversio facta est in chana
gallylee ut insinuetur quod
finis totius conversionis
humane ad veritatem. ad
virtutes et ad deum debet
esse cum rectitudine zeli et
amoris ad proximum et ad deum
sic enim interpretatur Chana .i.
zelus ut dictum est supra
et etiam additur gallylee
que interpretatur rota. seu trans
migracio ut insinuetur quod
zelus iste debet operari affec
cionem transmigrandi ad
celum ut de rota et volubi
litate pntis vite homo pve
niat ad eternam. Deinde
cum dicit. Et manifestavit
gloriam suam. ordit decla
racionem auctoris. Ubi notandum
est quod natura humana in
xpo ita est ordinata ad
gloriam quod tamen ipsam excedit
supra perfeccionem creature
Nulla autem talis res propie
dici potest gloria Natura autem
divina xpi cum sit abyssus
perfeccionum potest dici propissime
gloria. ad heb. j. Cum enim
sit splendor glorie etc. Erat
igitur conversio aque in
vinum eo modo quo fecit eam

xpus in nupcijs . non potuit
ee nisi ex virtute deitatis late
tis . que tunc ex illo opere
monstrabatur . Ideo bene dicitur
est . Et manifestauit gloriam
suam . i . deitatem quam habet
a patre non humanitatem
quam accepit a matre . 2m enim
istum ad nupcias fuerat inuitatus
sed secundum illam miraculum
est operatus . Deinde cum dicitur
Et crediderunt in eum disci
puli eius . Ondit illuminacionem
siue confirmacionem spectato
ris . scilicet cetus aplici . quia scilicet
discipuli qui prius xpo adhe
bant per quandam familiarem
conuersacionem et per fidem
simplicem . viso miraculo
quod a sola diuinitate fieri potuit
crediderunt in eum . i . in eius
deitatem cognoscentes ex
hoc quod ipse erat deus verus
Sed dubitabitur ab alio si
tunc primo crediderunt in eum
quia dictum est quod erant dis
cipuli eius . Ad hoc videtur
augustinus quod hoc dictum est illo
modo locucionis quo dicimus
aplum paulum natum tharso
ciliciae neque iam tunc erat
aplus quando natus est in
tharso . ita discipulos xpi
inuitatos ad nupcias cum
audimus non iam discipulos
intelligere debemus . sed qui
futuri erant discipuli sic

ergo per anticipacionem vocati sunt
hic discipuli . Posset eciam dici
quod erant discipuli xpi ~~quando fu
erunt discipuli xpi~~ quando erant
vocati et hoc per quandam familia
rem adhesionem sequentes ipsum
modo discipulorum . tamen non
cognoscebant in eo virtutem
diuinitatis . viso autem hoc mira
culo habuerunt fidem de deitate
ipsius . Et ideo dicit ewangelista . Credi
derunt in eum . Et cum hoc fu
erunt firmati in proposito perseue
randi in discipulatu . Ideo addit
discipuli eius . scilicet prius aliquo modo
discipuli sed tunc perfecte facti
discipuli . Collacio . Nupcie facte
sunt in Chana gallylee et erat
mater ihesu ibi . In quibus verbis
ewangelista describit hanc perfeccionem
etc . Primo quantum ad vnitatem
amorum in federe nupciali Nupcie
facte sunt . 2o caritatem cordium
in zelo fraternali . ibi in Chana
gallylee . 3o puritatem mentium
in consorcio virginali . ibi . Et
erat mater ihesu ibi . De primo
dictum est hester 2o . De rege
assuero quod iussit preparari con
uiuium per magnificum pro cunctis
et nupcijs hester . De 2o psalmus . zelus
domus tue etc . Chana enim interpretatur zelus
De 3o actuum . i . Omnes erant perse
uerantes in oracione cum mulieribus
et maria matre ihesu . Circa
ad primum sciendum est quod sunt
nupcie ad naturam consumandam tobias
ix . sed et cum timore dei nup
ciarum conuiuium celebratur
hys xpus interfuit . 2o ad naturam
spandam (?) 47o xxx . Simile est

regnum celorum homini regi qui
fecit nupcias filio suo. horum
xpus sponsus est. 3o ad nupcias
glorificandam apoc. xix Beati
qui ad cenam nupciarum agni
vocati sunt horum xpus. Dns
requiritur. Quantum ad 2m sciendum
est quod per Chanam galylee intelligitur
zelus dileccionis fraterne in quo
homo debet libenter commorari
ad quam primo requiritur benigna
conventio math. xxvi Precedam vos
in gallyleam. 2o prompta sub
vencio i. mach. vi dixit iudas
symon fratri suo. vade libera
fratres tuos in gallyleam. 3o.
sollicita condescensio math. iiii.
Circuibat ihesus totam gally
leam docens in synagogis eorum
etc. Quantum ad tercium sciendum
est quod ista mater de qua dicitur
hic est primo mater pie miseracionis
eccli. xv Obviabit illi quasi mater
honorificata scilicet trinitati. Secundum
3o humane salvacionis math. primo
cum esset desponsata mater
ihesu maria ioseph i. mater
salvatoris. 3o est mater nostre
consolacionis. eccli. xxiiii Ego
mater pulchre dileccionis et
timoris et agnicionis sancte spei
Cum descendisset ihesus
de monte secute sunt
eum turbe multe math. viii. Sa
piencie medici est in curacionibus
suis. secundum diversitatem
morborum diversas medicinas
adhibere. et item conservativa
sanitatis introducere sollicite
procurare. xpus itaque qui officium
medici sibi attribuere voluit dicens
math. ix. Non egent qui sani sunt
medico sed male habentes more
prudentis et boni medici secundum
diversitatem morborum quibus
spiritualiter egrotabat genus humanum
diversa adhibuit medicamenta
salutis. unde gregorius in omelia
Nam sicut arte medicine calida
frigidis et frigida calidis curantur
ita dominus noster obviancia adhibuit
medicamenta peccatis. ut lubricis
continenciam. tenacibus mansue
tudinem. tenacibus largitatem
elatis preberet humilitatem. hec
autem spiritualia remedia. se
confitentibus dedit. corporalia reme
dia operando. unde in presenti ewangelio
pro duplicem curam quam corporaliter
exhibuit. se medicum duplicis
morbi quo genus humanum
infirmabatur ondit. scilicet peccati
originalis et peccati actualis
sanando enim leprosum insinuat
se medicum respectu morbi peccati
originalis quia sicut lepra
totum naturam inficit ita originale
peccatum totam humanam naturam
infecit. Curando autem filium
centurionis ab infirmitate que
morti erat proxima propinquus insi
nuavit se medicum peccati
actualis quod peccatum hominem
inducit ad mortem. Et hoc est
quod dicitur in presenti ewangelio. Cum
descendisset ihesus de monte
etc. In quo xpus insinuat se
esse medicum primo morbi nature
inficientis. Cum descendisset
ihesus de monte. Secundo

morbi mortem inducentis. ibi
Cum autem introisset Capharnaum
3o se ondit se habere affectum
boni gratie conservantis dico
autem vobis. quia multi ab
oriente etc. Quantum ad primum
sciendum est quod medicus volens
curationem perfectam adhibere
infirmo primo eidem benigne
condescendit 2o gravitatem et
qualitatem morbi considerat 3o
affectum et spem ipsius attendit
4o remedium sanativum apponit
et secundum predicta Christus se habuit
quatuor modis ad istum leprosum
quem sanat quos modos evangelista
describens. Primo introducit
benignitatem Christi preveniente cum
cum descendisset. 2o quantitatem
morbi naturam inficientis ibi
Et ecce leprosus 3o affectum
infirmi remedio indigentis ibi
adorabat 4o affectum medici
beneficium conferentis ibi. Et
extendens etc. Introducitur
ergo primo Christi benigna preventio
Et hoc primo introducit. 2o
devotio sincera ostenditur. Primum
ergo Christi benigna preventio Cum
descendisset Jhesus de monte
Non enim facile est homini infirmo
et debili Christum in altitudine virtutis
et sapientie imitari imitari propter
quod humanis infirmitatibus
condescendens se imitabilem
exhibuit propter benivolum earum
infirmus ondit quod bene insinuat
descensus de monte. Nam qui
primo solos apostolos in monte
viam perfectionis docuerat ad

inferiora descendit ut etiam infirmis
se imitandum preberet quo facto
statim enim sequitur turba multa
ubi ostenditur sincera devotio qua
dicitur. secute sunt enim turbe
multe. Unde Crisostomus. descendente
autem domino. hoc est inclinante
se ad infirmitatem et imponiacam
ceterorum misertus. infirmitati eorum
secute sunt enim turbe multe
quidam propter caritatem plurimi
propter doctrinam nonnulli propter
admirationem et curationem
Deinde cum dicit. Et ecce lepro-
sus veniens. describit gravitatem
morbi naturam inficientis. secute
enim Christo in sublimibus. non
poterit et humanum genus onerate
peccati originalis pondere aggravatum
Sed postquam misericorditer condescendit
eidem. Potest pro salute postu-
landa venire ad ipsum. quod bene
iste leprosus significat qui cum morbi
malignitate ad Christum dicitur pervenisse
Unde Crisostomus. Inter ceteros autem
qui montem non ascenderant
etiam leprosus suismet accedere
non valebat quasi peccatorum ba-
iulans pondus. lepra enim est
peccatum animarum. Deus dominus ergo
de altitudine celi quasi de excelso
monte descendit ut lepram
peccatorum nostrorum mundaret. Et
ideo quasi iam sperans leprosus
sanitatem descendenti occurrit
Deinde cum dicit Adorabat
eum dicens. domine si vis potes
me mundare. describit affectum
infirmi remedio indigentis. qui
affectus ostenditur fuisse debitus

ordinatus .etc. tunc enim affectus
creature ordinatus videtur quando
habet reverenciam respectu maiestatis
humilitatem respectu sue infirmitatis
et confidenciam respectu bonitatis
que tria iste in suo cognoscitur affu-
isse habuit enim primo reveren-
ciam ad christum considerando in ipso
maiestatem divinitatis propter
quod veniens adorabat eum
Veniens enim ad christum hominem
adoravit ipsum ut deum. unde
athanasius adoravit autem leprosus
dominum deum in corpore. et nec
propter carnem putavit esse creaturam
verbum dei. nec pro eo quod ver-
bum erat vilipendit carnem
qua vestiebatur ymo et in
templo creato adoravit omnium
creatorem Secundo habuit humili-
tatem respectu proprie infirmitatis propter
quod dixit. Domine si vis Non
enim dubitans de christi clemencia
sic loquitur dicens si vis. sed
pocius sue indignitatis et infirmitatis
conscius humiliter dubitat ne suis
impedientibus demeritis. beneficiis
sit indignus. unde ad humilitatem
suam exprimendam cecidit. in
faciem suam ut dicit lucas quod
exponens Ambrosius. dicit
quod in faciem cecidit humilitatis
est et pudoris. ut unusquisque
de vite sue maculis. erubescat
sed confessionem verecundia
non repressit. ostendit vulnus.
remedium postulavit dicens
domine si vis de voluntate domini

non quasi pietatis incredulus
dubitavit sed quasi demeritorum
suorum conscius non presumpsit
3o habuit confidenciam respectu
bonitatis de qua subiungens
ait potes me mundare non al-
legavit debes hoc facere non
dixit rogo ut facias hoc sed
voluntatem domini pro sufficienti
causa sue salutis constituens
dicit si vis potes. unde Ambrosius
Ubi supra religionis et fidei
plena confessio est. in volun-
tate domini tribuit potestatem Sci-
ebat enim scriptum esse illum de quo
dicitur sapientie xii. Subest tibi
cum volueris posse. hec autem

confidencia

oriri potuit ex consideracione
duorum. primo ex consideracione
defectus artis medicine circa
que non potest morbum lepre
sanare. 2o ex consideracione
potencie creatoris cuius dictus
sola voluntate universa po-
terat restaurare. unde Cirillus
Noverat enim lepram experi-
mento medicorum non cedere
sed vidit divina maiestate
pelli demones et ceteros ab
aliis valitudinibus curari quos
cernerat divina dextera fieri
propter quod dixit domine si vis
Deinde cum dicit. Et extendens
manum .etc. ~~defectum~~ ostendit effectum
medicacionis beneficium consequentis
ubi introducitur circa primo
vere humanitatis in christo argu-
mentum. 2o divinitatis eius

Imprimum 3º collate sanitatis
effectum. 4º retinende humilitatis
exemplum / regimentum
quod vere humanitatis ondit cum
dicit: Extendens manum suam
Jhesus tetigit eum dicens
Volo. Inclitate quidem humanitatis
vera caro organice distincta
partibus et etiam vera anima
rationalis continetur. Veritatem
igitur carnis organice distinc-
tam ondit in extensione ma-
nus ac tactu de quo dicitur Extendens
manum suam tetigit eum. Veri-
tatem autem anime rationalis insi-
nuavit in actu volendi cum
ait Volo. Unde Glossa Verissime
dicit enim sensus tactus
proprius est corporis sicut et
anime voluntatis motus. Quarto
adiungit imperium divinitatis quando
adiungit emundare. Dicit enim
dicit Jeronimus Non coniunctim
sicut plerique latinorum putant
est legendum cum illo quod precedit
si volo mundare. Sed disiunctim
ut sit sensus. Volo scilicet facere
quod dicis me posse si voluero
ut manifestem in opere. Mun-
dare, i. imperando medicinam tibi
confero et ita hoc verbum
non est infinitivi modi verbi
activi scilicet de mundo mundas sed
est modi imperativi verbi pas-
sivi scilicet de mundor mundaris.
Ad evidenciam predictorum no-
tandum est quod hic insinuatur

in Christo aliquid naturale ipsius humanitatis
aliquid proprium divinitatis aliquid
commune utriusque in Christo. Naturale
enim humanitatis est tangere
et extendere manum et etiam
velle hoc vel illud in tempore.
Proprium divinitatis est dicendo
perficere quia ipse deus est qui
solus dicit et fit quod dicit. Commune
autem est utriusque concursus tactus
et imperii ad sanandum. Unde
Cyrillus: Miratur in hiis Christum
divine et corporaliter operantem. Divina
est enim ita velle ut presto
fiant omnia. Unus itaque Christus
ex divina et humana natura
perficitur eo quod Verbum caro
factum est. Sed queret aliquis
quare Christus servavit hunc
ordinem in sanatione leprosi
scilicet ut tangendo volendo impe-
rando sanaret. Dicendum
est ad hoc quod Christus sic sanita-
tes corporales perfecit ut ex
illis fructum spiritualem provi-
deret suis fidelibus pre-
cave-re in hoc itaque ordine cura-
tionis leprosi fideles suos
contra tres premunivit errores
quos previdebat dyabolum semina-
turum in fide quorum unus est
manicheorum dicencium quod Christus
non habuit veram carnem contra
quos est veritas tactus quia
extendens manum tetigit eum
Alius est quod Christus non habuit
veram animam humanam et contra

istum est consensus voluntatis
cum dicit volo. Destructus est er-
rorum Arrij dicentis xpm puram
creaturam contra quem impium domi-
natis. Scilicet mundare quo dicto factum
est ita ut sanatus quod ipse est
is qui dixit fiat et factum est.
2º Ex isto modo atque ordine sa-
nandi apparet quod xpus non est
sub lege. Quia ministri legis
tangendo lepram reddebantur
immundi et etiam solum indica-
bant sanatum quod conferre non
poterant. xpus autem nec tangens
immundus efficitur sed potius mun-
dum facit quem tangit nec
mundum tantum indicat sed mundi-
ciam operatur. 3º subdit effectum
sanitatis curate dicens. Et con-
festim mundata est lepra eius.
Natura enim obediens creatori
ad eius imperium continuo restau-
ratur a suis defectibus quod hic
insinuat istius lepre curatio
que ad vocem salvatoris man-
datum fuit continuo introducta.
Quando autem sic obediat crea-
tori natura creata considerat in
deus in talibus beneficiis quod
ipsius creature voluntas non
sit contraria creatori sed potius
ei sit obediens et subiecta
quod bene insinuatum est in isto
leproso qui sue sanationis ef-
fectum in xpi posuit voluntate
dicens. Domine si vis potes
etc. Et hoc est quod dicit Crisostomus.
Cessit autem mandata natura
cum decenti voluntate et q-

nullum habuit impedimentum
voluntatis confestim mundatus
est. Cui etiam congruit quod dicit
Origenes. Quia non dubitavit ideo
non tardatur sanatio quia non
distulit confessionem non differtur
mundatio. Spiritualiter autem
si mens nostra lepra peccati infecta
fuit merebitur citissime sanita-
tem si voluntati se xpo con-
formans supplicaverit et devote
accesserit ad eundem. Quarto
ostendit humilitatis exemplum
dicens. Et ait ei Jhesus. Vide
ne nemini dixeris etc. Ubi datur
nobis documentum ostenditur.
Ad cuius evidenciam sciendum
est quod in bonis que a deo rece-
pimus duplex nobis periculum
est imminere unum ne de recepto in-
aniter gloriemur. Reliquum
ne ingrati beneficiis inveniamur.
xpus itaque utrique periculo providens
in hoc sanato primo precepit eidem
ut taceat. 2º ut munus pro recepto
beneficio sacerdotibus offerat ibi.
Sed vade et ostende te sacerdotibus.
Precepit ergo primo ut taceat
dicens. Vide nemini dixeris etc.
Hoc enim quod bene agimus vel
bona recepimus non debemus
velle ~~et~~ divulgari ad inanem
gloriam nec nostris meritis attribuere
quod habemus dicente apostolo prima Cor.
4. Si autem accepisti quid
gloriaris quasi non acceperis.
Ille quippe de accepto quasi
non accepit gloriatur qui
non bonitati dantis sed suis

nitas attribuit q accepit vel
qui non damus sed propriam gloriam
requirit in dono. hanc igitur
vanam iactanciam volens sal-
vator a receptione sua dona ex-
cludere dicit. vide nemini dixeris
unde Crisostomus nulli dicas iubet
docens nos non diligere ostenta-
cionem et honorem. In hoc etiam
exemplum dat superioribus et
presidentibus atque beneficiatibus
scilicet ut in suis beneficijs laudem
propriam non querant sed potius
aliorum salutem atque profectum
unde Ambrosius super Lucam docere non
vulganda esse nostra beneficia
sed premenda ut non solum
a mercede abstineamus precium
sed etiam gracie .i. laudis vi-
tata enim iactancia facit ne
lepra possit transire in medicum
Secundo precepit eidem ut munus
sacerdotibus offerat dicens
Sed vade ostende te sacerdotibus et
of. m. q. p. mo. in te. illis
hoc autem precepit eidem ne
ingratus de beneficio curacionis
existat. Consueverunt enim
quam plurimi dum infirmitate consti-
tuti sunt deo esse devoti. post
liberacionem autem et subven-
cionem multociens sunt ingrati
propter quod salvator precepit liberato
ut de beneficio sibi impenso
gratus existat deo et in signum
gratitudinis munus offerat con-
stitutum unde Crisostomus. Et quia
homines ut plurimum dum egrotant
dei sunt memores ut autem

convaluerunt hebetantur. mandat
ut sanatus deum potius habeat
dans gloriam deo. Sed tria hic
consideranda occurrunt. Primum
quare ipsum misit ad sacerdotes
dicens. vade ostende te sacerdoti. 2o
quare precepit ei ut offerret munus quod
precepit Moyses 3m quare addit
in testimonium illis. Quantum
ad primum dicendum q ipsum misit ad
sacerdotes primo propter humilita-
tem qua et sacerdotes honorabat
et exemplum prebebat alijs eosdem
honorandos propter officium sacer-
docii. 2o ut ipsi sacerdotes viden-
tes leprosum mundatum a Christo si
crederent salvarentur si non cre-
derent inexcusabiles redderentur
3o ne possent Christum arguere
q legem non servaret tamquam
legi contrarium diceret propterea sequitur
Quarto ut cognosceretur q lex
non dum erat in suis observancijs
terminata nec malum erat eam
adhuc tunc servare eo q non
dum erat oblatum pro nobis
illud verum sacrificium cuius
omnia legalia sacrificia erant
figura Et hec glosa est beati
Augustini de consensu ewangelistarum
Quantum ad secundum dicendum est
q ideo addidit q precepit Moy-
ses. ut ipsum legis latorem
et etiam legem approbaret tamquam
a deo datam. et ut ostenderet
se non esse Moysi contrarium sed
confirmem. Quantum ad 3m
dicendum q hoc q ~~ponitur~~ dicitur in
testimonium illis. potest esse

redditum ex ipse illis quod precedit
scilicet quod precepit Moyses scilicet offer
in testimonium illis. hoc est ut
munus oblatum esset testimonium
curacionis illis qui offerebat
et non esset virtus efficiens
curacionem. Alio modo potest referri
ad sacerdotes ut sit sensus offer
munus sacerdoti ut illis qui reci
piunt a te curato per me munus
ipsum sit aput eos in testimonium
venire quod omnia prophecia que a me
fieri debere prophetatum est. 3o
modo potest ad eosdem sacerdotes
referri sub alio sensu scilicet
in testimonium illis .i. contra
eos ut si te aliquando repellere
vellent tamquam per me curatum
quia me odio habituri sunt
munus oblatum a te et receptum
ab eis sit tibi in testimonium
contra illos. Ultimo potest
intelligi in testimonium illis
.i. munus a te in signum curacionis
oblatum sit illis scilicet iudeis
in testimonium quod te solo verbo
sanando recipi debeo quia sum
christus. Sciendum est quod preter
illas duas raciones quasi spiritua
les que sunt posite superius
sunt alie magis litterales propter
quas christus dixit huic curato
vide nemini dixeris. Quarum
prima est beati Ambrosii super
lucam dicentis sic Ille silencium
causa est imperati quia meliores
putat qui fidem magis spontanea
voluntate quam qui spe beneficiis

credidissent. Alia causa est
quia ubi est evidencia rei
superflua videtur proclamacio
verbi quia ergo manifesta
erat curacio istius a lepra
mundati superfluum iudicavit
christus testimonium divulgare.
Spiritualiter autem secundum alle
goriam intellectum. leprosus iste
significat genus humanum
lapsum peccato originali infectum
quod in multis electis suis cla
mare supplex affectus sana
cionem et mundiciam postulat
ipsam tamen in divinam constituens
voluntatem. christo autem descen
dente per incarnacionis misterium
de monte scilicet excellencia divini
tatis ad vallem nostre humilitatis
extensa manu .i. verbo dei
tangente naturam humanam a pristina
lepra .i. originali macula idem
genus humanum mundatum est
ita quod qui dudum erant abhomi
nabiles et sequestrati a
consorcio angelorum possint
illius sacerdotis representari
conspectui de quo dicit psalmus Tu
es sacerdos in eternum etc. Cui
eciam offerre debent illud
munus de quo dicit apostolus Ro.
xii. Obsecro vos per misericordiam
dei ut offeratis corpora vestra
hostiam viventem etc. Mo
raliter autem leprosus iste
quilibet significat peccatorem
quod peccatum animam maculat et
varietate affectionum deformat
quemadmodum lepra inficit

corpus. Et iste peccator ante
christum procedens adorat eum
dicens domine si vis potes me
mundare qui de peccatis suis con
funditur deo pro indulgencia
recipienda supplex efficitur et
eius ~~nomen~~ et pro omnia confitetur voluntati
quo talia operante christus manum
sue miseracionis extendit et
tactu sue gracie omnem ma
culam mentis expellit. Sed ne
homo sit tanto sanatori ingratus
sibi restat aliquid faciendum
scilicet ut munus devote laudis in
testimonium recuperate sanitatis
exsolvat. Sequitur 2a prin
cipalis. Cum autem introisset
Capharnaum etc. In qua ostenditur
curacio christum mediantem et morbi
dam deferentis scilicet inducentem
mortem. Circa quam primo
introducitur meritoriam disposicionem
2o gratuitam condescensionem
Et ait illi Jhesus Ego veniam
3o humilem recusacionem Au
diens autem Jhesus etc. Et ait
autem Centurio etc. 4o sin
gularem commendacionem Audi
ens autem Jhesus etc. Primo
igitur introducitur meritoria
disposicionem. Ubi considerare
debemus tria scilicet locum af
fectum et oraculum. Locum
quidem cum dicitur: Cum autem
introisset Capharnaum que
interpretatur villa pinguedinis vel
agri consolacionis. Si enim
quis pinguedine temporalis

dileccionis et leticia mundane
consolacionis infirmitatem
peccati maceravit ad sanitatem
disposicionem potuit scilicet pinguedine de
vocacionis et consolacione spe
cius anima repleatur, anima mea Dominus in ps. Sicut adipe et pinguedine repleatur
etc. Affectum autem ostendit
quando subditur. Accessit ad
eum Centurio. Ecce iste fide
et devocione. Ex quo solvitur
dubitacio que oritur ex dictis
Mathei dicentis hic accessit
ad eum Centurio et ex dictis
Luce dicentis. Luce vii. Et
misit ad eum seniores iudeorum
Lucas enim narrat rem sicut
facta fuit quia ipse Centurio
non accessit personaliter ad Jhesum
sed misit ad eum seniores iude
orum. Matheus autem secundum Augustinum
de consensu ewangelistarum non deserit
usitatum modum loquendi
quo aliquis dicitur accedere
ad aliquem quando affectu et
desiderio accedens nuncios vel
medios ad ipsum transmittit
Oraculum autem describit
cum subdit dicens Domine
puer meus etc. Ubi exprimit
Centurio suam caritatem et
eciam humilitatem. Caritatem
quidem quia rogat pro servo
qui cum vilis erat ei preciosus
hoc est carus et dilectus. Et
forte attendebat Centurio
in hoc servo tam naturam quam
mores. Ita quod propter naturam
qua erat homo. Et propter mores

quibus iste sermo erat ornatus
carus et dilectus suo domino habebatur
Et ideo eum suum nominat dicens
Domine puer meus. Exprimit ca-
ptivitatem que consistit in morbi
pena quia iacet in domo. in mor-
bi vehementia quia paraliticus
Nam propter vehementiam morbi
erat membrorum auxilio destitu-
tus. Consistit etiam in morbi
angustia quia male torquetur
scilicet angustia morbi ipsum affligen-
te. Deinde eum dicit Et ait
illi ihesus. Ego veniam etc. In-
troducit exaltationem christi con-
descensionem. Nam ex caritate
quam habuit Centurio supplicando
pro servo. ex humilitate quasi se
reputavit indignum personaliter
accedere ad christum et ex fidelitate
qua credidit christum posse solo verbo
curare dignus effectus tali
condescensione que ipsum exci-
taret ad commendabilem confessionem
domino eum eundente. Ego veniam
et curabo eum. Respondens autem
Centurio ait illi. Domine non sum
dignus etc. Ubi introducit eum
humilem confessionem In qua
Centurionis triplex virtus ostendi-
tur scilicet humilitas. fides. et prudentia
humilitas quidem in hoc quod se
indignum reputat presentia christi dicens
Domine non sum dignus ut intres
sub tectum meum quam humilita-
tem expressius significat quod ad-
iungitur luce vii. propter quod et me
ipsum non sum dignum arbitratus
ut venirem ad te. Fides autem
Centurionis ostenditur in hoc quod

addit. Sed tantum dic verbo
et sanabitur puer meus. unde
Jeronimus. Sicut autem in cen-
turione commendamus fidem
eo quod credidit paraliticum a sal-
vatore verbo posse sanari.
ita patet humilitas in hoc quod
se indicavit indignum. sub
cuius tectum dominus intraret. Sed
tamen sicut dicit augustinus de verbis
domini dicendo se indignum prestitit
dignum. non in cuius parietes
sed in cuius cor christus intraret
Nec hoc diceret cum tanta fide
et humilitate nisi illum quem
timebat intrare in domum suam
corde gestaret. nam non erat
magna felicitas. si ihesus intraret
in parietes eius et non esset
in pectore eius. Moraliter
autem verba huius Centurionis
nobis prebent utile documentum
quando accedimus ad recipiendum deum
et sacramenta divina. scilicet ut et
humiliter sentiamus de nobis
et de dei clementia confidamus
unde augustinus. Et tu quando sic
corpus et sanguinem domini
manducas et bibis tunc dominus
sub tectum tuum ingreditur
Tu ergo humilians teipsum
dicas. Domine non sum dignus
etc. Prudentia vero Centu-
rionis ostenditur in hoc quod adiungit
Nam et ego homo sum etc.
Nam ex hoc quod ex hiis que minus
videntur minora et tamen insinuat
argumentum sue fidei accepit
ad intelligendum posse maiora
ea que magis videntur maiora

prudencia ipius cognoscatur
Arguit igitur ex hys quemus
videntur dicens. Nam et ego
homo sum sub ptate constitutus
habens sub me milites. Et ex
hoc q sub alterius potestate
consisto non subsunt michi
p omnem modum milites qui
sub me sunt. Et tamen michi
integre obediunt. quia dico
huic vade et vadit. Et alio.
veni et venit et servo meo
fac hoc et facit. Quasi dicat
ut aug. ubi supra. Si ego ho
qui sub ptate sum iubendi hēo
ptatem quid tu potes cui om
fuiut ptates. Sicut ergo dico
huic vade et vadit ita tu potes
dice infirmitati ut recedat et
recedet. Et sicut dico alio veni
et venit. ita tu potes dice sani
tati ut veniat et veniet qua
plus tibi subest infirmitas
et sanitas q̄ subsunt michi
milites qui sub mea ptate sūt
Moraliter autem sicut dicit
Alymo. p subiectos Centurioni
possunt intelligi virtutes nā
les quibus multi gentiles pol
lebant. Vel etiam bone et de
fectuose cogitaciones. Dicamus
ergo malis et defectuosis cogi
tatibus ut recedant et recedēt
bonis autem ut veniant et
venient. Servus quoque meus
i. corpori. dicamus ut faciat
q sibi impatum et dictatum
est a recta rōne. Ad inferioz
cum notām sciendum est q
Centurio et zacheus difformiter
se habent ad xpm in facto sed
tamen conformiter in merito.
Difformiter quidem in facto q
hic scz Centurio recusat eum
intrare in domum suam. zacheus
autem recepit eum gaudens. Sz
conformatur in mito. quia tam
cēturionis humilis recusacio
q zachei leta susceptio. accepta
a xpo. Ex quibus nobis īsinuat
expresse q mēdum ad sacramenta
divina devote et reuerēt accede
meritorium est et acceptum
tamq̄. si xpm in domu nrām gau
dentes recipiamus cum zacheo
Interdum etiam humiliter ab ipsis
abstinere ppter nrām impfectionē
est deo placitum. ac si declina
mus tantam excellentiam cū ut
cum Centurione. Aliud etiam
considerandum est ad nrām īstrōz
scz q dūs invitatus ire ad filiū
reguli ire recusat. ad servū
autem Centurionis non invitatus
ire promittit. Iō sicut dicit gg
in Omelia. Superbia nrā ētundit
q in hominibus non naturam qua
ad ymaginem dei facti sed honores
et divicias honoramus. cumque
pensamus que circa eos sunt
profecto interiora nimme videmus
Dum ea consideramus que in corpo
ribus despecta sunt negligimus
pensare q sunt. Sic igitur in
utroque facto xpus nos docuit
non colē magnos et contēpnē
modicos. sed paupes et divites
similiter honorare sicut nāle
debitum postulat et requirit
Deinde cum dicit Audiens.

autem ihesus miratus est. etc.
Describit singularem commenda-
cionem cui permittitur admiracio
prima audiens ihesus miratus
est. non quidem admiratus quasi
audiret rem quam prius non no-
uerat quia sicut dicit augustinus
super gen. contra manicheos
hanc fidem in eo fecerat qui
de ea admirabatur. Admiratus
est ergo ut commendabilem et
admirabilem faceret fidem Cen-
turionis et quod signo ostenderat scilicet
commendabilem huius gentilis
fidem. admirando verbo expressit
quia sequentibus se dixit. Amen
dico vobis non inveni tantam
fidem in israhel. Et multis
modis verificari potest. Vno
modo ex parte motivi ad cre-
dendum ut sit sensus. Non inveni
in israhel aliquem qui tam pauca
motiva credendi in me habuit
sicut iste habuit qui tam integre
crederet in me. Credentes enim dis-
cipulorum habuit primam. vel
iohannis predicacionem. vel christi
vocacionem. vel aliam persuasionem
Credens autem iste gentilis non
habuit aliquam horum de predictis
ideo eius fides aliquo modo maior
censenda fuit. Aliomodo ex parte
rei credite. Nam credidit regulus l. 8
qui fuit israhelita. sed imperfecte
dicens. Domine descende priusquam
moriatur filius meus. Similiter
martha et maria crediderunt
dicentes domine si fuisses hic et
sic fides predictorum fuit imperfecta
putabant enim christum non posse

spacii ubi presencia eius corporalis
non erat. iste autem supergreditur
eos dicens tantum dic verbo.
3o modo ex parte status unde
quidem in statu legis constituti
familiariter poterant credere
excellenciam christi propter doctrinam
et prophetias legis maxime cum
expectarent messiam. Cen-
turio autem in statu gentili-
tatis existens nichil predictorum
habebat ex statu. sum ~~genus~~ ergo
credere fuit maioris fidei quam
fides in eo unius habuit inna-
mentum ex hiis in quibus
vivebat. 4to modo allegorice
secundum Ieronimum. In fide Centurionis
significata est fides gencium
que maior fuit processu temporis
quam fides iudeorum. sicut propheta
dicit dominus per prophetam. Populus
quem non cognovi servivit
michi in auditu auris obedivit
michi. Sequitur tercia pars
principalis cum ibi. Dico autem
vobis quod multi etc. In qua
ostendit christus se hic donum gracie
confirmantem et glorificantem
scilicet ipsam fidem quam commendat
in Centurione. Circa quam
sic procedit. Predicat enim
primo creditivorum premium.
Dico autem vobis quod multi
etc. 2o ingratorum supplicium
ibi filii autem regni. 3o
declarat fidelitatis meritum
ibi dixit ihesus Centurioni
Predicat ergo primo cre-
ditivorum premium. Dico autem

vobis . q multi ab oriente et
occi . i . ab omnibus orbis ptibus
et sit a cetu et statu ac cultu
gentilitatis vel ab oriente inventutis
et ab occidente senectutis . vel
ab oriente gratie illuminantis
et consolantis . et ab occidente
tribulacionis affligentis . venient
sup fidem quam iste gentilis
centurio prefigurat et recumbet
i . requiescunt cum abraham
ysaac et iacob . quibus specialiter
promissa est bndictio in xpo
et sic isti qui recumbent cum eis
in me credendo qui a predictis pa
triarchis descendi . in mea gloria
cum eis requiescent in qua
requie lux est . exultacio gloria
et longeuitas sempiterna . Deinde
cum dicit . Filii autem regni proi
ciuntur iudicium suppliciorum quia filii
regni . i . iudei qui acceperunt
legem qua disponerentur ad reg
num . vel in quibus deus elegit
prius regnare et quibus prius
predicatum est dei regnum eicientur
in tenebras exteriores . hoc enim
bene significauit paulus loquens
iudeis act . xiii . vobis oportebat
primum loqui verbum dei sed quia
repellitis illud et indignos
vos iudicatis eterne vite . Ecce
conuertimur ad gentes . Vocantur
autem etiam supplicia tenebre
exteriores quia hii qui deputati
puniendi interius ipsas a dei luce
exterius repelluntur . et hoc merito
pena eis iuste tribuitur ut qui
sciendo in peccatis illis vel in corde
ignorancie dilexerunt tenebras

interiores congruo ordine iustitie
mittantur in tenebras exteriores
in quibus que sit pena subiungitur
ibi erit fletus et stridor dencium
fletus quidam ad designandum
tormentum ignis comburentis
solet enim ex fumo procedente
ab igne fletus causari . Qui ergo
ex inordinato amore rerum temporalium
deum contempserunt ex violentia
ignis ardentis flere cogentur
et qui amore sci dei et proximi
frigidi remanserunt . frigore
vehementi stridebunt propter quod
Job prudens reproborum penas 2 R
dicebat ab aquis niuium transe
at ad calorem nimium . Ultimo
declarat xpus fidelitatem meritum
quando dicit centurioni . Vade et
sicut credidisti fiat tibi . hoc est
secundum mensuram tue fidei fiat tibi
donum quod intendis quam mensuram
meam et quod meritum declarat sub
secutus effectus cum concluditur
Et sanatus est puer ex illa hora
Tanti etenim meriti fuit fides istius
ut non solum a xpo commendari
credens meruit verum etiam
seruo acquirere potuit sanitatem
Hoc igitur fidem et deuocionem
centurionis ymitantes sic in
dei acceptacione erimus quod omnium
delictorum consequi merebimur
sanitatem quam nobis concedat
xpus ihesus qui est benedictus
in secula seculorum . Amen
Ascendente ihesu in nam
cula secuti sunt eum
discipuli eius etc mat . 8 . In hiis
quibus aliorum circa commissa

est et ad quos ptinet alios dige
videmus hanc similitudinem multi
dige ut medium inducant. vel
indirecte pmittunt sibi commissos
in aliquod periculum vel in aliq dubiu
ut postmodum subueniendo
vel satisfaciendo eisdem ducant
eos ad profectum utilem et ad
culmen pfectionis mente. Sicut
pius pater medium pmittit filiu
experiri aliquas indigentias ut pos
modum subueniendo eidem doceat
ipsum et cavere pericula et a pvis
voluntatibus nullatenus devia
pendens doctor discipulis sepe
difficilia ponere studet ut eos
reddat sollicitos querere que igno
rant. Et sapiens medicus medium
patitur ut egrotus aliq periculu
infirmitatis incidat ut postmodum
et efficaciam sue artis evidentius
cognoscat et beneficium sanitatis
restitute dulcius acquirat. Sal
uator igitur seruans in suis apibus
id quod sapiunt in moribus et natura
plantauit aliquando pmisit aliq
defectum in rebus ut ipsum pos
modum reparando suam potentiam
clementiam et sapientiam pateat
ostendit et sua beneficia faciat reci
pientibus cariora ppter quod discipu
los volens attolle et deducere
ad cognoscendum excellentiam
divinitatis in ipso latentis eosdem pi
culum maris fecit incurrere ut co
statuti in tali necessitate de qua p se
non possent euadere ad ipsius re
currerant auxilium quo recepto eius
omnipotentiam clarius recognoscant
Et hoc est quod attendens scriba ewangelista
dicit ascendente ihesu in nauicula
in quibus verbis 2m ordinem
plibatum describit. Primo dif
ficultatem periculi excitati ibi as
cendente ihesu etc. 2o necessitatem
auxilii postulati ibi Et accesse
runt et suscitauerunt. 3o celeritatem
suffragii communicati ibi tunc
surgens imperauit etc. Describendo
autem difficultatem ex
citati periculi introducit Primo
periculi occasionem ascendente
ihesu in nauicula etc. 2o maris
perturbationem. Et ecce motus
etc. 3o formidinis pmissionem
ipse vero dormiebat etc. Introducit
ergo primo periculi occasionem
dicens. ascendente ihesu in naui
cula secuti sunt eum discipuli eius
Sicut enim non incognitum xpistus
p terram de loco transiuit ad locum
ut occasionem preberet hominibus
experiendi suam virtutem suam po
tentiam super terram ppter quod
sepius replicauit hanc sententiam
ut autem sciatis quoniam filius hominis
habet potestatem in terra dimittendi
peccata ita non sine certa causa
transiuit medium ad mare ut
p occasionem maris transitus
suam virtutem manifestaret
in aquis. Et ideo ascendit
in nauiculam ut nauigando
p mare eius potentiam cognoscerent
in eo et hoc est quod dicit origenes
Cum multa magna et mirabilia
ostendisset xpistus in terra transiuit
ad mare ut ibidem excellentiam
operum demonstraret. quatinus terre
terre maris quod dominum se esse omnibus
ostenderet. Non solum autem

manifestatur occasio periculi excitandi in hoc quod ascendit naviculam sed etiam in hoc quod discipuli eius ipsum secuntur. Secuti sunt inquit enim discipuli eius. Utile periculum est illud per quod hiis qui constituuntur in ipso datur occasio ut in honoribus recognoscant se ipsos. Cum ergo christus discipulos suos multociens honoribus dignos esse cerat utiliter eos se tunc sequi permittat quando videt eosdem periculum manifestos ut cognoscendo in ipsis periculis quid per se ipsos possint quid eorum virtus valeat humiliter de se sentiat etiam in honoribus constituti. Unde Crisostomus dicit. accepit autem discipulos secum in navem ut et in periculis stupescerent et in honoribus moderata de se sentirent. Ut enim non magna de se sapent propter hoc quod aliis dimissis eos remunerat permittit eos fluctuari. Ex hoc etiam istius periculi occasio utiliter exhibetur quod discipuli ipsum secuntur. Nam idem discipuli debebant multis periculis exponi multis temptationibus molliri et multis perturbationibus molestari. ut ergo ipsos assuefaciat ad sustinendum fortius ea que sustinebat eosdem pro suo nomine debere portare permittit ipsis maris periculum exercitu tuebantur autem quibusdam specialibus monitis instruendum non inducit in pericula graviora sed potius miraculorum novitate et verborum suavitate deducit. Et ideo deducit Crisostomus. Ubi enim miraculorum ostensio erat permittit plebem adesse. Ubi autem temptationum et timoris accepit athletas orbis terrarum quos exercitaturus erat hos solos assumpsit in difficilibus. ergo vult illos sequi se quos ad gravia perferenda pro nomine suo disponit.

Deinde cum dicit. Et ecce motus magnus factus est in mari. Introducit maris perturbationem que facta est non casu nec ordinalis cursus ventorum. Sed parante illo qui educit ventos de thesauris suis. Ad hoc autem factus est hic motus magnus ut discipuli qui viderant in aliis magnam potentiam liberantis Christi experiendo in se ipsis eius potentiam etiam in magnis periculis plus estimarent eius virtutem per hoc quod in semetipsis sentirent quam estimaverant eam per ea que in aliis poterant cognovisse. Et hoc est quod dicit Crisostomus. Cum enim viderant alios qui beneficia accepisse. non autem similiter quis estimat que in alienis corporibus fiunt et que in se ipso. operatur per familiarem sensum eis potuit ~~beneficia potuit~~ beneficia Christi. Et ideo voluit hanc fieri tempestatem ut per liberationem manifestiorem acciperent beneficii sensum. Sed attendenda est magnitudo istius periculi quia motus ille dicitur fuisse tam magnus ut navicula operiretur fluctibus. Consuevit enim humana fragilitas in excellentibus et insolitis periculis plus timere et dum

plus timet plus desiderat liberari
et liberata melius recordatur
beneficii sue liberationis ex quo gratior
efficitur liberatori et ipsius volun-
tati libentius se coaptat. ut igitur
discipuli amplius timeant et
timendo amplius desiderent liberari
per christum liberati per ipsum sollicitius
recordentur beneficiorum eius per hoc
gratiores efficiantur eidem et amplius
eius voluntati per omnia se coaptent
permittit eos magnis maris inun-
dationibus fluctuari. Et ideo dicit
Origenes. Facta autem est tempestas
magna ut magnum opus ostenderet
qua quanto magis fluctus na-
viculam operiebant tanto magis
discipulos timor turbabat. ut
plus desiderarent se liberari
per miracula salvatoris. Deinde
cum dicit ipse vero dormiebat.
Introducit formidinis permissionem
Primo enim ista dormitio in christo
ostendit veritatem carnis humane
qua sic dormit veraciter sicut
verus homo et etiam eo modo
dormit in navi quo modo consuevit
aliquis honorabilis homo dormire
scilicet in puppi super cervical sicut
addit marcus quarto. tamen cum hoc insi-
nuat quandam talem permissionem
qua in periculis ipse salvator dimittit
homines sibi ipsis ut experientes
quod et se ipsis deficiunt ad dei
auxilium devotius et fervencius
recurrant. Et hoc modo propheta
divinam clementiam invocans
deum tamquam dormientem incitare
excitare dicens. Exurge quare
obdormis domine etc. Huius exci-
periculi tati per dei prudentiam significa-

processit in Jona Jone primo. Sicut
enim tempore tempestatis
excitate permissione divina Jonas
descendit ad interiora navis et
dormiebat sic salvator tempe-
statis motus qui magnus fuit
in mari dormiebat securus
in puppi tamquam in quieciori parte
navis. Unde Jeronimus. Huius signum
typum in Jona legimus quando
ceteris periclitantibus ipse securus
est et dormit. Proinde autem
factum est. a deo. ut in tali
tempestate maris dormiret
salvator. Nam sicut Crisostomus dicit
Si vigilasset tempestate exci-
tata. vel non timuissent vel
non rogassent vel non credi-
dissent eum posse tempestatem
illam verbo sedasse que ipso
vigilante eo invito accidere
potuisset. Dormivit ergo ut
rogarent. Sequitur secunda
pars principalis evangelii. Et
accesserunt et suscitaverunt
eum. In qua describitur necessitas
auxilii postulati. Circa quam
introducit evangelista. Primo re-
fugium ad quod recurritur
ibi. Et accesserunt etc. 2o bene-
ficium quod ab eo poscitur dicen-
tes domine salva. 3o periculum
quod prenunciatur ibi perimus
4o defectum qui reprehenditur
Et dicit eis. Quid timidi.
Introducit igitur primo refugium
ad quod recurrit dicens. Et acces-
serunt et suscitaverunt eum
Evidenter sunt pericula in quibus

fuga pt ee refugium. quedam
in quibus deffensio. alia in quibus
excusacio pt prebere tutamen
Nonnulla vero pericula ita superant
omne consilium evadendi per
viam alicuius invencionis hac
ut de solo divino adiutorio
possit homo sperare et in talibus
periculis recurrentes medium cum
quodam fervore ad illum de quo
creditur quod possit ad se recurren
tes tueri et per hoc tale con
stituitur refugium eorum qui
in huius periculis sunt deterriti
Quoniam ergo discipuli xpi
in maris periculo constituti
nec fuga divertendo nec etiam
alicuius excusacionis pallio
maris perturbacionem poterant
declinare quasi amentes effecti
cum quodam securitatis impetu
recurrerunt ad xpm et per hoc
quod periclitari timent ipso dormi
ente suscitaverunt eum ut
ipso evigilante salventur. Unde
dicit Origenes ex tanto metu
discipuli fuerant deleti et
pene animo alienati ut irrue
rent in eum et non modeste
ac leniter suggererent sed tur
bulenter suscitarent eum. Tercium
cum addit dicentes domine
salva nos. Introducit beneficium
quod a xpo poscitur per discipulos
Sicut enim natura diligit
et appetit super omnia suam
conservacionem et continuacionem
in tota sua duracione ita in
periculis super omnia diligit

suam salutem. Et ideo obnixis
votis humanus affectus quando
periculum mortis incubuit solam
deposcit salutem. Discipuli ergo
salvatoris inter fluctus consti
tuti undarum de sola salute
memores exciti postulant
dicentes. Domine salva nos.
Deinde introducit periculum
quod pertimescitur. Vel allegatur
cum addit perimus. Sicut enim
quelibet natura diligit suum esse
ita pertimescit perdere id quod est
et quoniam qui prius se dubitat
perdere suum esse formidat ideo
non allegat maius periculum pro
clementissimo pietatis dei quod
perit. Hoc enim modo pietatis
divinam clemenciam provocabatur
ut eam facilius inclinaret ad se
rum sicut omnes que pereunt.
4m. Deinde introducit defectum
qui reprehenditur cum adiungit
et dicit eis. Quid timidi estis
modice fidei. Habere enim maius
auxilium ad defensionem quam sit
periculum quod pt introducere lesionem
et tamen timere quando tale
auxilium presens est ex defectu
fidei venit. Hunc igitur defectum
in discipulis xpus reprehendens
qui habentes divinum auxilium
presencialiter secum mortis periculum
formidabant dicit ipsum ex modi
modicitate fidei fore causatum
Et ideo 2m agream curam
fidei eis imperans timoris
huius eam fuisse causam dicit
dicens. Quid timidi estis.

nondum habetis fidem. Vel alit
erum expertus est prius in multis
operibus clemenciam alicuius ad
compaciendum et potenciam ad
subveniendum hiis qui sunt in
necessitatibus et periculis constituti
et tamen ipso presente timet periculum
de novo consurgente modicam
et imperfectam fidem de eius
clemencia vel potencia habere
probatur. quia ergo discipuli
experti erant clemenciam et
potenciam salvatoris in relevandis
defectibus hominum super terram
timentes cum ipso periclitari in
mari ex modicitate fidei veni
ebat. Et ideo lucas viii eos
de carencia fidei reprehendens
dicit Ubi est fides vestra q. d.
secundum orig. Si potentem super
terram me cognovistis quare
non creditis quod et in mari po
tens sim et si mors inveniret
vos debuistis eam constantissime
sustinere qui enim modicum
credit arguetur qui nichil condemp
natur. Vel aliter estimasse
de christo quod vigilans corporaliter
posset a maris periculo liberare
dormiens autem non posset
ac per hoc in tali periculo accede
et suscitare eum ex defectu
fidei venisse nota est tanquam
si crederetur quod dei filius minoris
potencie esset ad salvandum cor
poraliter dormiens quam corporale
rum hominem assumptum vigi
lans. vide chrysostomum in commento. Sed quod
autem dixit quod non modicae
fidei sunt accedentes suscitare

eum hoc signum fuit. quia non
deterentur de ipso opinionem
habebant. noverant enim quod exci
tatus poterat mare increpare ut
dum autem quod dormiens. propter
hoc etiam nec pluribus turbis
hoc signum fecit ut non attri
buerent modice fidei sed disci
pulos solos accipiens corrigit
Longenenit igitur modica fides
in eis reprehenditur qui salvato
rem habentes presentem periculum
timent et vitam habentes
secum mortem formidant et hoc
hoc solo quod corporaliter dormiebat
qui secundum deitatem suam numquam dormit
secundum illud psalmista. Non dormitabit
nec dormiet qui custodit israel
huic exposicioni ultime satis
concordat orig. dicens. O vatres
discipuli salvatorem vobiscum
habetis et periculum timetis.
vita vobiscum est et de morte
solliciti estis quasi d. hoc in
vobis non esset nisi vobis fi
des aliqualiter defecisset Se
cunda pars principalis evangelii. ibi
Tunc surgens imperavit vento
etc. Ubi describitur evangelista cele
ritatem suffragii commovenit ad
eius integritatem manifesta
tam describit Primo potenciam
imperiosam. Tunc surgens etc.
2o efficienciam virtuosam
et facta est tranquillitas.
3o evidenciam prodigiosam.
porro homines etc. Describit quod
primo potenciam imperiosam cum
dicit Tunc surgens imperavit
vento etc. Illius enim preceptum

est imperare qui super eos quibus
imperat potestatem habet et dominium.
Insinuans igitur christus se dominum
universalibus creature ad eas verbo
verbo et officio imperavit. Et
ideo Augustinus dicit quod surgens co
minatus est vento et dixit
mari tace obmutesce. que locu
cionis forma imperiosam potestatem
in sic loquente designat. Unde
Beda dicit etc. ex hoc loco intel
ligimus quod omnes creature se
ciant creatorem quibus enim
imperavit senciunt imperantem
Cum ergo ventis et mari imperat
potenciam se super creaturas habere
demonstrat. Et quoniam huius po
tenciam optime declarat virtuosa
efficiencia. Ideo describit euangelista
efficienciam virtuosam. cum addit
Et facta est tranquilitas magna
in mari. ut enim per effectum
cognoscatur causa ille de quo per
psalmistam dicitur Tu dominaris potestati
maris motum autem fluctuum
eius tu mitigas. prius excitavit
magnum motum in mari postea
in eodem magnam tranquilli
tatem efficit ut et magnus
cognoscatur qui tam magna
efficeret. Et discipuli de magno
timore ad magnam fiduciam
ducerentur. unde Origenes. de magno
vento facta est magna tranquil
litas. decet enim magnum magna
facere. Et ideo qui prius mag
nifice conturbavit profundum
maris tunc iterum tranquilli
tatem magnam fieri iussit
ut discipuli nimium conturbati

magnifice letarentur. Ubi etiam
iste mirabilis effectus per effi
cienciam virtuosam declarat po
tenciam imperiosam. operari enim
ex imperio solius precepti naturales
effectus et cum hoc facere eos
taliter quod illo modo non consuevit
creata potencia tales effectus produ
cere nec potest. optime arguit potenciam
imperantis. Et hoc modo fit tranquil
litas maris a christo solo verbo
imperantis. nam tranquillitatem
fieri post tempestatem maris
tali modo quod cesset tempestas
et paulatim tranquillitas inducatur
hoc est opus nature. Sed post magnam
tempestatem fieri maximam
tranquillitatem hoc non est natu
ralis virtutis. Et quoniam christus
solo verbo predicto modo tranquil
litatem induxit ideo per opus eius
potenciam potuerunt cognoscere
qui viderunt. Unde Crisostomus in omelia
in hoc etiam ostenditur quod omnis
confestim soluta est tempestas
et nec semita turbacionis re
mansit quod quidem contrarium erat
Cum enim naturaliter fluctuacio
terminatur usque ad multum temporis
aque currerunt sed hic simul
omnia solvebantur. Unde quod de patre
dictum est dixit et stetit spiritus
procelle. hoc christus opere implevit
solo enim verbo et precepto
mare sedavit. Ultimo describit
evidenciam prodigiosam. Quia
homines cum vidissent mirati
sunt dicentes. Qualis est hic
quia mare et venti etc. Dormiebat
enim figura humana et navigium
ipsum indicabant esse hominem
aliis hominibus similem et conformem

Sz imperium verbi et obedienciam
creature sue excellenciam testa
bant. Ex nouitate igitur excellencie
in virtute hominis apparente homines
temporem mirauerunt et non con
prehendentes latentem diuinitatem
in ipso admirabantur dicentes.
Qualis est hic. ac si diceret secundum
Orig. Quantus est hic quam forte
quam magnus. Iubet enim creature
et non supergreditur iussionem
eius. Sed attende quod obediencia est
altius creature hominis inobedienciam
iuste condempnat. nulla enim
alia dei preceptum transgreditur nisi
voluntas humana et forte angelica
dampnata. Et ideo soli homines
mali et pariter demones dampna
buntur ut qui noluerunt sponte
obedire imperanti inuiti subsint
iusticie punientis. Dicit autem homines
mirati sunt. Et non dicit discipu
los admiratos. quia cum discipuli
ex prius visis mirabilibus cogno
uissent in christo naturam diuinitatis
non erat eis occasio noua admi
racionis videre quod mare et venti
christo imperanti parerent. Nautis autem
et alijs qui preter apostolos erant
in naui. hoc nouum esse potuit
Et ideo de talibus videtur euangelista
dixisse cum ait Vere homines
mirati sunt. Et hoc est quod dicit
Beda super matheum. non discipuli
sed naute et ceteri qui in naui
erant mirabantur et de eius
cui ventus et mare obedirent
potestate dubitabant. Et cum eo con
cordat Orig. dicens. Sed qui
homines mirati sunt ne putes
hoc apostolos signatos. nusquam
enim inuenimus ~~post honorem~~ hoc
cognominari domini discipulos
sed semper aut apostoli aut disci
puli nominantur. mirabantur ergo
hij homines qui cum eo naui
gabant quorum erat nauicula.
Si autem ipsi discipuli cum ceteris
admirati sunt de tam imperiosa
christi imperantis et de tam celeri
ac insolita obediencia maris
obtemperantis tunc merito no
minantur homines. quia eorum ani
mum humana naturam ad christi
perfecte de christo senserant. Et
ideo predictus Beda ubi supra
subiungit. Si autem quis con
tenderit se voluit eos qui mira
bantur fuisse discipulos dicen
dum eos recte homines appellatos
qui dum nec potenciam nouerant
salvatoris sui perfecte
quam ipsam cognoscerent semi
plene hec de literali exposicione
sufficiant. Mistice autem
post hystoria precedens euangelium allegorice
exponi de statu ecclesie
primitive in apostolis inchoate christo
adhuc existente in mundo. 2o. de uniuersa
totius ecclesie militantis. Et moraliter
ad nos informandos.
Quantum ergo ad statum ecclesie
primitive christo adhuc viuente
nichil melius significatur per
nauiculam quam crux christi. sicut
dicit Beda super matheum et
super lucam. De cruce autem
super qua debemus ipsum imi
tari. ipse christus dicebat discipu
lis. Qui vult venire post me

abneget semetipsum et tollat
crucem suam et sequatur me
Ascendente ergo xpo in naviculam
i. appropinquante ad mortem quam
pertulit in cruce secuti sunt eum
discipuli per eius imitationem
Et ecce motus magnus factus
est in mari quando xpo detento
et ad passionem deducto motus
magne perturbationis factus est
in cordibus discipulorum et omnium
fidelium qui tunc xpo adherebant
in tantum ut ecclesia periclitaretur
et pene deficeret. ipse autem tunc
dormiebat scilicet dormitione sompni
corporalis mortis in qua per
triduum in sepulchro quasi in
puppi super cervical tranquille
pausationis dormivit. sed disci
puli querentes et desiderantes
resurrectionem eius videre. quasi
ad ipsum accedentes ipsum sus
citasse dici possunt eo quod eum
resurrexisse predicaverunt. et
annunciaverunt. Tunc surgens.
quia resurgens a mortuis imperavit
ventis dubitationum et mari
tribulationum atque tristiciarum et
sedata dubitatione atque expulsa
tristicia facta est tranquillitas
magna eo quod magnum gaudium
et magna consolatio tunc in cor
dibus fidelium est reducta sed
increpavit paucitatem fidei qui
estimabant se visum videre
post veram resurrectionem dixit
videte quia spiritus carnem et ossa
non habet sicut me videtis habere
Et iterum videte manus meas et
pedes meos. Et iterum apparuit eis
et increpavit incredulitatem cordis

eorum quia hiis qui viderant
eum resurrexisse a mortuis non
crediderant. Et iterum dixit illis
duobus discipulis euntibus in
Emaus. O stulti et tardi corde
ad credendum in omnibus que
locuti sunt prophete omnia predicta
et similia in hiis verbis prefigu
rata sunt quibus nunc dicitur
quid timidi estis modice fidei. Sed
homines mundani videntes tranquil
litatem datam ecclesie per mira
cula que in nomine xpi fiebant
post resurrectionem eius mirati
sunt dicentes. Qualis est hic
xpus qui resurrexit a mortuis
quia venti hoc est creature supe
riores et mare hoc est creature
inferiores ad invocationem eius
nominis inclinantur et per quos
ad xpi fidem atque reverenciam sunt
adducti. Secundo potest allegoria assu
mi ad statum ecclesie militantis in processu
hoc modo. Navicula est ecclesia
in qua xpus ascendere dicitur
quando per fidem in ea versatur
Sequuntur eum discipuli continue
quando catholici eius xpo per eandem
fidem inseparabiliter adherent
Sed interdum xpus obdormit quando
ad tempus ipsam ecclesiam tribulari
permittit Ita quod venti doctrinarum
et opinionum falsarum et mare
persecutionum mundanarum maxime
quando excitantur principes contra
naviculam faciunt tempesta
tem tam validam ut ecclesia videatur
subingi. Sed fideles in ea existentes
ad divinum auxilium recurrentes
quasi dormientem xpum excitant
dicentes. Exurge domine adiuva

nos et libera nos propter nomen
tuum. Christi consurgens in auxilium
fidelium impio verbi sui tamquam ventos
falsae doctrinae et procellas inundationis
inundationum perturbationum salus
redarguit modicitatem fidei illorum
qui dubitabant ecclesiam in talibus
posse deficere. Redactis igitur ad
nihilum igitur ad nihil persecuto-
ribus eius nihil aliud restat
nisi ut carnales homines admi-
rentur quod subito de tantis persecu-
toribus ecclesia eruatur ad portum.
Moraliter autem navis est
quaelibet anima quae idcirco ymago
dei est quia capax eius. In quam
Christus ascendit quando per caritatem
habitans in ipsam per mare huius
saeculi facit suos fideles transire
ut perveniant ad portum salutis
sed interdum permittit ad tempus
animam ventis temptationum
concuti undique adversitatum impelli
intantum ut videatur homini
iusto quod sine dei adiutorio pereat
et in temptationibus paene deficiat
in perturbationibus autem frangatur
quo tempore Christus interdum dis-
simulat et differt adiuvare ut
eius amicus probetur. Ita quod
talis permissio est quasi quaedam
dormitio. Alacriter ergo ac fidenter
anima debet ad Christum recurrere
ut in temptationibus subveniat
et in tribulationibus succurrat
ac si tunc cum psalmista dicat. Exsurge
quare obdormis domine, exsurge
ne repellas in finem, quare fa-
ciem tuam avertis. Ps. xliii. Et
tunc ipsa perseverante in precibus c.

bus incussionis sive verbo correptio-
bus aspirationis afflatu vel
divino [?] defensionis auxilio omne
quod molestat continuo tranquillat.
Nihil aliud in tali anima repre-
hendendum censebit ~~[illegible]~~ nisi con-
fidentiae paucitatem sed admira-
tus omnes cogitationes suas
dubie prius sensuales perinsque [?]
diffidentes admirationem potius
quam pavorem mererent de tam
prompto et efficaci auxilio et
quadam novitate tanti praesidii
inducerentur confiteri quod Christo imperanti
obediunt et mare periculosum
id est huius saeculi tempestates
et venti temptationum quae
malignis spiritibus suggerentibus
excitantur.
b Simile factum est regnum
caelorum homini qui se-
minavit bonum semen in agro
suo. Matthaei xiii. Status ecclesiae
qui peregrinatur in terra in multis
assimilatur statui qui regitur
in ordine et regimine civitatis.
Videmus autem in regimine
civitatis rectores ipsius
et leges primo procurare
concordiam et bonam volun-
tatem civium. 2° praecavere
pericula quae possint accidere.
3° suadere mutuam supporta-
tionem offensarum et patientiam.
4° emendare dissensionem [?]
qua diligenter cognoscantur
condiciones civium. Quinto
longanimiter supportare quosdam
defectus propter maius bonum
quod inde elicitur vel propter

aliquorum confusionem qui fi
naliter redundabunt ad bonum
et electos per iusticie equitatem
dare domanonem quam meruit. Octo
igitur sex predicta ritus in
predicta parabola ostendit sex sollicitudines
nominantes ecclesie fidelium in hoc
mundo quarum prima est bona
voluntas. 2a est sollicitudinis
cautela. 3a est supportacionis
paciencia. 4a est discrecionis
diligencia. 5a est longanimi
mitatis tollerancia. Ultima
est retribucionis iusticia. Et
hec sex quedam glosa insinuat
que in principio huius ewangelii
ponitur sub hiis verbis. Ecce
bonam voluntatem et cautelam
et pacienciam et discrecionem
et longanimitatem et iusticiam
cum ergo predicta ewangelium illud di
viditur in sex. Primo ostendit
quomodo deus in homine semina
rium bone voluntatis plantat
Simile factum est. 2o quomodo
incautele negligencia pariat
Cum autem dormirent homines
3o quod defectum alterius suppor
tare conveniat. Accedentes autem
servi. 4to quod indiscrecio sinan
cio sapiat. Servi autem
dixerunt ei. 5to quod longanimi
tas usque ad tempus multa
supportat. Sinite utraque etc. 6o
quod iusticia ordinate remunerat.
et in tempore messis etc.
Primo ergo ostenditur quomodo
deus in homine seminarium bone
voluntatis plantat quod premittit

Simile factum est regnum celorum
sive autem per regnum celorum
intelligitur presens ecclesia sive humana
natura que ad consequendum regnum
celorum condita est convenit
dicitur factum esse quia quod ecclesia
presens sit per fidem congregata
Similiter quod natura humana
sit ad celorum regnum ordinata
hoc factum est ab illo qui et
illam congregavit et istam
creavit. Et quoniam idem per
quem utrumque factum est se
deus sua benignitate utrobique indidit
semina bone voluntatis et prima
recte vivendi ac fructum spiritua
lem germinandi Ideo dicitur filius
hominis qui seminavit bonum semen
in agro suo. ut per hominem
intelligamus benignitatem illius
de quo dictum est per psalmistam
Et homo factus est in ea. et
ipse fundavit eam altissimus
per semen seminatum in agro
autem intelligamus naturale indicia
torum in humana natura
originaliter seminatum et recti
tudinem fidei in ecclesia inspira
tam de utraque enim potest intelligi
illud quod dicit dominus Jeremie 2o. Ego pla
tavi te vineam electam omne
semen verum tam enim naturale
indicatorum quam dictamen fidei
verum est semen quia ad
veritatem vite aspirat. et
veritatem eandem producat
Secundo describitur quomodo in
cautele negligenciam pariat
cum additur Cum autem dormirent

homines etc. / ubi introducuntur primo
negligentia presidentis cum
autem dormirent. 2o malitia
invidentis. venit inimicus eius.
3o astucia decipientis. et ma abiit
Et abiit. 4o evidentia operis appa
rentis. Describitur ergo primo
negligentia apparenter presidentis
sub hiis verbis. Cum aut dor
mirent homines i. cum negli
genter agerent prelati ecclesie
vel dormitionem accepissent
boni pastores ut apostoli et alii
doctores. Sicut enim dormicio
reddit hominem insensibilem
respectu eorum que circa ipsum
aguntur sic negligentia presidentis
non permittit ipsum percipere ea
que possunt inficere sub. sub
iectos homines ergo dormire
est prelatos ecclesie qui ad custo
diam vocati sunt negligentia
et inhercia torpescere dissimiles
autem sunt tales illis pastoribus
de quibus dicitur luce ii. Et
pastores erant in regione eadem
vigilantes et custodientes vigi
lias noctis supra gregem suum
et illi de quibus psalmista dicit Ecce
non dormitabit neque dormiet
qui custodit Israhel. vel aliter
potest intelligi ista dormicio. homo
enim differt a ceteris animalibus
intellectu et voluntate propter quod
ergo bonum semen. scilicet virtutum
de naturalis iudicatorii in corporibus
cordibus hominum seminatum fuit
ut bona inspiratio divinitus
infusa diligens cautela debet

haberi ab ipsis hominibus per
intellectum et voluntatem
ne per negligentiam ubusque
fructus impediatur boni seminis
complantati. Si enim ille dum
ponere animi circa verum et
bonum opinionem dormiant
verificatur de hominibus illud
psalmi. dormierunt somnum
suum et nichil invenerunt
omnes viri divitiarum in
manibus suis. Nec solum
impeditur fructus per negli
gentiam superdictam. verum
etiam habet in agro ecclesie
vel in agro cordis nec locum
malitia invidentis de quo subditur
venit inimicus eius et super
seminavit zyzania in medio
tritici. Iste autem inimicus homo
qui seminavit malum semen
tam in ecclesia quam in corde humano
dyabolus intelligitur qui adversari
nititur cuilibet disposicioni
divine sicut enim inimicos
constituit diversitas volun
tatum. ita deo facit inimicum
dyabolum perversa voluntas. qua
contra dei voluntatem voluit
sine meritis dominari qua
etiam nunc conatur divinis
disposicionibus contraire. propter
quod salvator ipsum inimicum
congruentissime nominavit. tali
quippe nomine. luce x. Ipsum
nominandum censuit. quando
super eius virtutes discipu
lis contulit potestatem dicens.
videbam sathanam sicut fulgur

de celo cadentem. Ecce dedi
vobis potestatem calcandi super
serpentes et scorpiones. et
supra omnem virtutem
inimici etc. Sic igitur inimicus
dei dyabolus est qui extollitur
et adversatur contra omne
quod dicitur aut colitur deus
hoc autem facit propter
maliciam mordentem. Unde
cum dicit. Et abiit describitur
astucia sapientie istius.
cum abire non sint iusti quod
astuta subtractio qua desinit
ad tempus persequi fideles
in ecclesia quasi occultans
suas malicias. vel qua desinit
temptacionibus molestare
homines in quorum corde aliquam
malam suggestionem latenter
immisit. ut illa tanto dulcius
admittatur quanto pauciores
molestias consciencie in prima
facie videtur inferre. Similiter
enim sepe facit dyabolus tam
in ecclesia quam in corde humano
In ecclesia quidem zyzania
erroris vel dissensionis se-
minat. sed tamen illam sic
seminatam permittit latentem
occultam ut accepta oportunitate
fortius convalescat. Celato
enim talia minus cognoscitur
tanto magis augmentum sumere
possunt propter moram cautelam.
Similiter in corde hominis
aliquando sue suggestionis
zyzania superseminat hostis
antiquus quo facto desinit
ad tempus alias temptaciones
immittere ut quanto ipsa minus
mala perpenditur tanto latencius
effectus illius crescat. Sic igitur
abire est sue malicie occultare
sementem. Deinde cum dicit
Cum autem crevisset herba
etc. describitur evidencia pullu-
lantis vel operis apparentis. Ubi
sciendum est quod incrementum
et fructus boni operis habitus
est opera recta. Et ideo habitus
fidei tunc crescit et fructificat
quando per ipsam facit habens
operaciones virtutum. Sic enim
dicitur fides viva. Aliter quando
operatur per dilectionem. Et ergo
dicitur mortua quia non sibi
videntur virtutum opera sicut
dicitur Jac. 2. Fides sine operibus
mortua est. Crescente itaque
fide in fidelibus per bona opera
et fructum facientem virtutum
apparent hii qui per errores
fidem habent corruptam ut
sic cum tritico simul zyzania
ignota fiat. quando in similitudine
herbarum et ostensionum
dissimilitudo apparet intelligencie
et operacionum nam zyzania
que in herba primula sunt multam
habent similitudinem cum tritico
sed incremento et fructu cito
discrepant a frumento. Sic et
omnes heretici aliquam induunt
similitudinem sanctitatis vel
veritatis cum fide. In processu
autem sue assercionis etiam

fructu sive operacionis apparet quoniam
a rectitudine fidei sint difformes
unde glosa inter. Cum autem
crevisset herba .i. proficeret
et fructum fecisset .i. bone spei
opera inciperet apparuerunt zyza
nia .i. manifestaverunt se here
ticorum dogmata. Aliter autem
potest huiusmodi evidencia intelligi cum
dicitur. Cum apparuisset herba
etc. In principio quidem fidei inspirate
vel gracie infuse adhuc non est
homo perfectus in tali gradu ut
possit dici spiritualis ut discernat
ea que palliant se sub colore
virtutum. Sed quando fides et
gracia in ipso sumpserint incremen
tum et fructum boni operis pro
duxerint in eodem tunc fit homo
spiritualis et spiritualiter iudicans
omnia propter quod tunc discernit
errores a fidei sinceritate et vicia
a virtutum sanctitate. Et hoc
est quod dicit augustinus. Cum
autem crevisset. etc. id est spiri
tualis esse cepit tunc iudicat
omnia. Et ideo ei apparent erro
res. Discernit enim quicquid audi
erit aut legerit aberrare a
regula veritatis. Sequitur tercia
pars principalis. Accedentes
autem servi etc. In qua ostenditur
quomodo aliorum defectus patienter
supportare conveniat. In hoc enim
quod paterfamilias audivit superseminata
zyzania nec tamen exarsit in
iram sed patienter tolerat quod dis
plicet dicens. Inimicus homo
hoc fecit docuit pacienciam
per quam aliorum supportetur

defectus. Et hoc est quod dicit
glosa. Tanta paciencia non cum
audito dolore exarsit in iram
nec mox evellere voluit. ita
et nos leges patienter sufferamus
dicit ergo accedentes autem
servi. Ad cuius autem eviden
ciam sciendum est quod vera pa
ciencia aliorum defectus et
malicias sic supportat ut relin
quat eas iudicio superioris dili
genter querat motiva et causas
peccatorum. Admiretur unde potue
rint ad effectum produci. et
inquirat instrumenta quis predictorum
sit auctor. Tria predicta igitur
Primo introducitur arbitrium
superioris. cum dicitur accedentes.
autem servi patris familias
scilicet ad ipsum patrem tamquam ad su
periorem innuerunt quod cognoscant
2o adiungitur examen discussi
onis. cum dicitur domine
Nonne bonum semen seminasti
in agro tuo tuo. Voluit enim
scire actorem antequam iudicent
aliquem transgressorem iuxta
dictum sapientis Eccli. xi. Priusquam
interroges ne vituperes quemquam
et cum cognoveris etc. 3o additur
signum admiracionis cum subditur
unde ergo habet zyzania ad
miratur enim fidelis et pius
unde potuit quisquam habere
maliciam tamen de quolibet velit
bonum sentire. sed ~~[illegible]~~ non
omnes recta regule conformantur. 4o inquirit dampna
tum instrucionis. Et ait illis
inimicus homo hoc fecit

Ideo sequitur quod actor quippe
principalis omnis erroris atque
malicie dyabolus est. Si ergo
per bonum semen intelligatur
sana doctrina fidei in agro ecclesie
seminata per christum. dyabolus qui est
inventor erroris et false doctrine
recte dicitur inimicus quasi di
cta aqua recedit contradicens
Si autem per bonum semen
intelligamus bonam disposicionem
inspiracionis divine vel naturale
indicatorum in agro humani
cordis a deo originaliter seminatum
etiam sic dyabolus est inimicus
quia inventor omnium malarum
affeccionis mittit prava desi
deria in humanis cordibus seminare
Sic igitur omnis veritatis atque
sanctitatis inimicus describitur
quando dicitur Inimicus homo.
hoc fecit. Pro tanto autem
additur homo pro eo quod quasi
amicabilem apparenciam pre
tendens sub specie boni apparentis
perfeccionem hominis mittit adversari
vel ideo quod in Iohannis dicitur
inimicus homo quia contrariando
ipse deo deus esse desiit ad infe
riora deiectus de quo post christum
depicture dicens. [illegible] due
non constituitur homo. Sequitur
causa post principalis eiusdem. Servi
autem dixerunt ei etc. In qua
ostenditur quod indiscrecio sentenciam
actio precipitat. Et ideo hic docetur
discrecio. potest enim fieri ut boni
viri ex zelo iusticie minus
discrete moveantur contra malum
ex quo post eius subvertitur voluntas

ut homines qui erroribus impli
cantur vel qui bonum commune
perturbant. vel qui religionis
christiane dissipant honestatem
tollantur de terra quos oportet
discrecionem docere ad quam non
melius perducuntur quam si dei
sapienciam et voluntatem requirant
et hoc est quod continetur in hac parte
notatur in qua Primo introducitur
zelum bonorum divinam iusticiam
consulentem sibi. Servi autem
dixerunt ei. Secundo adiungit
dei consilium discrecionis pro
videnciam docentem. Et ait Non
etc. Introducatur ergo primo zelus
bonorum consulens dei iusticiam
hii enim boni servi sunt quibus
est tanta cura de semine veri
et sanctitatis ut velint evellere
omnia que possint fructum
seminis impedire. Et ideo volunt
evellere zyzania. non quidem
ut ipsa conburant sed ut bona
semina non impediant. In cuius
signum desiderant ire et colli
gere ea. ire quidem per diligenciam
sed colligere per disciplinam.
Sed quoniam in hoc desiderio et
pio affectu nolunt precipitanter
facere [illegible] ideo domini volun
tatem interrogant dicentes. Vis
ac si dicant in nobis est promptitudo
extirpandi ea que efficaciam
boni seminis impedire cognoscant
tamen in hoc nostro desiderio
tuam voluntatem pro regula
nobis constituimus operandi. Sed
quoniam deus pacienter expectat
eciam illos qui sue fidei adversantur

Ideo eius consilium discrecionis
providenciam docet fideles dicens
Ne forte colligentes zyza
nia eradicetis cum eis simul
et triticum. Ex quo datur intelligi
quod deus malos expectat dans
eis locum penitencie. Et michi
sicut dicit Jeronimus. Caveamus
ne cito amputemus fratrem.
quia fieri potest ut ille qui hodie
noxio dampnatus est dogma
te cras resipiscat et defendere
incipiat veritatem. Aliter eciam
secundum augustinum potest intelligi. Ne forte
colligentes zyzania etc. Aliquando
heretici scismatici vel alii peccatores
in ecclesia habent aliquos defen
sores qui eis faventes ex sim
plicitate vel amicicia vel alia
racione non mala. ipsorum tamen
malicie non favent sed tantum
personis. Si ergo quis eosdem
hereticos vel scismaticos evellere
publicum sinum velit. et peri
culum ergo scandali immineat
inter bonos tunc dicatur contra
verbum predictum. scilicet ne forte
colligentes zyzania etc. id est
ne tollendo vel precidendo pu
ses scandalum et divisionem
ponatis inter electos. Sciendum
autem quod aliis modis potest hoc
quod dicit salvator intelligi. scilicet
ne forte colligentes zyzania.
Primo sic per zyzania intelliguntur
heretici. per triticum intelliguntur
electi. Prima ergo multi heretici
occasionaliter fuerunt materia
bonis exercendi virtutis ideo

fuerunt eis occasio ut eorum
triticum deprecatum et sic si
ante tempus fuissent ab
ecclesia precisi electi non pro
fecissent ad statum tam perfecte
virtutis ac per hoc triticum
fuisset quodam modo eradica
tum. Secundo potest intelligi de qui
busdam quos deus ad fidem
suam adduxit ministerio heretico
rum. Quidam enim primo
conversi per illos qui sub specie
sanctitatis perversam habent
doctrinam antequam ab eis in
occultis predicantur doctrina
non sana vel de hoc seculo
rapiuntur vel ad manus deve
niunt vere fidelium quorum
iniciis non sinuntur errare.
Si ergo ante talium conver
sionem illi heretici fuissent
ablati de medio tales qui
ad triticum pertinent forte non
pervenissent ad fidem. Tercio sic
per triticum non inconvenienter
intelligitur verbum sacre
scripture quia ergo doctrina
et vita hereticorum sunt magis
motivum exponendi dubia scrip
turarum. Ideo si tales fuissent
collecti id est de ecclesia statim
expulsi triticum sacre scripture
ad maturitatem exposicionis
debite non venisset. Sicut eciam
paulus dum erat zyzania
fuisset de mundo ablatus vel
multi heretici eius tempore et
de ecclesia precisi non haberemus
doctrine eius triticum tam.

vocandum quod sic intelligitur inter
triticum et zyzania que lingwa
latina vocatur lolium magna
est similitudo in tantum ut usque
fructificat spicam vix discernatur
utrum. Si ergo sine discretione
debita propter leves suspiciones
debeat quis eradicari contingeret
ut interdum bonus et fidelis
credatur malus et hereticus
ac sic eradicaretur. Ultima ratio
potior est illa que tacta est
supra et ex dictis Jeronimi con
firmata quam etiam augustinus
approbat de questionibus evangeliorum
dicens: forte simul eradicatur
triticum cum evellentur zyzania.
quia multi primo zyzania sunt
et postea triticum fiunt qui
nisi patienter cum mali sint
tolerentur ad laudabilem mutacionem
non perveniunt. Itaque si evulsi
fuerint simul eradicatur et tricum
quod futurum esset si eis parceretur.
Expectari ergo per longanimi
tatem debent prout fas usque ad
debitum tempus commutandi
vitam. Et ideo sequitur quinta
pars principalis. Sinite utraque
crescere usque ad messem. In
qua ostenditur quod longanimitas
usque ad debitum tempus multa
supportat. Potest autem per
messem intelligi duo modo.
disposita multitudo ad credendum
sicut dicitur Jo. v. levate ocu
los vestros et videte regiones
quia albe sunt iam ad messem

hoc est corda hominum disposita
sunt ad fidem. Eodem modo
accipitur et Mathei x. messis quidem
multa operarii autem pauci roga
te ergo dominum messis ut mittat
operarios in messem suam. Alio modo
accipitur messis pro quadam ma
turitate in qua fructus evidenter
apparens expressam noticiam
de radice. In hoc enim differt
fructus messis ab herba quia
messis dicitur quando pervenit
ad maturitatem fructuum et
spicarum. herba vero quando
ante fructum pullulat et virescit.
Dimittuntur ergo zyzania cum
frumentis crescere usque ad mes
sem id est per longanimitatem permit
tuntur veri et falsi christiani fi
deles et heretici occulti crescere
usque ad messem scilicet usque ad evi
dentem et manifestam operacionem
ut visa fructu clarius operum
ab hominibus discernantur. vel
per eradicacionem alicuius de quo
malum suspicatur triticum evel
latur id est bonus aliquis aliter
quam requirant merita iudicetur.
Alio modo per messem potest intel
ligi dies iudicii in qua reprobi
colligentur ad penam et electi
congregabuntur ad gloriam
Et quoniam tunc erit tempus
iusticie retribuentis. Dimittuntur
quousque finitum est ideo sequitur ultima
pars evangelii. Et in tempore
messis dicam messoribus. Col
ligite etc. ubi ostenditur quod iusticia

dei congruenter connumerat
Circa quam oportet videre tria
congruenciam ministrorum suf-
ficienciam et iudicandorum
reatum. Temporis quidem con-
gruenciam cum dicit in tempore
messis. Sicut enim tempore
maturitatis messium non expec-
tatur amplior fructus a radice
quasi parata est in tinis sui
fructus. Ita tempore iudicii fi-
nalis vniuscuiusque vel omnium
iudicandorum non expectatur
aliquis fructus a radice volun-
tatis. Et ideo per tempus
messis congruenter significatur
tempus iudicii. Iuxta illud quod
dictum est Iohelis iii. Consur-
gite et ascendite gentes in
vallem iosaphat quia ibi se-
debo ut iudicem omnes gentes
in circuitu. Mittite falces quia
maturauit messis. Ministrorum
autem sufficienciam oportet
videre cum adiungitur. Dicam
messoribus. Isti enim messores
illi angeli sunt quorum ministe-
rio mali in die iudicii colligentur
iuxta illud Mt. 13. Mittet
filius hominis angelos suos
et colligent de regno eius
omnia scandala. Quod autem
per tempus messis dies iudi-
cii per messores angeli intelli-
debeant ipse saluator statim
exposuit Mathei xiii. Messis
inquit consummacio seculi est
messores autem angeli. Vltra

oportet videre iudicandorum
reatum qui manifestatur cum
concluditur. Colligite primum
zyzania et alligate ea et cetera.
Vbi primo reprobi distincte
colliguntur. Colligite inquid
primum zyzania. Secundo per
fasciculos distinguntur. Et
alligate ea fasciculos. Tercio supplicio
exponuntur quia ad comburendum.
Primus autem colliguntur ut electi
non timeant cum eis cum eis
involui penis quorum consen-
serunt factis et eciam ut
eorum videant punicionem sen-
tenciam quorum prauitates
supportauerunt paciencia. Secundo
per fasciculos distinguntur ut
sicut diuersitatem habuerunt
dogmatum sectarum et erro-
rum atque prauitatum ita dis-
tinctis et diuersis suppliciis
puniantur. Sed tamen quia
in dispari pena pro eo idem
insensibilitatem instare. ideo
adiungitur supplicium quod generale
exponitur. Scilicet igne ad com-
burendum. Postremo quoniam
hii qui paciencia discrecionem
et alias virtutes tollerauerunt
multas afflicciones quasi fu-
erunt in mundo dispergendi
propter vnitatem vnitatis et pacis
sunt ad vnum primum reducendi
cendi et in vnitate felicis
consorcii congregandi ideo adiungitur
Triticum autem congregate in hor-
reum meum. Ad quod nos perducat
dignetur Christus ihesus q. e. b. in s. b. amen

Simile est regnum celorum
homini patrifamilias etc.
Matthei xx. In rebus que nobis
note sunt hoc videmus esse
commune quod amor est causa solli
citudinis ita quod amans consuevit
provocare dilectum ad opera
meritoria et hoc dico de amante
ex dilectione sincera. ad talia
vero opera provocat et inducit
quia optat dilecto premium
quod acquirit ex meritis. et ideo
magis optat eidem premium
tamquam principale. Sed quoniam
ad sollicitudinem operis exequendi
meriti contingit premium. Licet
quis quis pauper aut vel sancte
premio nullatenus fiat. Secundo
signum est amantis sollicitu
dinem incitare ex timore. Deus
igitur conditor noster liberali
amore nos diligit ideo ad opera
meritorum genus humanum omni
tempore omni etate ante
legem induxit et ut fortius
animaret ad opus premium
cuilibet bonum operanti promisit
Sed ne quisquam negligeret
bene operari timorem finalis
sententie semper incutere
studuit. Et hoc est quod pater
ambulans fieres plane scitule
videtur in qua radix amoris
tamquam radix divinorum
operum circa electos sumitur
cum deus noster patrifamilias et
pater. Pater enim proprium
est amari et amare et omnia
circa filios ex amore operari quod
igitur deus ex amore sincero
nos tamquam filios diligit hinc
est quod de nobis sollicitam curam
gerens nos ad bonum opus invitat
et consideratione premii ad meri
torias actiones nos provocat
et ex timore finalis sententie
nos sollicitos reddere procurat que
tria in presenti evangelio continentur
cum dicitur. Simile est regnum
celorum homini patrifamilias etc.
In quo describitur primo solli
citudo divina nos invitans ad meritu
virtuosum. 2º divina munificentia
nos vocans ad premium glorio
sum. 3º divina iusticia nobis
pronuncians iudicium formido
losum. 2a pars ibi Cum sero
autem. 3a ibi Et accipientes
murmurabant. Vel aliter
aliquando desinit homo bene
operari quia non habet qui provocet
ipsum ad opus. Aliquando vero
quia licet habeat provocatorem
ad opus tamen non sperat bonum
premium de labore. Interdum
vero operari negligit quia iudi
cium non formidat quo iudice
bene operantes premiabuntur. et
accidiosi premio frustrabuntur.
Salvator igitur noster volens
insinuare quod negligentia bene
operandi ex nobis provenit non
ex deo in presenti parabola demonstrat
quod deus noster ad hoc nos invitare
numquam destitit invitando ad opus
promittendo premium bene

operantibus et comminando omnibus
iudicium quo electi a reprobis
discernentur. Et secundum hoc predictus auctor
ponit partes tres. In quarum
Prima ostenditur divina providentia
communiter nos invitans ad vitam
in presenti. In secunda divina clementia
habundanter nos vocans ad premium
cum fero. In tertia divina iustitia
discernens extremum iudicium. Et acci-
pientes exordium ad primam partem
sciendum est quod aliqui vocantur
ad exercitium boni operis ex promis-
sione certi et determinati premii
tamen autem ex promissione
non certi premii sed tamen cogunt
ex iusta. Aliqui vero sub nulla
premii promissione vocantur
ad opus non tamen sine aliqua
spe recipiendi aliquid premii de
hac nulla mentio facta fuit
a domino qui eos ad opus invitat
Et hoc triplici modo describit
salvator homines invitari a deo
ad opus vite et virtutis. Nam
manifestat enim primo qualiter aliqui
ad hoc invitantur sub certa promissione
premii in presenti. 2º qualiter alii
sub iusta retributione. Et agitur
sub certa horam. 3º qualiter alii
absque omnimoda pactione. Circa primum
vero excipit. Dicit ergo primo
Simile est regnum celorum
etc. ubi audit quod aliqui invitantur
ad exercitium boni operis sub certa
promissione premii in qua parte
premisso statu militantis ecclesie
sub similitudine regni celorum.
Primo attingit invitantis cle-
mentiam in nomine patris fami-
lias. 2º eius diligentiam in sol-
licitudine matutina. Tertio

etc. 3º modi convenientiam qua
sub certa conventione denarii diurni
premittat. Quo statum ecclesie que
est in hac vita sub similitu-
dine regni celorum dicens. Si-
mile est regnum celorum id est
militantis ecclesie decursus et
status in sacro quidem autem
nomine regni celorum interdum
datur intelligi status ecclesie
triumphantis ut Matthei v. Beati pau-
peres spiritu quoniam ipsorum est
regnum celorum et hic status
pro tanto dicitur esse regnum
celorum quoniam beati regnabunt
in celo cum christo quando erunt
in statu illo. Aliquando autem
nomine regni celorum datur
intelligi sacra scriptura ut Matthei
xxi. auferetur a vobis regnum dei
celorum et dabitur genti facienti
fructum eius. Et hoc idcirco
regnum celorum dicitur quia in
eo continentur documenta precepta
exempla et monita quibus
mediantibus potest deveniri ad
regnum celorum. Aliquando
vero nomine regni celorum
presentis temporis ecclesia designatur
ut Matthei xiii mittet filius hominis
angelos suos et colligent
de regno eius omnia scandala
teste glossa in omni. In illo beati-
tudinis regno in quo pax summa
est inveniri scandala non po-
terunt que colligantur oportet
ergo nomine regni istius in quo
scandala sunt presentem ecclesiam
designari que pro tanto regnum
celorum dicitur quia christus in ipsa est

concessum homini facere opera meritoria quibus premerentibus proueniat ad regnum celorum de quibus operibus tota presens parabola est contexta. Merito enim dicit patrisfamilias adiungit clemenciam inhabitantis. Non enim ex alia causa quam ex sola clemencia prouenit ut deus noster qui nullo bono sue creature indiget ut ex eodem bono ipsius creature aliquid acquirit tantum curam habeat de eius merito et profectu quantum habet paterfamilias de domesticis suis. Et ideo recte patrisfamilias similitudinem deus dicitur noster tenere. Quoniam sicut dicit Augustinus in cura electos suos in hoc mundo sic possidet quasi subditos suos in domo. Aliter etiam clemencia nostri saluatoris hic loco describitur. Sicut enim tactum est supra. Proprium est patris omnia circa filios ex amore operari. quia ergo saluator noster creaturam uniuersaliter mat'e tolem ex amore gubernat ideo nomine patris familias conueniencius exprimitur. Sicut enim paterfamilias ex dilectione remunerat illos qui in domo sua semper ei obedienter seruiunt et eodem amore castigat eos qui sunt sue voluntati rebelles. Et etiam ex eodem prouocat desides ad exercicia studiosa. ita conditor noster angelos tamquam sibi obedientes remunerat. demones tamquam voluntati sue contrarios castigat. homines

vero qui in hoc mundo sunt ad opus bonum inuitat. Et quia hec omnia perficit ex ordinato amore. ideo conuenienter dicitur paterfamilias tocius mundi quasi sue proprie domus. Et hoc est quod dicit Crisostomus super Matheum. Homo paterfamilias Christus est cui celi et terra quasi una domus est. familia autem celestium et terrestrium et infernorum creaturarum. et sic habemus patrem familias qui sicut dicitur Matthei xiij. Profert de thezauris suis noua et vetera. Noua quidem per nouum modum premiandi nouiter promerentes et vetera iudicia et antiquas glorificationes bonorum atque malorum. Secundo commendatur diligencia cum dicit. Qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Vnde eius diligencia quia exiit non per loci mutacionem sed per boni affectus immissionem. et per angelicam operacionem vel per naturalis iudicii rectam illustracionem. Hiis enim tribus modis quis inuitatur ad bonum opus. scilicet vel inspiracione diuine gracie preueniente sicut dicebat psalmista. Misericordia eius preueniet me. preueniet quidem me hoc est meam voluntatem instigando eam ut velit bene operari. vel admonicione angelica instigante ad bonum vel lumine naturalis iudicatorii quod dictat semper bene esse operandum de quo loquens psalmista dicebat. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ostendit etiam eius diligenciam

quia primo mane exiit. Sollicitudo
diligens hanc causat in homine
ut quando ipse videt tempus et modum
atque etatem optimam statim aggre-
diatur ipsa que sollicitudinem scilicet
et hoc tunc est potissime quando
talis diligencia oritur scilicet ex ardore
liberali quia igitur dominus noster ab eterno
genus humanum liberali amore dilexit
hinc est quod ab exordio condicionis
eius ipsum ad bonum inducere
curavit ut quasi mane conducere
ipsum exisse dicatur quando in prima
etate adam et eius posteros ad
operacionem bone accionis sollicitavit
ita quod ymaginabimur sicut dicit
origenes totum presens seculum quasi
unum diem. magnum quidem quantum
ad nos. brevem autem quantum ad
dei vitam. cuius diei mane secundum
gregorium in omelia fuit ab adam usque ad
noe. Bene ergo mane exiit con-
ducere operarios qui manifeste cepit
a primo iusto eternam mercedem bene
operantibus polliceri. Ostendit
3° eius diligencia quia voluit
conducere operarios in vineam suam
potest enim per vineam dei eius ecclesia
intelligi iuxta illud ysa. v. vinea
enim domini exercituum domus
israhel est et secundum illud psalmiste
vineam de egipto transtulisti
Constat enim quod in populo israel
tunc erat principaliter dei ecclesia
collocata. Diligencia ergo conditoris
nostri in hoc innotescit quod nullo tempore
desinit predicatores et doctores
virtutum in ecclesia collocare ita quod
primi operarii huius vinee illi
fuerunt qui in principio mundi cultores

et instructores ecclesie extiterunt
et hoc est quod dicit gregorius in omelia
Conditor noster vineam suam universaliter
scilicet ecclesiam que ab abel
iusto usque ad ultimum electum
qui in finem mundi nasciturus est
quot sanctos protulit quasi tot palmi-
tes misit ad erudiendum go-
dus plebem suam quasi ad ex-
colendam vineam suam nullo
tempore destitit operarios mittere
unde et primo patriarchas postmodum
per legis doctores deinde pro-
phetas quasi per operarios in vinee
cultura laboravit. Aliomodo potest
per vineam intelligi iusticia
secundum Crisostomum In qua iusticie diverse
species posite sunt quasi diverse
vites. puta mansuetudo. castitas
paciencia. ceterique virtutes ad
cuius iusticie operacionem atque
culturam deus noster ab exordio
mundi quasi primo mane ho-
mines invitavit. Vel primo
mane potest significare primevam
etatem cuiuslibet hominis pu-
ericie in qua incipit habere
lumen discrecionis sicut mane
lux solis nobis incipit apparere
ille igitur primo mane con-
ducitur ad vineam domini
qui a prima etate sue discre-
cionis vel ad opus predicacionis
assumitur vel ad iusticie opera-
cio vocante deputatur ut possit
dicere deo cum propheta ysai xxvi
de mane vigilabo ad te. ad hoc
enim mane inducit nos sa-
piens ecclesiastici xi mane semina

semen tuum. Ille enim mane se-
mentem suum seminat qui a pri-
mis discretionis sue annis
sollicitudini verbi divini pre-
dicandi invigilat. Ille etiam
mane semen suum seminat
qui operibus iusticie atque virtu-
tum in etate puerili desudat. Vnde
cum dicit. Conventione autem
facta cum operariis ex denario
diurno misit eos in vineam suam
secundum similitudinis qualitatem admodum
convenienter et hoc consistit
in libertate atque equitate. In
libertate quidem quia non compellit
sed sub spontanea convencione
ad operandum mittat ut tanto
sit acceptabilius opus nostrum
quanto fuit spontanea voluntate
sollicitius acceptatum. Consistit
etiam in equitate quia sub
pactione denarii diurni ut
qui totam vitam suam quasi
totam diem in servicio divine
predicationis vel in exercicio iuste
operationis laboravit pro merce-
de denarium eterne retribucionis
recipiat qui melius diurnus
dicitur quia ad diem eterne
claritatis perducit. Diurnus
dicitur quia in tota vita deo quasi
in uno die perducens inquam
noctis fine clauditur. Diurnus
etiam dicitur quia pro operibus
in luce veritatis factis quasi
in die debetur. Aliter potest
equitas huius convenientie
notari in diurno denario ut
ut intelligamus quod denarius
olim dicebatur qui habens

regis ymaginem pro x. nummis
computabatur. Bene ergo operanti
a principio vite sue usque in finem
denarius diurnus promittitur
quia observatori x. preceptorum
ymago dei reformata in eterne
lucis claritate debetur. Et hoc
est quod dicit glosa interlinearis. Conventione
facta hoc est confirmata pro-
missione quod ad ymaginem dei
reformandi erant sic etiam
hedificandam decalogi mandatis
insisterent. Iste enim est denarius
ille de quo dictum est apoc. vi.
Bilibris tritici denario uno et
tres bilibres ordei denario uno.
Bilibris tritici geminum opus sig-
nificat caritatis quibus debetur
denarius divinus. quia omne opus
quod hic fit ex libera gemine caritatis
in patria remunerabitur denario.
premium gloriose nostre mentis yma-
ginem reformantis. Tres autem
bilibres ordei in quo sub cortice
medulla detinetur significant
opera facta ex mensura fidei
beate trinitatis quibus dabitur
in premio idem denarius qui
et prius dicitur. Ex parum opera
que fiunt ex gemina caritate
sub ipsius ergo premii conventione
deus nos mittat operarios in vineam
suam hoc est in cultum sancte
ecclesie per opus predicationis
et per exercicium iuste operationis
Deinde cum dicit. Et egressus
circa horam tertiam etc. Vidit alios
aliquos ad bonum opus vocantur
sub iuste retribucione. Et quia
isti sunt in duplici vel triplici

dca· quia sunt illi q tca sextanona
vocant. Ista hec pars dividitur
in tres in quarum prima· describit
murmuradorum desidia. In 2a increpat
instancia. Et illis dicit etc. In 3a
eius vigilancia sive diligencia.
Iterum autem exiit etc. Primo
igitur describitur desidia murmura
dorum cum dicit. Et egressus
circa horam terciam invenit alios
stantes in foro ociosos. Ubi et
tempus et modus et locus et
ocium desidiam manifestant.
Tempus quidem· quia hora tercia
sive eciam per terciam· horam intelli
gatur etas que fuit ab ipso noe
usque ad moysen. Sive intelligatur
etas hominis que adolescencia
dicitur quia lumen intellectus
et virtus naturalis caloris in
ipsa iam augeri incipit sicut
virtus solis hora tercia. Quod facit
ad argumentum desidie in ocios
pertinet. maioris enim pigricie
signum est quando aliquis preceden
tes se operari conspicit et tamen
ipse non operatur quam qui nullum
prius operantem conspexerit. Ex
hoc ergo· quod homines prime etatis
mundi· bene operantes precessant
magnum argumentum torporis
fuit quod homines etatis secunde
eis succedentes operari· bene non
attemptabant. Et eodem modo
quod aliquis iam etatis provecta
scilicet adolescencie videat minores
se bene operari et ipse tamen sibi
illis operari negligit· argumentum
est magni torporis ad bonum

quem torporem volebat a filio
excludere qui dicebat. Eccl. vi.
fili a iuventute tua excipe
doctrinam et usque ad canos
invenies sapiam. Modus
eciam desidiam istorum probat
de quo dicitur. Invenit alios
stantes Alii quidam erant
quia ad opus bonum sicut pre
dictos non iterant sed stabat
quia per superbiam et propriam
stabilitatem in seipsos fidentes
ad opus interiorum ceterum
sui pectoris non inclinabant
Stabant eciam quia per affectus
cordis tanquam pedes ad opus
ex quo mercedem eternam
acquirerent non ambulabant
ut ambulabant quasi immobiles
per desidiam a bonis operacionibus
vacabant. Locus tercio convicit
ad eorum desidiam. Quia sta
bant in foro. Cum enim ociosi
a bone ope· vel bona· medita
cione vacant· hunc dyabolus
venalem facit quia facaliter
potest eum illo· vel illo· desiderio
trahere quo voluerit. In foro
ergo stabant qui venales erant
et de facili emi atque seduci
potuissent. Sicut tamen venales
erant ad eos consenciendum
dyabolo ita venales erant per
facultatem liberi arbitrii ad
consenciendum conductori deo.
Unde glossa inter. Stantes in
foro· quare venales· si quis
digne emere vellet. Aliter

autem in hoc verbo eorum desi
dia manifestatur. Forum enim
locus est in quo emendo et
vendendo alii alios sepe decipiunt
et ita qui laborare renuunt per
alios sepe decipiendo vitam que
ociosam ducunt. In hoc ergo
quod aliqui extra vineam hoc est
extra ecclesiam sancta predicatione
vel bone operacionis posita aliorum
utilitatis salutem querunt in foro
esse dicuntur. unde Augustinus. Forum
autem est quicquid est extra
vineam id est ecclesiam Christi. In hoc
enim mundo vendendo et emendo
vivunt homines et vivunt inde
cum sibi fraudem facientes
vitam suam sustentant. Con
tra eorum desidiam industri
tat de quibus dicitur quod erant
ociosi. In foro nunc ociosos. Dicitur
quis desidiosus esse potest uno
modo si vacat voluptatibus
et operibus deliciosis ex quibus
animus fit remissus ad bonas
actiones et mollis atque effeminatus
ad actiones strenuas. et talis
recte dicitur ociosus quia ad
nullum opus dignum remunera
tione assurgit. unde Gregorius. Cum
enim sibi vivit qui carnis sue
voluptatibus pascitur recte
dicitur ociosus quia fructum
divini operis non sectatur. Alio
dicitur quis desidiosus qui habet
et oportunitatem atque faculta
tem bene operandi. licet alium
non ledat licet voluptuose
vivere non vacet tamen bonum

operari recusat quod summo opere
cavendum est. Unde dicit Sapiens
Ecclesiastici xxxiii. Multa mala docuit
ociositas et per Ezechielem xvi
capitulo dicitur Hec fuit iniquitas So
dome sororis tue superbia habunda
cia et ocium. Sic ergo non vera
desidiosus. non inveniaris ociosus
Non eris autem ociosus si non
solum aliena non rapias. sed eciam
de tuis bonis des pauperibus. et
opera probitatis et virtutis perfi
cias ut cum illa muliere forti
commendari possis de qua dictum
est proverbiorum ultimo. panem ociosa
non comedit. Ad hoc enim inducebat
nos Ysidorus in synonimis dicebat
precave ocium. non diligas ocium
non ducas vitam in ocio. fatiga
corpus laboribus. exerce operis
cuiuslibet studium. et causam huius
reddens ibidem dicit. Gravius
libido urit quem ociosum invenit
cedat autem libido rebus. cedit
operi cedit industrie et labori
ut possit verificari in homine
illud quod dicit Jeronimus in epistola. Semper
aliquid boni facito ut dyabolus
semper te inveniat occupatum et
nunquam te inveniat ociosum. Idem
eciam additur. Et illis dixit. Ite
et vos in vineam meam. Describitur
in bicameratis iusticia. quia non gratis
et sine fructu vult operarios labo
rare sed sub retribucione condigna
de qua pollicetur eis dicens. Et
quod iustum fuerit dabo vobis.
Sed quereret aliquis quare

sub certo pacto scilicet denarii diurni
conduxit eos quos primo mane
in vineam misit. istos autem
et sequentes sub incerto licet iusto
pacto ad laborem invitavit. Ad
hoc potest explicari videri. uno modo
accipiendo hic vineam pro iusticia
et primo mane primam etatem
horam vero terciam pro secunda
etate. hiis enim sic acceptis intel
ligendum quod incertitudo premii induxit
aliquando negligenciam ad operandum
iusticiam. Certitudo autem eiusdem
premii inducit hominem ad solli
citudinem operis meritorii. ne ergo
adam et posteri eius in prima
etate se excusare possent de
negligencia quam habituri erant
ad operandum iusticiam propter incertitudinem
premii. certum pactum fecit cum
homine illo et cum omnibus posteris
prime etatis promittens eis premium
eterne vite si iusticiam conser
varent et huius premii certitudo
ex denarii diurni promissione
datur intelligi. Prima vero eta
te in diluvio terminata non fuit
aliud promittendum eis qui in
secunda volebant bene operari
nisi quod iustum fuit dabo vobis
eterna paratus est conditor nec
plus retribuere quam mereri possit scilicet
per adiutorium legis nature corrupte
vel legis moysi scripte. Et ideo
sub eadem forma pactionis misit
in vineam homines tercie hore
per quos intelliguntur homines

a noe usque ad moysen. Et
homines sexte et none hore
per quos intelliguntur illi
qui fuerunt sub lege a moyse
usque ad christum. unde subditur
Iterum abiit circa sextam et
nonam horam et fecit similiter
hoc est sub condicione consimili
eos misit in vineam. alteram
hanc exposicionem concordant
dicta christi super matheum dicentis
Nota quod solis primis convenit
specialiter dare denarium alios autem
sub incerto pacto conduxit dicens
quod iustum fuit dabo vobis.
Sciens enim deus quia pre
varicaturus ille fuerat adam
et omnes postmodum in dilu
vio perituri certum pactum
fecit adam ne quando diceret
deo se neglexisse iusticiam
quia nesciebat que premia
fuerat recepturus. Istis autem
non fecit pactum quia tantum
paratus est retribuere quantum
mercenarius recipere non sperabat
Alio modo potest dici ad hoc quod deus
non tantum pensat opus ex
diuturnitate temporis quantum
ex intencione voluntatis et
sollicitudine affectionis. unde
aliud glossa in cantica. ambulans
Ihesus iuxta mare. deus po
tius pensat affectum quam re
rum nec perpendit quantum in
eius sacrificio sed ex quanto
proferatur. Summa igitur

aliqui tardius venientes ad fidem
vel opus iusticie · cum maiori
solicitudine maiori fervore
possint in vinea domini labo
rare quam illi qui primo ad hoc
invitati venerunt · possunt
etiam equaliter et minus sol
licite hoc facere. Ideo eis pro
mittitur primum sub mensura
iusticie quia secundum maius
et minus meritum magis et minus
premiabuntur · unde · Origenes circa
spacium tocius hore non dormitant
ad totum opus quidque potuerunt
operari suo iudicio reservavit.
poterant enim equale opus
facere in vinea eis qui ex mane
sunt operati · 2a ratio salva pace
exponendo hoc de illis qui post
aliqua peccata conversi sunt ad
opus iusticie · illi enim qui
semper servaverunt innocenciam
primo mane vocati sunt et
quia nichil commiserunt ydeo
premio glorie ideo eis promit
titur denarius glorie · sed qui
post culpam commissam ad viam
iusticie vel ad rectitudinem
fidei conversi sunt ad tertiam
vineam sextam vel nonam
in vinea dei laborare ceperunt
et quoniam talium vita mul
tociens sit deo carior propter
fervorem devocionis · et excel
lenciam boni operis quam inno
cencia torpens ideo talibus
promittitur merces 2m iusticiam

quam enim iusticia retributiva exigit
hec talibus dabitur in premium
et hoc satis videtur beatus
Gregorius insinuare dicens · sepe plus
cumque deo gracior vita post
culpam quam sanctitate torpens
innocencia · Deinde cum dicit
Iterum exiit circa sextam · et
nonam horam et fecit similiter
Vidit deus nimiam sollicitam vigi
lanciam sive diligenciam etiam
non tantum in prima et secunda
mundi etate sed etiam in tertia
que est a moyse usque ad david
et in quarta que est a david
usque ad christum · homines ad cultum
fidei et ad iusticie opera invitavit
non solum in puericia et ado
lescencia que per mane et tertiam
horam designantur · sed in iuven
tute et senectute que insinuantur
per sextam et nonam horam
cottidie nos ad bene peragendum
invitat · Convenit autem sextam
et nonam horam · etiam 2m
christum in illis duabus noctabus
etatibus que fluxerunt a
moyse per david usque [illegible] christum
gentem unam scilicet iudeam
potissimum vocavit quibus
testamentum suum et pacta
disposuit · Deinde cum dicit
circa undecimam vero exiit
etc. Ostendit qualiter invitavit
aliqui absque commoda pacione
ubi introducit primo temporis
prolixitatem · 2o operis salutatem

3º increpantis bonitatem. 4to.
erat diu stabilitatem. Prolixitatem
quidem temporis introducit cum
dicit. Circa xi.am vero exijt. pro-
lixum quidem tempus fuit q.
usque ad mundi finem et etiam in
ipso fine aliqui opa iusticie facere
recusaverunt. Prolixum etiam temp.
est q. usque ad etatem decrepitam
quasi usque ad horam undecimam
aliquis vel aliqui bene operari
neglexerint. unde Gg. in omil.
Undecima vero hora est ea etas
que decrepita vel senectus dr.
Quia ergo ad vitam bonam alius
in puericia alius in adolescencia
alius in iuventute. alius in senec-
tute. alius in decrepita etate pdu-
citur quasi diversis horis operarii
ad vineam vocantur. Qo adiungit
stabilitatem operis. Circa illa hora
invenit alios stantes. Sub intel-
ligendum est ociosos ut stantes
intelligantur quasi erecti per su-
perbiam. ociosi autem intelligantur
per operandi negligenciam. Sed
quoniam divina clemencia ma-
los increpat ut erigantur. ideo
ponit increpantis bonitatem de
qua dicitur. Et dixit illis. Quid
hic statis tota die ociosi. ubi
primo ponit mirabilem reprehen-
sionem. 2º sublatam excusacionem
ibi dicunt ei. Quia nemo nos
conduxit. Premittens ergo to-
lem reprehensionem que habet or-
tum de bonitate increpantis dicit
quid hic statis quasi erecti per

superbiam tota die per ultimam
boni carenciam. ociosi per negli-
genciam ac si dicat. xrs. michi
Omni tempore pro salute vestra
laborare neglexistis. Circa enim
transire vidit tot tempora
priorum hominum qui etiam exceptus
est status diversos sue vite
et tamen noluit bene operari
tota die ociosus fuit. Unde
Gg. in omelia. Qui enim tem-
pore tam longo mundi tempore
pro vita sua laborare neglexe-
runt quasi tota die ociosi stabant
et infra. Qui usque ad etatem
ultimam deo vivere neglexit
quasi usque ad undecimam ociosus
stetit. unde recte usque ad
undecimam torpentibus dicitur
Quid hic statis tota die ociosi
ac si aperte dicatur. Et si deo
vivere in puericia et in iuven-
tute noluistis saltem in ultima etate
resipiscite et ad vias vite
cum iam multum laboraturi
non estis vel sero venite. Est
autem diligenter hic conside-
randa benignitas nostri condi-
toris que non solum in colla-
cione beneficiorum cognoscitur
verum etiam in malorum re-
dargucione relucet. Sicut enim
dicit B. in h. dignum valde
est et omnino exigit ab equitate
ut quibus a constitucione mundi
regnum paratum est ipsi etiam
sese regno parare non negli-
gant. Magne igitur bonitatis
divine indicium est ut eos

redarguendo qui usque ad ultimam
etatem per bona opera se parare
neglexerunt reprehendendo et
invitando disponat. Deinde
subiungit apparentem excusationem
qua suam otiositatem tegunt
dicentes. Quia nemo nos con-
duxit hoc est ut glossa dicit
vite nullus nobis predicavit
quia enim in ultima mundi
etate gentiles vocati sunt
ad quos nemo propheta nemo
patriarcha missus fuerat ideo
videntur posse dicere. Nemo
nos conduxit. hoc est nullus
nobis fidei veritatem predicavit
sed quia deus nunquam subtrahit
beneficium sue inspirationis vel
instinctum tamen tacite a omni
creatura. Hinc est quod ista excu-
satio magis est apparens quam est
ad ultimam inclinationes. Cum
quoniam nec illos qui excusa-
tionis velamen pretendunt divina
bonitas absque admonitione et
inspiratione boni relinquit
hinc est quod adiungit. Et dicit
illis Ite et vos in vineam
meam. Ubi innuit eis etiam
utilitatem tamquam si dicat hiis
qui in fine mundi ad gratiam
fidei sunt vocati. Cum multa
tempora ad bonum efficatiam
apta transierunt adhuc tamen
super est vobis tempus in quo
potestis bene operando vitam
vite comparare. Vel tamquam dicat
hiis qui in etate decrepita
vocantur ad gratiam bene

ad primum glorie

operando tota die hoc est per totum
tempus vestre vite otiosi stetistis
nec tempus vestrum in vanitatibus
actionibus expendistis. tamen quia
nullo tempore serius enim qui
voluit ad fidem vel iustitie opera
venies accedere. Ite et vos saltem
in fine vite vestre in vineam meam
secundum fidei regulas vel iustitie
opera vivendo laboratis. Sequitur
secunda pars principalis eius ibi
Cum sero autem factum esset.
In qua describitur consummatio
divina nos vocans ad premium
gloriosum. Unde Rabanus postquam
enim opus diurnum tacite reddita
est ad remunerationem tempus
oportunum dicit Cum sero. Ubi primo
occurrit tempus. 2o modus. 3o
ordo. 4o opus. Primo ergo nobis
tempus occurrit de quo dicitur Cum
sero autem factum esset. hoc est
cum finis mundi appropinquasset
qui finis mundi comparatur hore serotine
quia sicut illa hora est in qua
laborantes mercedem recipiunt
diurni operis. ita tunc mercedem la-
borum suorum quibus toto tempore
laboraverunt recepturi sunt
iusti. Et sicut illa hora scilicet
serotina tempus est dici in qua
requiem laboratores recipiunt
ita finis mundi erit bonis terminus
omnis laboris iuxta illud quod dictum
est apocalipsis xiiii. Amodo iam dicit
spiritus ut requiescant a laboribus
suis. Per sero igitur bene intelligitur
finis mundi. Unde Rabanus. Cum
sero autem factum esset hoc est

cum dies totius mundi ad vesperam
consumationis inclinata est. Sed queret
aliquis quare in fine mundi et non
ante universalis retributio iustorum
est futura. Ad quod potest duplex racio
reddi. Prima quia usque ad tempus
illud est spacium merendi per actus
iusticie et sic iusticia licet in operibus
cessent sunt tunc autem erit
tempus iudicii. Sicut ergo post
consumationem et cognitionem iusticie
cuiuslibet debet iudicium sequi secundum
exigenciam iusticiarum. ita post consumationem
mundi in quo quilibet vocatur ad opera
iusticie et non ante finem eius
sed in fine tantum debet universale
iudicium retribui quod meruit unus
quisque. Et hoc est quod dicit Crisostomus super
Matheum. Considera quod sero non mane
reddit mercedem ergo adhuc stante
seculo isto iudicium est futurum
et utriusque merces sua reddenda
est hoc ideo quia ipsa veritas merces
iusticie est futura ideo non in isto
seculo. sed post illud fit iudicium
Alia racio huius dubii reddi potest
que talis est. In finali iudicio debet
fieri universale premium bonis et
supplicium malis. ut ergo boni
videant quali pena mali dampnentur
et glorificentur cum quamvis singuli
acceperint quod sententiam illam
audiunt ante terminum mundi hoc
est in ipso fine talis sententia dari
debet. Alio modo potest intelligi hoc
quod dicitur. Cum sero autem factum
esset. hoc est cum finis cuiuslibet
appropinquasset quia quod fiet in generali
iudicio omnibus bonis communiter

hoc fit in morte cuiuslibet
particulariter cuilibet moriente quo ad
premium sibi dandi. Sed consequenter ponitur
nobis modus qui exprimitur hiis
verbis dicit dominus vinee procu
ratori suo. voca operarios et red
de illis mercedem. Iste dominus vinee
convenienter intelligitur dominus
pater et eius procurator deus
filius iuxta illud iohannis xv
Ego sum vitis vera et pater
meus agricola. Pro tanto autem
deus pater dicitur dominus pro quanto
in ipso est auctoritas. filius autem
pro tanto dicitur procurator pro
quanto omne iudicium dedit ei
pater iuxta illud iohannis .v.
Pater omne iudicium dedit filio
dicit ergo deus pater deo filio
constituto iudice vivorum et
mortuorum. Voca operarios hoc
est ante tribunal tuum assistere
electos quia secundum apostolum ii. Cor. v.
Oportet nos omnes stare ante
tribunal Christi ut recipiat unus
quisque prout gessit in corpore
suo. Et ideo bene subditur
de hac receptione. Redde illis
mercedem. Vel per istum procu
ratorem potest intelligi secundum Remigium
aliquis angelorum ad quem per
tinebit principaliter exequi sententiam
bonorum datam a Christo ut secundum
hoc sit sensus huius dicti dominus
vinee .i. Christus qui est dominus terre
et celi. dicit procuratori suo
.i. alicui angelorum ad hoc specialiter
deputato. voca operarios exequendo
ministerialiter opus resurrectionis
et redde illis mercedem reddendo

ad premia sibi debita. Vel.
secundum ewangelium. Ipse christus
et est dominus et est procurator
sicut ipse est hostium et hosti
arius. ita quod secundum deitatis formam
dominus est vinee i. ecclesie. secundum
vero formam humanitatis ipse
est eiusdem ecclesie procurator
quia secundum istam formam iudicaturus
est et prolaturus sententiam secundum
quam unusquisque recipiet premia
laborum ut hoc modo intelligatur
illud Jo. viii. potestatem dedit ei
iudicium facere quia filius hominis
est i. secundum quod filius hominis est.
et hoc est quod dicit ewangelius
dominus noster Jhesus christus ipse est
paterfamilias et vinee procura
tor. sicut ipse et hostium et
hostiarius ipse enim venturus
est ad iudicium ut unicuique
reddat quod gessit. vocat ergo ope
rarios et reddit illis mercedem
quando omnes congregabuntur
in iudicio et ut unusquisque
accipiat secundum opera sua. 3o ostenditur
nobis ordo qui exprimitur quando
dicitur. Incipiens a novissimis
usque ad primos. ubi consideranda est
huius ordinis veritas scilicet quomodo
verum sit scilicet quod novissimi primitus
premientur. Secundo huius ordinis ve
ritas quidem patet in tribus
Primo quia primitus vocati
sunt patres legis naturalis
deinde patres legis moysi et
novissime patres et fideles legis
nove. et tamen quia celerius
isti quam precedentes ad gloriam
sunt vocati ideirco quasi a
novissimis dispensator incipit
tribuere premium post laborem
dico autem celerius quia statim
quando exeunt de corpore perducuntur
ad regnum. Illi autem post longam
expectationem quam in loco inferni
proximo sunt accepti. Secundo pa
tet veritas in hiis qui in diversis
etatibus vocantur ad graciam quidam
enim vocati ab innocentia puerili
longo tempore in operibus iusticie
vel in exercicio sancte predicationis
laborant. Et tamen alii vocati
ad vesperam scilicet in etate decrepita
ante perducuntur ad premium. ita quod quasi
a novissimis incipit dispensator
quando citius christus perducat ad
regnum illum qui in etate ultima
vite sue ad eum conversus peni
tenciam agere incipit quam illum
qui a puericia sua dei sermoni
dedit se in eius ecclesie cultura con
tinuo laboravit 3o patet eadem
veritas in duobus hominibus etatis
quidem non diverse sed eiusdem
et status quia eadem etate sit
dissimiles sicut est puericia et
senectus sed tamen diversis
temporibus vocatis ad graciam
ita quod unus iam etatis provecte
vocatus est prius. alius similiter
provecte etatis vocatus est
postea qui statim post vocationem
ad nutum solvit mortis debitum
et vocatur ad premium. alio in statu
prime vocationis longo tempore
perdurante. hic enim a novissimo
est inceptum. Et huius exempla
patet in petro et latrone quia
premium a latrone novissime

vocato incepit. Et hoc est quod dicit
Gregorius in omelia. Ille non ad undecimam
venit latro et si non habuit per
etatem habuit tamen sero per penam
qui deum in cruce confessus est
et pene cum voce sententie suum
exalavit vite a novissimo autem
reddere denarium paterfamilias
cepit quia ad paradisi requiem
prius latronem quam petrum introduxit
ecce vitas huius ordinis. Videnda
est etiam congrua racio eius
scilicet quare a novissimis incepit
In operibus enim istis debet ordo
servari ut hoc reluceat in eis
ex quo enim amplius commendetur
quia ergo ex sola enim principaliter
venit ut deus vocaret ad graciam
et ad opera iusticie genus humanum
obligatum peccato condicione fuit
ut in effectu huius vocacionis
hoc servaret ex quo amplius sue
enim benignitas reluceret hoc autem
potissime manifestatur in hoc quod no
vissimos et quasi recenter ad se
conversos prius remunerare cepit
quam illos qui prius ad eum conversi
in bonis operibus prolixius labo
raverunt. Et ideo bene dicit Crisostomus
super Matheum Semper enim libencius
aliquid damus illis quibus gratis
donamus quia pro solo nostro honore
donamus. Ergo omnibus faciet deus
reddens mercedem. iustis debitam
peccatoribus autem donans sine meritis
suis monstratur dicente apostolo
Gentes autem super misericordia honorare
deum. Et ideo dicit Incipiens a no
vissimis usque ad primos. aut

ete ut ondat deus in effabilem
misericordiam suam primum novissimus
et indignatibus reddet mercedem
propterea primus. nimia enim misericordia
ordinem non aspicit. Ultimo
nobis occurrit opus in quo
inequaliter vocati equaliter
premiati sunt de quo dicitur
Cum venissent ergo qui circa
~~nonam~~ xi horam venerant. Cum
venissent scilicet ad premium reci
piendum qui circa undecimam
horam venerant ad laborandum
acceperunt singulos denarios
hoc est quilibet unum denarium
scilicet diurnum quia etiam illis qui
in ultima mundi etate vel qui
in fine sue vite ad fidem vel
ad opus iusticie venit. denarium
perhennis glorie recepit. Veni
entes autem et primi scilicet in mundi
primordio vel in prima vite sue
etate ad graciam vocati arbi
trati sunt ex comparacione sui
laboris ad laborem posteriorum
quod plus essent accepturi salic
in primo qui diucius labora
verant in etate. Receperunt
autem et ipsi singulos denarios
quia idem premium datur prioribus
et posterioribus quantum est ex
parte glorie sempiterne. Huic
sentencie satis concordant
verba Gregorii dicentis in omelia
Cernant patres ante legem quod
sub lege fuerant et tamen
qui in domini adventu vocati
sunt ad celorum regnum sine

aliqua dilatione pervenerunt
eundem ergo denarium accepe
runt qui laboraverunt ad unde
cimam quem expectaverunt
toto desiderio qui laboraverunt
ad primam quia equalem vite et
ne retribucionem sortiti sunt
cum hiis qui ab inicio mundi
vocati fuerant hii qui in mundi
fine ad deum venerunt ⸗ Sed
dubitatur de hoc quod dicitur omnes
accepisse eundem denarium quo
omnes electi accipient eundem
premium cum io. xiiii. dicitur
In domo patris mei mansiones
multe sunt quod intelligitur de
diversitate atque multitudine
premiorum ⸗ Ad hoc dicendum est quod
in illo premio glorie beate aliquid
erit equale omnibus beatis
ut immortalitas perpetuitas et
similia et penes talia intelligitur
quod omnes accipient unum de
narium hoc est premium equalis
durabilitatis immortalitatis per
petuitatis. aliquid autem erit ibi
inequale scilicet claritas glorie
in qua eciam magis et minus fulge
bunt electi secundum exigenciam
graduum meritorum et de hoc dictum
est quod in domo patris mansiones
multe sunt et hoc patet exemplo
apostoli dicentis quod stella differt
a stella in claritate. sic in resurrectione
mortuorum. Sicut enim stelle
habent omnes aliquid commune
scilicet quod in celo perpetuo site sunt
et tamen cum hoc una aliam in
claritate excedit sic sancti eciam

hoc quod aliquid commune habebunt
in gloria diversa premia reci
pient in quibus unus erit alio
gloriosior. unde augustinus de consensu
ewangelistarum eterna ipsa vita eterna
pariter erit omnibus sanctis equalis
denarius est omnibus attributus
qui est omnium merces. eterna vero
in ipsa vita eterna distincte ful
gebunt lumina meritorum multe
mansiones sunt apud patrem
ac in denario quidem non impari
non vivet alius alio prolixius.
in multis mansionibus honoratur
alius alio clarius. Voca operarios
et redde illis mercedem. Ubi
sciendum est quod primo vocat
dyabolus ad decipiendum genesis 2o. Cumque
herodes clam vocatis magis etc.
Vocat eciam eadem ad subitandum
Judith primo vocavit Nabuchodonosor
rex holofernem principem milicie
sue et dixit ei. egredere etc. 2o
vocat mundus ad inficiendum quod
bene patet proverbiorum ix. sub similitudine
mulieris clamose de qua ibi dicitur
mulier stulta et clamosa plenaque
illecebris et nichil omnino sciens
etc. que omnia concupiscencia mundi
habet 3o vocat deus et iste bonos
nam perversos conversos et perfectos
Primo perversos ad penitencie la
mentum ysa. xxii. vocavit deus
ad fletum etc. 2o conversos
ad gracie profectum proverbiorum ix.
misit ancillas suas ut vocarent
ad arcem et ad menia civitatis
Si quis est parvulus etc. 3o perfectos
ad glorie bravium. i. pe. v. deus

autem gratie qui vocavit nos
ad eternam suam gloriam etc. Et
apoc. xix. Beati qui ad cenam nup
ciarum agni vocati sunt. Sequi
tur pars principalis evangelii. Et
accipientes murmurabant etc. In
qua describitur iusticia divina nos
prudentius iudicium formidolosum
ubi evangelium introducit primo
querulosam admiracionem. Et
accipientes 2° addit racionabilem sa
tisfactionem. At ille respondens
3° subdit formidabilem sententiam. Sic
erunt novissimi. Introducit ergo
primo querulosam admiracionem
dicens. Et accipientes murmura
bant adversum patremfamilias
dicentes. Hii novissimi una hora
fecerunt et pares illos nobis fecisti qui por
tavimus pondus diei et estus. Ubi oportet videre
primo huius dicti veritatem.
Et accipientes murmurabant 2°
premii equalitatem. Et pares
illos nobis fecisti. 3° laboris dif
ficultatem. Qui portavimus
pondus etc. Quantum ad veritatem
huius dicti accipientes murmu
rabant. Sciendum est sicut dicit
Gregorius. Ad regnum celorum nullus
qui accipit murmurat nullus
murmurans accipit. Quo ergo
denarium eterni premii accipi
entes murmurare dicti sunt.
Ad hoc tribus modis potest responderi.
Primo dicendo quod hic accipitur
murmurare non pro actu ipso
murmuracionis sed pro expectatione
diuturna qua patres priores testamenti qui

in vinea domini laboraverant
sancte vivendo expectaverunt
introduci ad regnum eo quod ipsi
exeuntes a corpore non receperunt
premium nisi post adventum nostri
redemptoris. Et quia ipsam
eam magno desiderio expectave
runt per longa spacia vite
ipsum expectasse quodam mur
murasse fuit. Patres autem
novi testamenti qui ad unde
cimam vocati sunt exeuntes a corpore
et mundati a peccato statim trans
ferentur ad regnum et sic cor
non expectare est non mur
murare. Et hoc est quod dicit
Gregorius in omelia. Quos enim post
peccatum iusticiam inferni loca
quamvis tranquilla susceperunt
eis profecto et laborasse fuit
in vinea et murmurasse. Et
si ergo post murmuracionem
denarium acceperunt qui post
longa inferni tempora ad
gaudia regni pervenerunt. Nos
autem qui ad undecimam ve
nimus post laborem non mur
muramus et denarium accipimus
quia per mediatoris adventum
ad regnum ducimur mox ut
de corpore exivimus et illud sine
mora percipimus quod antiqui patres
cum magna perpessi dilacione
meruerunt. Et eodem modo
potest dici de illis qui vocati ad
opera iusticie tempore ... tur
et continue suspirant ad regnum
capientes dissolvi et esse cum

xpo tamen ipsis longo tempe[re]
in hoc mundo viventibus equi
vocati in decrepita etate ad
gloriam perducantur talium
enim longa expectacio quedam
est transsumptiua murmuracio
non tamen propria. Secundo
modo dici potest quod est murmur
detractionis et est murmur
querimonie et est murmur
admirationis. nullus acceptus
denarium vite perhennis mur-
murabit detrahendo vel conque-
rendo de propter excessum gratie
que premiabit etiam qui sero
et tarde venerint ad opus [illegible]
et qui quasi nichil laborave-
runt in meritoriis actionibus
quasi quidam vehemens stupor
causabitur in illis qui diu vixe-
runt in operibus bonis qui multa
pro xpo sunt passi et qui in
etate sancta [illegible] diuinas
desiderarunt hoc ergo admirari
est quasi quidam murmurare
3o modo potest dici ad hoc quod per voca-
tos prima tercia sexta nona
genus iudeorum intelligitur
per vocatos ad undecimam intel-
liguntur gentiles. gentibus
itaque recipientibus dona sancti
spiritus iudei ad invidiam commoti
sunt murmurantes quod in naciones
gracia sancti spiritus est diffusa
sicut patet act. x. Et hoc est
quod dicit Ieronimus. omnis etas
vocatos gentilibus invidet

et in cuius torquet gracia
Deinde cum dicitur. hii novissimi
una hora fecerunt et pares
illos nobis fecisti. Oportet unde
premii equalitatem diversitas
temporum longitudo vite. et
vocationis prioritas sic tolera-
verunt ad vitam quod non sunt
nature tenues vel causae quod plus
vel minus aliquis mereatur et
ideo tardius vocatus ad gratiam
potest sic ferventer amicetur ad
deum sic devote ei subici. sic
studiose virtutis gratia operari
quod equabitur in merito illis qui prius
vocati sunt. Et hoc verum
est tam respectu eorum qui in
diversis etatibus mundi sunt
vocati quam respectu eorum qui
in diversis etatibus sue vite
gratiam perceperunt. tales ergo dis-
pares in tempore et aliquando
in diuturnitate laboris aliqui
fiunt pares in merito et per consequens
recipiunt in premio. Deinde
cum dicitur. Qui portavimus
pondus diei et estus. describit
laboris difficultatem que dif-
ficultas applicat potest audiri. vno
modo quantum ad consideracionem
premii. sicut enim talis consi-
deratio alleviat gravitatem
laborum quia facilius portat
labores quo premium bonum
sperat et sic ita proximitas
eiusdem premii facit pondus
operum leve et tamen sine

dilacio eiusdem facit apparere pondus
grave quia spes que differtur
affligit animam. Illi ergo qui vocati
sunt in primis mundi etatibus
cognoscentes premium suum longe
esse gravabantur sub pondere
actionum et desideriorum. Et
ideo dicunt portavimus pondus
diei et estus. Illi autem qui
ultima mundi etate vocati sunt
cognoscentes premium ipsum
propinquum minus in operibus et de
sideriis gravabantur quia pro
pinquitas premii levigabat opus
unde Crisostomus super Matheum magna
est nobis virtus ad faciendam
iusticiam cognoscere prope esse
finem mundi. Unde et ipse nos
[illegible] dicebat penitentiam agite appro
pinquabit regnum celorum. Et quod dic
tum est de illis qui vocati sunt in
prima mundi etate aut eorum qui
in ultima vocati sunt potest intelligi
de illis qui a puericia vocantur
et diu vivunt respectu eorum qui
in decrepita veniunt ad serviendum
deo quia istis facile est laborare
eo quod de premio suo expectant
illi autem propter dilacionem premii
portant pondus diei et estus.
Alio modo potest hoc verbum exponi
referendo novissimos ad illos
qui vocati sunt post Christi adventum
primos autem illos qui vocati
sunt ad observancias datas tempore
legis nature et legis scripte.
Ad cuius evidenciam sciendum
est quod onus amoris est facere
opera laboriosa iuxta illud portatur

leviter quod portat quisque libenter
Onus autem timoris est gra
vare eos qui ex ipso operantur
Christiana ergo lex evangelica est lex
amoris iuxta illud Matthei xi. Iugum
meum suave est et onus meum
leve. Hinc est quod vocati tempore
legis evangelice propter amorem levi
gantem quasi una hora dicuntur
laborasse. Vocati autem tempore
legis nature vel legis Moysi
propter gravitatem eorum que
imposita fuerunt eis et propter
timorem qui erat eis principalis
ad operandum dicuntur portasse pondus
diei quantum ad gravamina
legis de quo pondere dictum
est Actuum xv. Quid temptatis
deum imponere iugum super cer
vicem discipulorum quod nec nos
nec patres nostri portare potuimus.
Dicuntur etiam portasse
pondus estus quia lex scripta
ostendendo peccatum quod erat
cavendum et non conferendo
graciam adiutricem augebat
concupiscenciam qua exestuante
premebantur qui erant sub ea
pondere temptacionum. Hii
autem qui sunt sub evangelio
receperunt graciam refrigeran
tem concupiscenciam contrariam.
Contrarium est ex virtute legis
et ideo non tantum gravantur
estu temptacionum. Unde Crisostomus
super Matheum. Pondus totius diei
dicit universa legis mandata
estum autem urentis erroris
temptacionem. Et ergo in communi
Pondus diei et estus ferre

est p[er] longioris vite tempora
caumas sue calore fatigari · 3o
modo p[atet] hoc q[uod] diurne porta
uimus pondus diei et estus
ee verbum horum fidelium
in quolibet statu qui pondus
fidei que est quedam dies et
pondus persecucionum tamquam
quendam estus portantes et
cum hoc diu viventes accepe
runt premium sui laboris
post aliquos qui de novo ve
nientes ad fidem citissime et
quasi sine labore ad premium
sunt vocati · Quo introducit
eum[?] tercium racionem responsionem
sine satisfaccionem cum subdit
at ille respondens uni eorum
dixit etc. Ubi satisfacit primo
p[er] racionem remanentem iniqui
tatem · Amice non facio etc. 2o
per racionem arguentem equi
tatem · Nonne ex denario 3o
p[er] racionem manifestantem be
nignitatem · volo autem et
huic etc. 4o p[er] racionem allegantem
libertatem · an non licet michi
etc. 5to p[er] racionem redarguentem
malignitatem · an oculus tuus
nequam etc. Adducit igitur primo
racionem removentem ab ecclesia
patris familias iniquitatem pe
rudens uni eorum dixit · amice
non facio tibi iniuriam · Et p[atet]
racio sic formari · Non est veri
simile ut quis p[er] iniuriam de
fraudet operarium quem habet
amicum carissimum · sed vocacione
ad fidem invitacione ad opus

preparacione ad regnum amicus
es · ergo non est veri simile
q[uod] tibi iniuriam faciam · Adducit
2o racionem arguentem equita
tem dicens · Nonne ex denario
convenisti mecum · tolle q[uod] tuum
est et vade · Patet autem ex
hac racio sic formari · Operario non
facit iniuriam qui tantum ei
dat pro labore quantum ei ex pura
convencione promisit · sed tantum
tibi tribuo quantum promisi · Ergo
q[uod] do tibi denarium · sicut et de
nario convenisti mecum · et si
dicat non promisi tibi nisi mecum
conformitatem · debes ergo esse
contentus et tolle q[uod] tuum est
ex merito laboris et ex convencione
premia et vade in pace · unde Remigius
Tolle q[uod] tuum est i. accipe
mercedem tuam et vade in glo
riam · 3o adducit racionem mani
festantem benignitatem dicens
volo autem et huic novissimo
dare sicut et tibi · Formatur
autem sic racio · Operarii non fit
iniuria si dominus alteri tantum tribuit
ex gracia vel pro modico labore
quantum alteri tribuit ex pacto con
vencionis · Et ideo non facio tibi
iniuriam · Immo volo huic no
vissimo dare ex gracia quantum
tibi tribuo pro labore tuo q[uia]
sicut tibi volo ex convencione
iustus esse · ita huic volo esse
misericors ex gracia · Quarto
adducit racionem allegantem lib
ertatem · dicens · an non licet mihi
q[uod] volo facere · Patet autem racio
sic formari · Opus domini non

imponit necessitatem libertati largi dis
pensatoris quin possit equaliter
premiare minus laborantes ita sicut
ex multo opere. alium ex gratia liber
tatis. sed talis est ille qui bonorum
nostrorum non indiget sed omnia per
pit nobis ex benignitate ut quod
recipit nobis prosit ergo etc. hec
tamen confirmatur per gregorium in omelia
dicentem. omnia regni perpetui
eius est bonitas voluntatis recte
subiungitur. an non licet michi quod
volo facere. stulta enim questio
contra bonitatem dei murmurare
conquerendum enim erat si non dat
quod debet. non si dat quod non debet
Tertius adducit rationem redargu
entem malignitatem dicens. an
oculus tuus nequam est quia ego
sum bonus. fformatur autem sic
ratio quando ex invidia quis dolet
de beneficiis alteri collatis ex bo
nitate domini. non bonitas domini
sed invidia alterius est causa nequi
invidentis. Sed quod priores vocati ad
ultimum denario dolent quod novissimi
eis fierent pares. hoc non causabatur
ex bonitate domini sed ex invidia
eorum ergo ipsa erat tota causa
nequicie. Ex bonitate quippe domini
causabatur equalitas premii in hiis
qui diversis temporibus fuerunt vocati
Sed ex propria reputacione atque ex
inani gloria causabatur in aliquibus
quod nollent pares haberi. dolere ergo
quod aliqui sibi parificentur non erat
ex aliquo alio quam ex vicio et per
sonis ex nequicia. Et ideo bene dicit
Crisostomus. Non autem dolebant secundum

qui murmurabant quasi fraudati
de mercede sua. sed quia illi amplius
quam merebantur acceperunt. Sic enim
dolent invidi quando alteri aliquid
additur quasi eis subtraheretur
ex quo patet quod ex vana gloria
nascitur invidia ideo enim dolet
se esse secundum quia desiderat
esse prior. Cuius dicto concordat
glosa interlinealis. an oculus tuus etc. i.
Intencio qua ad primatum niteris
plena est invidia cui mea
non placet benignitas habemus
ergo triplicem satisfactionem
Ultimo introducit formidabilem
conclusionem d. sic erunt novissimi
et hoc in duobus consistit
primo in occulta dispensacione 2o in
discreta retribucione consistit
quidem in occulta dispensacione de
qua dicitur aliqua erunt novissimi
sunt primi etc. Tanquam enim primus
parabole intellectus ad hoc est
ut per ea que dicuntur in ipsa
cognoscatur quod dispensacio divina
quosdam tardius vocat ad graciam
quos tamen prius vocat ad pal
mam. unde Remigius. Ad quid
autem sensus huius parabole
tendat manifestat cum subdit
Sic erunt novissimi primi
etc. Novissimi quidem vocacione
ad opus fiunt primi vocacione
ad premium. Novissimi in ecclesie
vicariis sicut gentiles fiunt
primi excellencia sanctitatis
respectu scilicet iudeorum. Novissimi
ad religionem fiunt primi
hoc est excellenciores. ad
premium acquisicionem Sicut

paulus nouissimus. hic est
posterior stephano ad religionem
fidei vocatus. factus est prior
i. excellencior eo ad premii
sublimitatem. Consistit etiam
ista commo in discreta retribucione
de qua subiungitur. Multi sunt
vocati pauci vero electi. Huius
verbi exposicionem require infra
dominica xix post octavam penth
Simile factum est regnum ce
lorum homini regi etc.

Cum turba plurima conue
niret et de ciuitatibus
properarent ad eum. dixit per simili
tudinem luc. 8. In illis rebus
que ex natura sua et ecclesia
tiua liberalitate dantis communiter
diffunduntur. hoc videmus contingere
quod diuersitas effectuum puenit
euanum ex eis non tamen ex parte
ipsarum quam ex parte recipien
cium est causata verbi gracia
lux solis tam ex natura sua
quam ex largitate conditoris com
se diffundit. Et tamen quod aliquid
desiccet aliqua liquefaciat aliquid
induret. aliqua mollificet non
ex diuersitate sua prouenit
Sed pocius ex diuersitate que in
recipientibus reperitur. Quoniam
igitur dei sapiencia eternam as
simulans creatiua caritate com
municatam doctrinam mundo coltere
diffudit non prouenit ex parte
ipsius doctoris vel eius doctrine
ut in cordibus quorundam salus
est et in aliorum mentibus
fructificaret. sed pocius ex

diuersa disposicione vel affectione
recipiencium seu audiencium hanc
doctrinam. Et ideo saluator noster
volens ostendere communicatiuam dei
caritatem communem doctrinam ista
tuisse ad instruccionem omnium et hu
mani cordis diuersitatem ad reci
piendum dei verbum optime
assimulat doctrinam ipsam semini
diffuso communiter et cor humanum
terre disposite inequaliter. dicens.
Exiit qui seminat. In qua parabola
primo assimulat suam doctrinam
semini indifferenter seminato. Secundo
quia sub verbis figuratis et oc
cultis hoc dixit. Excitat mentem
hominis ad intelligenciam dictorum
3o ne id quod dixit remaneat sine
exposicione declarat quid signifi
cent ea que dixit. Et secundum hec
tria ewangelium presens diuiditur in tres
partes. Primo enim ostenditur doctrine
ewangelice gracia communicata. Cum
turba plurima 2o mentis humane
intelligencia excitata. hec dicens clamat
3o occulti misterii sentencia de
clarata. Est autem hec parabola
Quantum ad primam partem
intelligendum est quod ad communica
cionem doctrine ostendam eum
introducit quatuor que omnia com
munitatem includunt. Primo
enim introducit temporis oppor
tunitatem. scilicet Cum turbe multe
adessent. 2o actoris ydoneitatem
scilicet execucionem ad diffundendum
exiit. 3o operis communitatem. scilicet
ad seminandum aliquid commune. semi
nare semen suum. 4o recipit
diuersitatem qua dum seminat

aliud cecidit etc. Describit ergo
primo temporis opportunitatem cum
dicit. Cum turba plurima conve-
niret et de civitatibus properaret
ad eum. Opportunum quidem tempus
est doctrine que communiter omnibus
convenit ut tunc incipiat promulgari
vel insinuari quando multitudo
magna est parata ad auditum
et ideo multis turbis convenientibus
ad ihesum convenit manifestat
communitatem eius doctrine utilitatis. Ulterius
opportunum tempus est ad manifestan-
dum qualitatem doctrine ex qua
omnia vitia possint sanari quando
conveniunt ad audiendum illi qui
per diversas voluntates diversis
vitiis implicantur. Et ideo cum
turba plurima conveniret ad ihe-
sum que sic erat plurima in multi-
tate personarum ita erat affectuum
et intentionum diversitate dis-
tincta. Unde glosa exponens in
textu turbe vocabulum inferit
sicut diversitas hominum ita etiam
diversitas intimatur voluntatum
Non enim omnes eadem volunta-
te sed diversis ex causis christum
sequebantur. Quidam pro bono.
Quidam pro malo. Omnibus tamen
dominus beneficia prestabat. Docendo
alendo. Sanando. Et opportunum
tempus ad insinuandam eius
doctrine communitatem fuit cum
de civitatibus properabant ad christum
Extrema ipsa eius doctrina ad hoc
ordinabatur ut cives terrenos
a terrenis affectibus separatos ad
celestia desideria elevaret.

et faciat eos cives celestes
Deinde cum additur dixit
per similitudinem. Exprimit qui se-
minat ponit auctoris humilitatem
tatem que manifestatur in lo-
quendi modo et in doctrine
doctoris egressu in loquentis
quidem modo quia dixit per
similitudinem. Ille quippe humilis
doctor censetur qui tali modo
loquitur ut ex ipso auditores
reddantur attenti. Consueverunt
autem eos attentos reddere
congrua similitudo rei de qua
quis loquitur eo quod humanus
animus congruis similitudinibus
delectatur. Modus etiam iste
qui est per similitudines humi-
litatem doctoris ostendit. Apta
enim et facilia leviter compre-
henduntur in obscuris autem et
occultis laborans excitatur intel-
lectus humanus. Quia ergo eius
doctrina non erat tradenda taliter
ut ex modo contempneretur sed
ex ipso potius intellectus exci-
taretur. Hinc est quod eius auctor
interdum in parabolis et simili-
tudinibus loquebatur. Ad hoc
autem propter etiam dominum per
similitudinem est locutus. Hec
enim sancta doctrina est commu-
nicanda dignis quod ipsa non manife-
statur indignis. Quia tamen com-
munis est omnibus debet proponi
Talis ergo modus proponendi ipsam
esse debuit ut ea omnibus expo-
sita tamen communi patet dignus
exultaretur indignus est. Hoc
factum est congruenter. Ubi

per similitudinem est diffusa hec
que rationes sunt theologorum dicentes
loquitur autem dominus per similitudinem
primo quidem ut attractiores fierent
auditores. Consueuerunt enim
homines in obscuris se exercitare
et sincere manifesta deinde ut non
excipiant indigni que iusticie dicebantur
Tercia ad hec ratio est quia cum turba
plurima doctrinam predictam
audiens non ex eodem affectu vel
uniformi intellectu esset disposita
debuit hec doctrina sic tradi ut
quilibet secundum propriam capacita
tem aliquid posset habere sive
intelligendo sive admirando sive
venerando et hoc optime factum
est quando sub quadam similitu
dine est tradita a Christo Ihesu Et
hoc est quod dicit Jeronimus. Turba
non unius sententie est sed
diversarum in singulis volunta
tum unde loquitur ad eam in
multis parabolis ut iuxta varias
voluntates diversas recipiant
disciplinas. Manifestat etiam
eius profunditatem doctrine. Effi
cacia exiit qui seminat. Exiit
quidem dei filius de sinu patris
in mundum veste humanitatis
indutus iuxta illud Io. xvi. Exivi
a patre et veni in mundum. Sed
quia non simpliciter exiit sed
sicut seminans quia dicit textus
Exiit qui seminat hoc est exiit
seminans. Ideo actus eius ex
primat aliquam commoditatem qua
profuturum omnibus aliquid
divulgatus scilicet verbum veritatis

unde B. super Luc. Satorem nullum
melius quam filium dei intelligere
possumus qui exiit seminare se
men suum quia de sinu patris
quo creature non erat accessus
egrediens adhuc venit in mundum
ut testimonium perhiberet veritati
et ita exiit ut testificator Exiit
etiam ut reconciliator quia enim
homo a deo merito peccati fuerat rele
gatus et in exilium exclusus pla
cuit deo tali modo reconciliare
quali frequenter exules revocantur
ad regem benignum. Nam mediante
aliquo expulso a regis gratia atque
conspectu alius regis amicus ab
ipso egrediens et ad expulsum
accedens eum instruendo atque do
cendo humilitatis et subiectionis
virtutem revocat ipsum ad regem
Sic dei filius nos considerans
exules a patre celesti ut nos modo
congruo revocaret exiit non per lo
cimutationem sed per unionem incar
nationis atque nos instructos et
per humilitatem subiectos deo
patri necnon et eidem reconciliatos
reduceret ad regem ita ut verum
sit de eius exitu illud abacuk
Egressus es in salutem populi
tui in salutem cum Christo tuo Huic
sententie concordat Crisostomus dicens
Exiit autem qui ubique est non
localiter sed per amictum carnis
nobis propinquavit. Dicatur autem
adventum proprium Christus exitum
nominavit. Eramus enim exclusi
a deo et sicut condempnati et
rebelles regis eiecti sub exilio

vero reconciliare volt eos exe-
cundo ad ~~penitenciam~~ eos extra cum eis
loquitur donec dignos iam factos
affectu regio. eos introducat
sic etiam christus facit cerent 3o.
erent ut doctor sive comunicator
doctrine per operis comunitatem
et ideo adiungitur. Seminare
semen suum et hec comunitas
relucet in actu in radice et in
possessore. In actu quidem quia
exiit seminare. Alii quidem ex-
ierunt extirpare sentes et
tribulos viciorum que terra
nostre mentis ire et maledictioni
subdita peccatorum germinare
non cessat. Alii vero exierunt
terram preparare sicut iohannes
baptista de quo dictum est
luc. primo Precedes ante fa-
ciem domini ~~parare vias eius~~
parare vias eius. Alii exierunt
agricolas infestare sicut illi
de quibus dicit iohannes prima
epistola ii. Exierunt ex nobis sed
non erant ex nobis. Sed nullus
predictorum actuum habet causam
comunem et inmediatum utilita-
tem ad fructum sicut habet actus
seminandi. Et ideo bene dicit
exiit seminare et hoc est quod
dicit Ysa. Cum audieris quem
exiit qui seminat seminare
non extimes eum ydempticatem
sermonis. Egreditur enim
multociens qui seminat ad
aliam rem vel ut fundat terram
vel ut malas herbas incidat

vel ut spinas evellat vel ut
aliam quamlibet talem diligenciam
exhibeat. Hic autem ad se-
minandum exiit. hoc enim
est quod promissum est Osee ii.
de ecclesia de christo fecundanda
Seminabo michi eam in terram
et miserebor eius. Hec autem
comunitas relucet in radice quia
non exiit seminare aliquid
quod pullulare vel fructificare
non possit. sed exiit seminare
semen. Verbum salutis vitalis
cuius effectus est ita comunis
ut omnibus sufficienciam possit
prestare. sicut dictum est ysa.
lv. Sicut descendit ymber
et nix de celo. et illuc ultra
non revertitur sed inebriat
terram et germinare eam
facit et dat semen serenti
et panem comedenti sic erit
verbum quod egredietur de
ore meo. unde et salvator
mat. xiii. doctrinam suam se-
mini assimulans dicit. Simile
factum est regnum celorum
homini qui seminavit bonum
semen in agro suo. Vere
bonum semen salvator seminat
quando cordibus nostris vel pre-
dicando vel inspirando. vel
instruendo. graciam nobis.
administrat. Et ideo bene dicit
theos. Non cessat autem dei
filius semper in nostris animabus
seminare non solum cum docet
sed etiam cum orat in nostris

ii a^o c^a 21

ex nobis prodierunt sed non erant ex
nobis

animabus semina bona. Tercio
hec comunitas relucet in posses
sore quia non alienum sed pro
prium semen seminavit et ideo ad
dit suum et hoc autem est opere
opere eius comunitas manifesta
tenia sicut ipse conditor noster
comuniter suum opus diffundit
creacione gubernacione et redemp
cione ita comuniter suam doctrinam
sparsit predicacione et eidem vir
tutem comunem tribuit ad fruc
tificacionem nec mirum sicut
ipse est verbum increatum ex
quo omnia processerunt in esse
ita proprium fuit eius verbum
incarnatum predicatum ex quo
omnia reducuntur ad bene esse.
Paulus igitur et petrus non
propriam doctrinam sed eam que
christi erat predicantes non suum
sed christi semen seminabant. Christus
autem non aliud sed suum semen
seminavit quia non aliam sed
propriam doctrinam predicavit.
Et hoc est quod dicit Textus exiit
autem ut seminaret semen
suum. Non enim accepit verbum
quasi mutuatum cum ipse natura
sit verbum divinum. Non est
igitur suum proprium semen pauli
vel iohannis sed habent eum
acceperunt. Christus autem habet pro
prium semen proferens doctrinam ex sua
natura. Unde et inde dicebant
qualiter hic litteras novit quas
non didicit. Sed obicitur contra
predicta per id quod dicit christus
Jo. vij. Mea doctrina non est
mea. Si enim eius doctrina
est eius semen. sicut doctrina
non est sua ita nec semen est
suum. Ad hoc dicendum est quod
doctrina christi non erat sua in quantum
erat homo. sed habebat eam a se ipso
in quantum deus. Et ideo bene posuit
utrumque. scilicet mea. non est mea.
hoc est doctrina que est mea quantum
ad divinitatis sapienciam. non est mea
quantum ad humanitatis intelligenciam
vel erat sua quantum ad veritatem
habendi et sciendi. non erat sua
quantum ad originem nascendi quia
sicut filio esse est a patre eterna
ita ei proprium esse est a patre
ergo doctrina erat sua quantum
ad proprietatem deitatis ideo et semen
suum est quantum ad eandem. Tercium
cum dicit. Et dum seminat etc.
describit recipientis diversitatem
que in generali ad duos gradus
reducitur. sicut enim dicit Eusebius
Eorum qui recipiunt semina verbi
divinum quidam facti sunt digni
donacione celesti sed labuntur agen
te propter negligenciam et torporem
Alii autem multiplicant semen
in bonis fructibus. Et secundum
hoc parcium ista continet duo. Primum
est dispositio eorum qui infructuose
recipiunt semen verbi predica
tum est dispositio eorum qui utiliter
audiunt verbum dei. ibi. Et
aliud in terram bonam. Infructuose
recipiencium triplex est modus.
Unus qui causatur ex cordis levitate
atque incuria quia permittuntur demonum
suggestionibus occupari. Et isti
designantur per viam. Alius causatur
ex cordis duricia atque infidelitate
et isti designantur per petram
Tercius causatur ex mundana

sollicitudine. Et isti designantur
per spinas. Cum igitur vera predicta
hec pars dividitur in tres in quarum
prima describuntur illi qui verbum
recipiunt verbum dei propter cordis
levitatem. In secunda eorum qui
hoc habent propter duricie pravitatem
ubi aliud cecidit supra petram. In
tercia eorum qui hoc habent propter
sollicitudinis pravitatem ubi et
aliud cecidit inter spinas. Descri
bens ergo eos qui sine fructu ver
bum dei audiunt propter cordis le
vitatem dicit. Et dum seminat
scilicet communiter et indifferenter
aliud cecidit secus viam. Via enim
cum bedam super hunc. Est cor sedu
litate malarum cogitationum
attritum et arefactum ne possit se
men divini verbi vitaliter capere
et per ipsum germinare. Sed
attendas quod taliter receptum se
cus viam duplex patitur detrimen
tum quia conculcatum est et
quia volucres celi comederunt
illud. Conculcatum quidem est
quia pedibus malarum affectionum
sibi invicem succedencium est
subiectum et frequenter attritum
Sed volucres celi comederunt
illud quia expositum leviter in
cordis superficie et non intimus recte
absconditum a demonibus est abla
tum. Qui demones pro tanto dicuntur
volucres celi quia celestis sunt
nature facilitereque volant huc
et illuc ut possint capere quod
seminatur in viis. Vel dicuntur vo
lucres celi quia aerem istum
caliginosum ad tempus inhabitant
volitantes per ipsum ad probandum

atque decipiendum electos. Unde
B. super lucam predictis in parte
concordans dicit quod verbum quod
cecidit secus viam a pessimis
cogitationibus conculcatum est
et a demonibus raptum. Qui
dicuntur volucres celi. Dicuntur quia
celestis et spiritualis sunt nature
vel quia per aera discurrunt.
Deinde cum dicit. Et aliud
cecidit supra petram etc. describit
eos qui infructuose verbum
dei recipiunt propter duricie
pravitatem. Est enim aliquod
cor humanum ad recipiendum
fructuose verbum divinum ita
indispositum sicut terra inculta
et arida ad recipiendum semen
vitaliter quia ipsum nullam fidei
culturam habet et omnis virtutis
et gracie privatur humore. Et ideo
bene dicit ewangelista quod illud quod
cecidit supra petram natum
aruit quia non habebat hu
morem. Unde B. super lucam
Et petra est cor indomitum
nullo fidei vomere penetratum
in quo non est verus amor
et perseverancia virtutis quod
enim est defectus olei ad nu
triendas lampades virginum
hoc est defectus gracie et
virtutis ad recipiendum vitale
dei verbum. Sed attendendum
est quod dicitur de hoc mathei xiii.
quod semina que ceciderunt in pe
trosa non habebant terram
multam et continuo exorta sunt
quia non habebant altitudinem
terre. Sole autem orto estuaverunt

qua non habebant radicem
et aruerunt. Petrosa enim
terra est dura mens peruerse
que non habet terram multam
qua non habet lenitatem obedi
ence et continuo post auditum
verbi dei fructus vitaliter exultare vi
sed qua non habet altitudinem
terre hoc est studium probitatis
et eruditionem disciplinarum
celestium vel etiam profundi
tatem humilitatis. Sole autem
orto hoc est adveniente ferven
te persecucionis propter credulitatem
verbi auditi vel adveniente estu
temptacionis vel fervente desi
derio boni temporalis estuaverunt
per impacienciam vel estuaverunt
hoc est evanuerunt quia in
talibus virtus verbi auditi fa
aliter evanescit. Et quia non
habebant radicem. hoc est quia
parum erat in talibus cordibus
desiderii salutaris propter eorum
duriciam aruerunt hoc est
vigorem fidei seu virtutem verbi
perdiderunt. Isti enim sunt illi
de quibus dicitur Jeremie v°.
Induraverunt faciem suam
super petram et noluerunt
reverti. Deinde cum dicit. Et
aliud cecidit inter spinas etc.
describit eos qui fructum fructu
verbi auditi propter solicitudinis
prauitatem. Ubi advertendum
est quod anima simplex est in natura
sic etiam simplex est in affectu
et ideo si per amorem se perfecte
converterit ad unum non potest
perfecte se per amorem convertere

ad oppositum quod bene salvator ostendit
cum dicit Mt. vi. Nemo potest
duobus dominis servire aut enim
unum odio habebit et alterum
diliget aut unum sustinebit
et alterum contempnet. Quia
igitur verbum divinum attendi
habet in homine amorem celestem
sollicitudo diviciarum attendere
habent amorem terrenum. Impossibile
est quod simul sit animus bene sol
licitus de amore celestium si nimis
sollicitatur eius de amore ter
renum quod advertens psalmista dicebat
divicie si affluant nolite cor appo
nere. Ille enim cor apponit qui
nil studiosius aptat. Igitur tercio
predicta nimia sollicitudo muda
narum diviciarum habet extinguere
in corde hominis flammam amoris
divini et sic habet suffocare
virtutem verbi dei quod de se ef
ficax est ad amorem celestem
excitandum in corde. Et hoc est
quod dicit verbum premissum Et
aliud cecidit inter spinas in corda
scilicet diviciarum sollicitudinibus
lacerata et simul exorte spine
hoc est simul pullulantes atque
crescentes sollicitudines divici
arum acquirendarum vel multi
plicandarum vel conservandarum
prevaluerunt amori celesti. qui
nasci incipiebat ex vigore verbi
concepti et quia prevaluerunt
ideo suffocaverunt illud. unde
extinxerunt. Sicut autem spine non
permittunt oriri semen sed ex
condensacione suffocant minus

Vt falliaciones vite presentis·
semen spirituale fructificare· non
sinunt· Iste sunt ille spine· de
quibus dictum est prouerb'· xxiiij
per agrum pigri hominis transiui
et per vineam viri stulti et
ecce totum repleuerant urtice
operuerant superficiem eius
spine et maceria lapidum destruc
ta erat· Quarto pandit disposicio
eorum qui fructuose rapiunt
dei verbum cum dicit· Et aliud
cecidit in terram bonam· et ortum
fecit fructum centuplum· Terra
quidem bona est mitis cor et de
ale quod est debita custodia circum
uallatum iuxta illud prouer· in
omni custodia serua cor tuum
quia ex ipso vita procedit· Et ideo
non est sicut via· est etiam de
uotum affectione et studio celesti
ctaco altum· et ideo non est
sicut petra est eciam a mundanis
falliacionibus et voluptatibus
alienum· Et ideo non est spinis
occupatum in tale ergo cor ubi
diuini seminis receptum oritur
quando in ipso incipit habere vigorem
et ipso mediante efficiat homo
de virtute in virtutem donec
faciat fructum vnde Cyrillus
Cum enim in mentem mundam
ab omnibus perturbacionibus verbum
diuinum infunditur· Tunc inmittit
radicem in profundum et germinat
tanquam spica et cumulate
perficitur de quo profectu dicitur
quod facit fructum centuplum hec
est perfecta mita tamen per ceteram in

enim qui consurgit ex denario
ducto in seipsum quia decies
decem fiunt centum significat
maxima perfeccio cum ergo tale
cor breuiate verbi dei· recepta
preceptis decalogi obseruandis
perfecte inuigilet· et quolibet
operum facto sicuto inter summum
perfectum et a transitorijs totus
fert hominem ad celestia tanquam
a sinistra transportet in dexte
ram sicut centenarius a
leua transit in dexteram· vnde
B· super luc· Fructum enim
centuplum· fructum perfectum
dicit· Nam denarius numerus pro
perfectione semper accipitur quia
in decem preceptis legis custo
dia continetur· denarius autem
numerus per seipsum multiplicatus in
centenarium surgit· vnde per cente
narium magna perfectio designatur·
bonum igitur cor terra bona
significat de qua dictum est
Gen· xxvj· Seuit autem ysaac
in terra illa· et inuenit in
anno illo centuplum· Sed
quereret posset aliquis quando
sapiens seminator xpistus potuit
verbum suum seminare secus
viam super petram uel spinas
in quibus nullum fructum posset
multiplicari· Ad quod dicendum
est secundum crisostomum quod non est terribile
secus viam mittalem uel super
petram que non potest fieri terra
bona uel inter illas spinas

seminare semen inutile que non
possunt fieri terra culta. In
terra autem spirituali scilicet in mente
humana que de via petra
et spinis potest converti et
fieri terra bona racionabile fuit
esse semen verbi dei proiicere
unde Crisostomus. Et secundum hoc aliter
habet racionem inter spinas
seminare. Et super petram
et in via etc. in seminibus quidem
et terra inutili non habent utique
racionem. non enim est in potestate
petre fieri terram. nec vie non
esse viam. nec spine non esse
spinam. In animabus autem
et doctrinis multum habet
hic laudem. possibile est enim.
petrinum pectum fieri terram
pinguem et viam non ultra
conculcari et spinas destrui
etc. Igitur plus seminis perit
non est ab eo qui seminat.
non divitem non pauperem
discernit nec sapientem nec
insipientem sed omnibus loquebatur
que a seipso erant complens.
previdens tamen que futura
erant. dicit aliud et cetera. ut
liceat ei dicere quid me
oportuit facere et non feci
Aliter potest solui quod Christus sicut
communiter venit ut passionem
suam omnes salvaret et
tamen fructum illius passionis
aliqui privantur propter malicias
que in ipsis est. nec ideo
fuit irracionabiliter eius passio

suscepta pro omnibus quia aliqui
noluit ipsam debito modo recipe-
re. et in proposito eius devenit.
debuit esse communis. tamen quo-
rundam corda mortaliter ipsam
recipiunt nec propter hoc propter
hoc irracionabiliter fuit eius collacio verbi
diffusio. unde non ex parte se-
minantis sed ex parte recipientis
est dictum est dictum. ideo.
non dicit quod ille qui seminat
aliud proiicit in viam aliud
in petram etc. Sed dicit quod ex
parte seminatoris fuit semina-
tum. aliud tamen cecidit in terram
talem aliud in talem. et hoc
est quod dicit Theophilus. Se-
minans non proiicit aliud
secus viam. sed semen cecidit
qui enim seminat docet recti
sermonem sed sermo diversi-
mode cadit in audientes. ut
quidam eorum dicantur via quidam
petra quidam spine. Aliter
potest dici quod seminator Christus doctrinam
suam seminando cognoscebat
bonam aptitudinem quam habet
naturaliter cor cuiuslibet hominis.
et dicta quibus verbum dei
fructificare non sinitur. habendo
ergo respectum ad bonam cordis
disposicionem et aptitudinem
debuit indifferenter et communiter
seminare sicut ista disposicio
communiter est in quolibet dum est
in via. Largiter itaque semen
suum sparsit in omnes qui
in omnibus recipiebat dd. q.

bene erat aptum ad fructum et
maxime cum verbum seminatum
talem aptitudinem posset vigorare
Sed quoniam quidem persistentes
in malicia nolunt prosequi apti
tudinem talem et instinctum ubi
deo dicitur cecidisse inviam petra
et spinas. Secunda pars 2a princi
palis hic. hec dicens clamabat qui
habet aures etc. In qua mentis
humane intelligencia excitatur. hoc
autem potest fieri dupliciter. scilicet quadam
admonitoria persuasione et instruc
toria declaratione et 2m hoc pro
cessu habet duo. Primo enim excitat
intellectum humanum admonitoria
persuasione. Circa hec dicens clamabat
Qui habet aures audiendi. au
2a instructoria ~~destructoria~~ decla
racione ibi interrogabant autem
eum discipuli eius dicentes quae haec esset
pa. Clamabat quidem quia dor
mientes indigent clamore ut
excitentur. morientes similiter
clamore indigent ut resuscitentur
unde dominus resuscitaturus lazarum
clamauit et dixit lazare veni
foras Jo. xj. Desides et pigri
indigent clamore ut excitentur
et ad opus animentur iuxta id
prov. primo Sapiencia foris clamitat
in plateis dat vocem suam etc.
Clamacio igitur doctrina christiana excita
tiua est dormiencium ut vi
gilent. dicente beato Petro
i. pe. v. Sobrii estote et vigi
late etc. Resuscitatiua est mori
encium morte peccati dicente paulo
Eph. v. Surge qui dormis et
exsurge a mortuis etc. Excitatiua

est pigritancium dicente sal
uatore ap. iii. Ecce ego sto ad ostium et
pulso si quis et voc. in cenam
meam. hinc est quod christus ponens
hanc doctrinam sub similitudine
seminis clamabat insinuans eam
esse declamacione et predicacione
excitatiuam dormiencium. Re
suscitatiuam moriencium et excita
tiuam pigritancium. Similiter hinc
fecit christus. Jo. vij. Clamans stans
in templo clamabat. Si quis
sitit veniat ad me et bibat
etc. Ibi enim promittebat domini
sancta spiritus qui admodum clamoris
excitat resuscitat excitat. Sed
quid clamabat. Qui habet aures
audiendi audiat. 2m Bedam super
lucam. Ubicumque in euangelio vel in
apocalypsi hec persuasio ponitur. misticam
significacione esse quod dicitur. Et id
volens excitare mentes audi
encium ad perscrutandum intellige
ciam dictorum. non aures corporis ^
habebant. Et quia cunctis au
res habentibus dicit. Si quis
habet aures audiendi audiat
aures procul dubio cordis re
quirit de hiis et enim qui aures
corporis audiunt et aures cordis
audita non intelligunt aut
intellecta spernunt potest dici illud
psalmi aures habent et non
audient. Deinde cum dicitur
Interrogabant autem discipuli
autem discipuli eius etc. Consequenter
quomodo excitat intellectum hu
manum quadam instructiua decla
racione ubi ponitur Primo si
militudinis peticio. 2o racionabilis

^ sed aures mentis excitabat Quia non dicitur qui habet in omnibus non qui ibi aderant aures corporis

satisfactio familiaris quidem
peticionis quia cum esset singu-
laris in domo ut dicitur Marci
iiii. Interrogabant eum discipuli
ex quadam familiari confidencia
que esset hec parabola ut ipsi
aperta declaracione intelligerent
quod occulta similitudine omnibus
fuerat publicatum. Deinde
cum dicit. Quibus ipse dixit
etc. Ponitur laudabilis satisfactio
in qua ostenditur primo apostolorum
dignitas ad revelacionem secre-
torum. 2o incredulorum indig-
nitas ad cognicionem ipsorum.
Dignitas igitur apostolorum ad
revelacionem secretorum hiis
verbis ostenditur. Quia eis dixit
vobis datum est nosse misteria
regni dei. Vobis quidem etc. [illegible]
[illegible] scilicet apostolis qui michi adheretis
qui in me creditis. Misteria
regni celorum hoc est euangelica
dogmata est datum scire quia
eis veritas talium est apertissime
revelata dicente eis salvatore
Io. xv. Vos autem dixi amicos
quia omnia que audivi a patre
meo nota feci vobis. Sed indig-
nitas incredulorum ad cognicionem
misteriorum ostenditur cum adiungitur
ceteris autem in parabolis. Ceteris
quidem quasi non credentibus
sed irridentibus non adherentibus
sed contemptoribus in parabolis
hoc est sub velamine et in ab-
sconso datum est audire misteria
regni dei ut sanctum occultetur
a canibus et margarite non
exponantur porcis. Sed attende

quod cum iste indignus quam ille dignus
dicatur datum etc. Vobis inquit
datum est. Ipsi enim apostoli acce-
perunt cognicionem claram tam de
misteriis sacre scripture quam de secretis
regni celorum. Hoc non fuit ex
eorum industria sed ex mera dei
gracia sicut apostolus ad Ephesios iiii.
manifestat dicens. Unicuique autem
vestrum data est gracia secundum men-
suram donacionis Christi et infra
et ipse dedit quosdam quidem
apostolos. quosdam autem prophetas
alios autem evangelistas alios
autem pastores atque doctores ad
consummacionem sanctorum in opus
ministerii in edificacionem corporis
Christi. Hoc idem ipse apostolus de seipso
protestatur dicens Ephesios iii. Michi
autem omnium sanctorum minimo data
est gracia hec in gentibus evan-
gelizare investigabiles divicias
Christi et illuminare omnes que
sit dispensacio sacramenti abscon-
diti. Sed quis gracia est quod aliis
sit datum scire et audire in
parabolis. Ad hoc dicendum est
quod homini qui ex pravitate intel-
lectus vel ex infidelitate prevalente
vel ex negligencia contemptibiliter
non est crediturus ea que sunt
fidei vel non est operaturus secundum
audita melius est id est minus malum
est nescire quam scire quia scire
et non facere auget deceptum.
Ex hoc ergo quod aliis qui sunt extra
ab apostolis quia fidem apostolorum non
sciunt. datum est audire in parabo-
lis ea de quibus parum aut nichil

curarent si ea intelligerent.
magna gracia eis facta est quia
minus penam habuerunt non ac
cendo hijs que non intelligebant
quam habuissent contempnendo
intellecta. Et hoc est quod expresse
dicit Theo. Ceteris autem in pa
rabolis huius rei gracia hoc eis
xpus abscondit ne maius eis
iudicium generetur si postquam
nouerint xpi misteria contempserint
Qui enim intelligit et postmodum
spernit gravius punitur. Vel
ut alii solum et aliis datum est
scire et audire in parabolis ex cer
titudine iusticie Nam quod aliquid
detur alicui interdum provenit
ex misericordia interdum ex iusticia. Sicut
ergo apostolis datum est ex misericordia
quia digni erant quia xpo semper
adherebant. scire et intelligere
misterium dei regni. Ita ceteris qui
xpi operibus contradicebant datum
fuit ex iusticia audire in parabolis
quia excecaverant eos malicia eorum
quod bene ostendit cum subdit. Ut viden
tes non videant et audientes
non intelligant. Videntes quidem
xpi opera oculo corporis non
viderunt ea oculo mentis ad
devocionem et veneracionem sed
pocius ad detraccionem. Sicut
patet quando dicebant In Bel
zebub principe demoniorum eicit
demonia. Et iterum non est hic
homo a deo qui sabbatum non
custodit. Et audientes salutarem
doctrinam non intellexerunt eam
sed contempserunt dicentes. Tu
de teipso testimonium perhibes testimonium

tuum non est verum. Et ideo
Augustinus ... exprimitur quod ex districtione
iusticie datum est eis audire
sub velamine et in parabolis
cum eam veritatem dicitur igitur
sic ibidem augustinus. Ideo in parabo
lis loquor eis. Quia videntes
non vident et audientes non
audiunt nec intelligunt. ubi
Crisostomus. Ut autem manifestius
quod dixerat fiat subdit Ideo
in parabolis loquor eis etc. Et
siquidem nature hec excecacio
erat aperire eorum oculos opor
tebat. Quia vero voluntaria
est excecacio hec propter hoc non
dixit simpliciter non vident. Sed
videntes non vident. Viderunt
enim demones exeuntes. et
dixerunt. In Belzebub eicit
demonia. audierunt quod ad deum
eos trahebat et dicunt. Non est
enim hic homo a deo. qui sab
batum non custodit. Quia
ergo contraria hijs que audie
bant et videbant annunciabant
propter hoc ipsum videre et au
dire eis aufert Nichil enim
hinc proficiunt sed iudicium
maius incidunt. unde et a principio
non eis parabolice loquebatur
Sed cum multa certitudine. Quia
autem audita et visa pervertebant
iam in parabolis loquitur. Et
sic verificatum est illud prophete
aperiam in parabolis os meum
Tercio enim dicit quod dicit Beda super
lucam. In parabolis audiunt qui
clausis sensibus cordis non
curant cognoscere veritatem

obliti eius q(uod) d(omi)n(u)s dixit . Qui
habet aures audiendi audiat
Tunc enim adimpleta est p(ro)ph(eti)a
ysay dicentis . vj . Audite audi
entes et nolite intellig(er)e et vide
te visionem et nolite cognosc(er)e
Excecar cor populi huius . et
aures eius aggraua et oculos
eius claude ne forte videat
oculis suis auribus suis audiat
et corde suo intelligat et conu(er)ta(tu)r
et sanem eum . Sequit(ur) t(er)cia
pars p(ri)n(cipa)lis ewa(n)g(e)lii . Est autem
hec p(ar)abola . ubi describitur
occulta mist(er)ii sententia declarata
In qua declaracione ponit(ur) p(ri)mo
seminis exposicio . Est autem
hec p(ar)abola . 2o diu(er)sa eius
recepcio . Et autem secus viam
3o tocius p(ar)abole p(ri)ncipalis
conclusio . Et autem in terram
bonam . Ponit(ur) ergo primo
seminis exposicio cum dicitur
Est autem hec p(ar)abola . Semen
est verbum dei . Ex hoc enim
q(uod) in p(ar)abola et similitudine
verbum dei per semen dedit
intelligere insinuauit se figu
rate loqui . Et ex hoc q(uod) expone(re)
dignatus est q(uod) dicebat occulte
insinuauit nobis in hys que
mistice et inobscure loquitur
est debeamus inuestigare
intellectum occultum . Unde gl(osa)
in com(mento) . D(omi)n(u)s autem expone(re)
dignatus est q(uod) dicebat etc.
significamus sciamus rerum
significacionem querere in hys
eciam que p(er) se met ip(su)m noluit

explanare . Deinde cum dicit Qui
autem secus viam etc. describit(ur)
diuersa recepcio diuini sermonis
ubi attendendum secundum Eusebium
q(uod) destruencium semen hoc est
inutiliter recipiencium p(re)dicac(i)o(ne)m
sacre doctrine tres sunt cause .
Una est quia audientes dant
leuiter auditum volentibus
falle(re) . Secunda est quia non
recipiunt in mentis profundo
verbum auditum et ideo adue
niente temptacione cito relinquit
q(uod) audierunt . Tercia est quia
quidam suffocant verbum per
sollicitudinem diuiciarum terrenarum
labencium . Et secundum hoc pars ista
tripliciter diuiditur secundum q(uod) tres
modi exprimuntur in istis . Primo
enim describitur inutilis suscep(ci)o
p(ro)pter cordis leuitatem . In se(cun)do
2o p(ro)pter duricie inhabilitatem
Nam qui supra petram 3o p(ro)pter
sollicitudinis vanitatem Et autem
in spinis etc. Exponens ergo
indisposicionem eorum qui inutilit(er)
recipiunt verbum dei p(ro)pter
cordis leuitatem dicit Et autem
secus viam scilicet cecidit signi
ficant illos qui audiunt verbum
dei . deinde p(ro)pter leuitatem cordis
eorum q(ui) p(er)mittunt pate(re) sugges
tionibus spirituum malignorum
venit dyabolus et tollit verbum
de corde eorum ne credentes sal
ui fiant . Nam secundum Cri(sostomum) sup(er) lucam
Secus viam illi seminati sunt
qui verbum q(uod) audiunt nulla
fide nullo intellectu nulla temptande
~~[illegible]~~ utilitatis occasione percipe

designantur. Tales enim postquam
cognoverint dampnum quod eis a
demonibus est illatum possunt
dicere cum Job. xix. venerunt lat-
rones et fecerunt sibi viam per me
et obsederunt in gyro thaberna
culum meum. Quarto exponens dis-
posicionem eorum qui verbum dei
recipiunt instabiliter propter divicie
inhabilitatem dicit. Nam qui sup-
petram hii sunt qui cum audierint
cum gaudio suscipiunt verbum
et hii radices non habent. quia
ad tempus credunt et in tempore
temptacionis recedunt. Sicut
enim videmus in aliquibus rebus
faciliter succendi ignem tamen
quia carent pabulo boni humoris
facilius et cicius extinguitur
flamma que faciliter est accensa
Ita in quibusdam cordibus festi-
nanter et placabiliter capitur
dei verbum sed quia non habent
humorem sancte devocionis cito
arescat in eis flamma verbi recepta
unde Gregorius in omelia quidam libenter
quod audiunt boni operis inicia propo-
nunt sed mox ut fatigari ceperint
adversitatibus inchoata relinquunt
petrosa igitur terra humorem non
habuit quia hoc quod germinaverat
ad fructum perseverancie non perduxit
Nam multi cum verbum contra
audiunt eam avariciam detestantur rerum omnium
contemptum laudant sed mox ut
viderit animus quod concupiscat obli-
viscitur quod laudabat. Gaudium enim
istorum de auditu verbi divini
est sicut gaudium ypocritarum

de quo dicitur Job xx. Gaudium
ypocrite ad instar puncti. assimi-
lantur enim Balaam prophete
insano qui ad visionem taberna-
culorum populi israhel exultavit
et cum desiderio letabundo
numeri 23 dixit. moriatur anima mea morte
iustorum et fiant novissima
mea horum similia et tamen
statim oblitus eius felicitatis
quam laudaverat contra populum
2 l dei consilium malignum machi-
natus est avaricia ductus
3o exponens qualiter aliqui
instabiliter suscipiunt dei verbum
propter solicitudinem vanitatis
dicit Quod autem in spinis cecidit
etc. Videmus interdum flammam
in aliqua materia de novo accensam
extingui. Si frequenter super
infundatur aquarum inundacia
copiosa. Et eodem modo in corde
hominis flamma verbi divini
extinguitur si ex solicitudine
diviciarum cor ipsum ad amorem
rerum transitoriarum inflametur
de qua solicitudine subiungitur
Quod autem in spinis cecidit
hii sunt qui audiunt super verbum
dei eciam ante cordis. Sed hii
a solicitudinibus et diviciis
et voluptatibus [illegible]
suffocantur. Ubi advertendum
est primo quod salvator interpretatur
est spinas per divicias quia
quamvis divicie delectare videantur
tamen cum frequenter laboriose
acquirantur timorose possideantur

et dolorose annectantur in ultimo
plus affligunt quam delectare pos-
sint. Attendendum etiam quod
diuicijs adiungit sollicitudines
et voluptates eo quod siue ut ac-
quirantur siue ut augeantur
siue ut custodiantur, diuicie solli-
citudinem necessario habent. Constat
quod sollicitudo facit instabilitatem
quandam mentis et distractionem
auerti a virtute verbi auditi
propter quod adiungitur: Euntes suffo-
cantur, quasi dicat tales a proposito
illius quo acceperunt prius verbum dei
recedentes propter sollicitudinem
distrahentem suffocantur, quia
deficiente in eis vita acquisita
per verbum a sollicitudinibus
huius seculi extinguuntur. Et
quoniam usus earum vel propter curi-
ositatem vel propter superfluita-
tem vel propter lenitatem vel
propter indebitum modum utendi
voluptatem parere consueuit
Ideo addit diuicijs voluptates
et quoniam suffocatum verbum
auditum a sollicitudine distracta
te et a thezauro retinente
et a voluptate delectante non
habet virtutem fructificandi
in mente ideo bene adiungitur
Et non referunt fructum
scilicet spiritualis profectus. Deinde
cum dicit: Quod autem in terram
bonam etc. ponit tercius parabo-
le partem quartam exponens
bonam terram scilicet quod hii sunt
qui in corde bono et optimo

audientes verbum retinet et
fructum afferunt in paciencia
ubi ponit tres condiciones bonorum
ad hoc quod verbum dei utiliter
recipiatur in corde contra tres
malas expositas superius. Nam
contra ariditatem cordis quod ad si-
militudinem petre gracie caret
humore, ponit hic bonitatem
per gracie liquorem. Contra puncta-
tam affectum per sollicitudines
et voluptates laceratorum
ponit hic optimum cordis recepta-
culum per desideria eternorum.
Contra leuitatem cordis non
retinentis dei verbum sed dyaboli
suggestionibus faciliter expositi
ponit hic perseueranciam retinendi
verbum auditum. Audientes
inquit verbum retinent ut sit
cor subditum gracie affectum
ad celi desideria perseueranter
retinens diuini verbi virtutem.
terra bona dicitur. Et quoniam
perseuerancia huius parit paci-
enciam, paciencia vero opus
perfectum habet, ideo bene dictum
est quod talis terra fructum in
paciencia producit, ultimus ex
quo fructus bone terre preclarior
est perfectus. Perfectio autem in
centenario importatur optime per
fructum allatum in paciencia
expositum est illud quod de bona
terra in parabola premissum fuit
quod aliud cecidit in terram bonam
et ortum fecit fructum centuplum
vel fuit terra bona scilicet cor bonum.

et optimu atq retinens dei vbm
ita studet bona opa facere
q ecodem verbo sat aliorum
mala equanimiter tollerare et
ex hoc fructus opm eius mult
efficatur q p expositionem aliorum
conpassionem aliorum et paci
enciam adusorum mundi adusita
tes portat unde gg in om.
Terra ergo bona fructum per
pacienciam reddit quia nulla
sunt bona que agimus si non
equanimiter eciam proximorum
mala tolleramus fructum ergo
pacienciam reddunt quia cum
humiliter flagella suscipiunt
post flagella sublimiter ad p
mia suscipiunt. Advertendum
est q hic primo describitur
congruencia sbt cum dicit. In
corde bono et optimo. 2o dilige
cia studii audientes verbum
et luc. xi. Beati qui audiunt
verbum dei et custodiunt illud
3o efficacia mita fructum affe
runt in paciencia. apoc. 3o Quia
servasti verbum paciencie mee
ego servabo te. et luc. xxi. In
paciencia vestra possidebitis aias
vestras

a Assumpsit ihesus duodecim
discipulos et ait illis
Ecce ascendimus iherosolimam
etc. luc. xviii. Sapientis medici
proprius curari volentis q ad
aliquid cca infirmum intendere
est medicinam curativam pro
infirmitatis gravitatem unde
liberalem curam solicius exhibere
xpus igitur more sapientis
medici attendens genus
humanum non posse congrua
cioni modo curari q per satis
factionem fiendam per mortem
suam addit in pnti ewgo. huiusmodi
infirmitatis medicinam curativam
huius infirmitatis curatatem
defectuam sue pietatis beni
volenciam admirativam. Et
hec tria ewgta in pntes ewgly
serie per ordinem manifestat
In quo premittit nre salutis
medicinam congruentem. 2o.
subiungit nre infirmitatis
plagam insipientem. factum
est. 3o. addit nre curacionis
efficaciam sufficientem. Ostis
autem. vel addit etc. hoc.
ewgli lum habet partes tres
Ostenditur enim primo medici
nalis congruitas cum dicit
assumpsit ihesus duodecim
2o infirmitatis humane diffi
cultas cum addit factum est
autem cum appropinquaret etc.
3o media curantis liberalitas
cum subiungit. Stetis autem
ihesus etc. Ponit ergo pmo
ewgta medicine congruitatem
cum narrat misterium passionis
nullus enim modus congruencior
fuit nre saluti q ut liberaret
genus humanum mita moreretur
sicut probat augustinus in
de t. a. e. xi. usq ad xvim et xvm
qui consentit Thos sup pt
dicens. Omnis autem salus.

in xpi morte posita est. nec est
aliquid propter quod magis deo gratias
agere debeamus quam propter mortem
suam. Advertendum autem quod
hec salutaris medicina audiens
premissa. audiens exhibenda
et etiam occulta. Et ideo autem ista
primo ponit ordinem passionis
2º modum exhibicionis cum
additur. Tradetur enim gentibus
3º ponit misterium occultacionis
cum adiungit. Et ipsi nichil horum
intellexerunt. Ponens ergo primo
ordinem passionis dicit Assump-
sit Jhesus xii etc. Ubi duo sunt
attendenda. Primum quia predicat
ordinem sue passionis cuius
causa est duplex. Una quia previdens
discipulorum animos ex sua pas-
sione turbandos predicat eis
et passionis penam et resur-
reccionis gloriam ut cum vi-
derent morientem resurreccionem
minime dubitarent. Alia causa
huius est ut cognoscerent
discipuli mortem domini non
necessitatis sed spontanee voluntatis
fuisse. Unde Cyrillus. Vt sciat
ecclesia quod passionem previdit
et spontanee ad eam accessit
ne dicerent qualiter in manus
hostium incidit qui nos promit-
tebat salvare. Ponit ordinem
passionis cum dicit
Tradetur enim gentibus etc.
Secundo advertendum quod tantum
duodecim et non omnibus seriem
passionis predicat quia sicut
thesaurus preciosus melioribus

vasis includendus est. Sic pas-
sionis misterium apostolos perfectioribus
tantummodo fuit primitus inclu-
dendum. Adiungit autem. Consu-
mabuntur omnia que scripta sunt
per prophetas de filio hominis. Et
bene per prophetas dicit ut ostendat
se non esse contrarium prophetis.
sed pocius illum esse quem predixe-
rant prophete venturum et passurum
generis humanum redempturum
Unde ysaias et david et ceteri prophete
vel simul vel separatim hunc ordinem
descripserunt. Unde primo hoc ysaias
predixerat dicens. Obtuli scapulas
meas ad verbera genas meas
ad alapas. et faciem meam non
averti ab increpantibus et con-
spuentibus in me etc. Idem ysaias
Tradidit inquit in mortem animam
suam et cum sceleratis reputatus
est. Et hoc est quod dicit Postquam
flagellaverint occident eum. Sed
et resurreccionem eius david
predixit dicens. Non derelinques
animam meam in inferno. Unde et
hic subditur quod tercia die resurget
Et ideo bene dictum est 2º quod
describebat modum exhibicionis
Ad cuius evidenciam sciendum
est quod passio xpi sic exhiberi
debuit sicut requirebat conditio
filiorum ade qui peccatum fue-
rant subiecti dyabolo. Et ideo. oppo-
sitos modos debuit in se habere
modis illis quibus peccatum ade
commissum fuit ut contraria contrariis
curarentur. Primo enim fuit
in illo peccato appetitus proprie libertatis
qua noluit obligari precepto.

Dei autem filius ut satisfaceret
de hoc voluit aliorum potestati
tradi quasi seipsum tradens et
suam libertatem in servitutem redigens
pro satisfactione peccati introducti
ex malo usu proprie libertatis
et ideo premittit tradent eum
gentibus. traditus est enim
dyabolo suggerente iuda prodente et
vendente phariseis mordente
pilato permittente et a se consen
tiente. Primo fuit in peccato primi
parentis appetitus honoris pro quo
satisfactum est per Christi iniurias
et ideo bene dicit illudetur quod
completum est in posterum capitulo
xxvii. dicitur enim dicitur Tunc
milites presidis suscipientes
Iesum in pretorio congregant
ad eum universam cohortem
et infra et genu flexo ante eum
illudebant autem dicentes. Ave
rex iudeorum. Secundo fuit in peccato
Ade inordinata delectatio. pro cuius
satisfactione offertur Christo afflictio
de qua scribitur et flagellabitur
quod impletum est ut habetur capitulo
ubi supra Iesum autem fla
gellatum tradidit eis. Tertio fuit
in peccato Ade inordinata complacen
tia facere socie sibi date. et in
muliere complacentia fructus
ligni prohibiti. genesis iii. vidit
mulier quod bonum esset lignum
ad vescendum et pulchrum
oculis aspectuque delectabile et
tulit de fructu illius et comedit
pro cuius satisfactione Christus vo
luit in facie sua conspui et ideo

dicitur conspuetur quod impletum
est ibidem capitulo eodem. Et ex
puentes in eum acceperunt
arundinem et percutiebant
caput eius. Quarto fuit in
eius peccato consummato mortis.
quia habuit ex ipso peccato
necessitatem moriendi corporaliter
per separationem anime a corpore
et plagam mortis spiritualiter
per separationem anime a deo cui
duplici morti Christus subvenit
per unam simplicem mortem
scilicet per mortem qua anima eius
a corpore separata est violencia
passionis. de qua subditur Et
postquam flagellaverint occi
dent eum. verum quia adhuc indi
gebatur homo ut posset a morte
renovari ad vitam quod est resurgere
ideo per unam suam simplicem
resurrectionem operatus est nostram
duplicem nostram scilicet resurrecti
onem anime de culpa ad gratiam
et corporis de morte ad vitam
Et ideo adiungit et die tercia
resurget propter quod bene dicit
apostolus quod Christus mortuus est
propter delicta nostra et resurrexit
propter iustificationem nostram
Sed in hac exhibitione adver
tendum est quod exhibetur Christi
passio prius postquam subiungitur
resurrectio. passio enim eius
oportuit quod sustineret pro utilitate
debeamus. Resurrectio vero
que tercia die facta est quod sperare
in eternitate valeamus. passio
enim Christi unica mors. fuit

et resurrectio eciam vna fuit
sed per vnam eius simplam mor
tem duplicem nostram mortem
delevit. per simplam eciam eius
resurreccionem duplicem nostram
scilicet anime et corporis xpus opera
tus est. sicut dicit aug. 4
de t. c. 3. 2o adiungit mysterium
occultacionis cum dicit et ipsi
nichil horum intellexerunt. Non
intellexerunt quidem quia nondum
noverant exquisite quid prophete
predixissent. sed post resurreccionem
aperuit eis sensum ut intelligerent
scripturas. Erat autem verbum
istud absconditum ab eis et non
intelligebant que dicebantur
propter duo sicut dicit b. super luc.
Primo quia consuetudinis humane
est ut quem videre desiderat
eius non possit mortem audire
maxime si videat in eo aliquid
quo semper vivere possit. discipuli
igitur semper videre xpm cupientes
quem non solum hominem sed
eciam deum verum esse cognoscebant
moriturum audire non possunt
2o quia xpus occulta mysteria
discipulis manifestans ut plu
rimum in parabolis loquebatur
audientes igitur misterium passi
onis allegorice et parabolice
dictum putant et ideo non refe
runt dicta eius ad mortem
corporis describendam sed ad
aliqua occulta misteria referenda
Quereret aliquis quare xpus
ordinem sue passionis longe
prius quam fieret enarravit 2o. quare

ecclesia hoc evangelium in principio penalis
observancie premittat. Ad primum
dicendum quod sicut tactum est
in exponendo previdebat disci
pulorum animos perturbandos ex
passione sciebat etiam de resur
reccione ipsos dubitaturos. ut ergo
et mentis mesticiam et incredu
litatem cordis aufferret ordinem
passionis et diem resurreccionis
predixit. Ad 2m dicendum est
quod ecclesia propter duo hoc evangelium
in dominica le ponit. Primo propter
ordinem quem habet ad evangelium
dominice lxxe et lxe. nam in lxxa
sub vocacione ad culturam vinee
insinuatur divina vocacio. In lxa
vero sub similitudine seminis divina
inspiracio. In la autem sub misterio
passionis auditur nostra redempcio
qui igitur non convertitur ad deum
obediendo vocacioni. saltem convertatur
ad ipsum consenciendo inspiracioni
et qui nec vocatus ad vineam
obtemperat. nec inspiratus verbi
dei semine fructificat saltem
considerando beneficium passionis
peccare consuetudinis peccata relinquat
2o propter affectum quem habet
ad tempus quadragesimale quod le
sequitur Nam tempus quadrage
ad hoc institutum est et concessum
ut per opera satisfactoria peccata
temporis preteriti purgentur sicut
autem xpi meritum radix est om
nium sine quo nullum opus meri
torium est perfectum ita eius
passio principium est omnis satisfac
cionis sine qua nulla satisfaccio

sufficiens est. Et ideo in principio temporis
satisfactionis deputati enarratur
passio tamquam principium satisfactionis
et fundamentum. Sequitur 2a pars
principalis ewangelii. Factum est autem
cum appropinquaret Jericho, cecus
quidam. In qua describit ewangelista
infirmitatem humanam diffusius. Ad
cuius evidenciam sciendum est
quod cecus iste secundum glossam significat
genus humanum quod a superna clari
tate excussum dampnacionis sue
penas patitur. ad cuius pene
descripcionem enarrat ewangelista primo
loci et temporis congruitatem
quia appropinquante domino circa
tempus Jericho circa locum 2o
infirmitatis deformitatem quia
cecus sedet mendicat secus viam
3o recuperande salutis aviditatem
quia audit et interrogat quid hoc
esset. Describens ergo oportu
nitatem infirmitatis humane quo
ad tempus dicit dum appropinquaret
Jericho cecus sedebat. licet enim
omni tempore plaga transgressionis
humane hominem cecavit et
a bonis operibus reddiderit ociosum
plus tamen in fine mundi quando
Christus advenit deficiebat a bonis
operibus et a rectitudinis cognicione
quia tum impotencia quam ignorancia
viciorum suggestionibus succum
bebat propter quod plus patebatur
defectus gratie et virtutis. Et
ideo bene additur congruitas loci
cum dicitur Jericho que interpretatur
luna. per cuius defectum a luce
precio defectus moralitatis mor

intelligitur. Consequenter po-
nit ewangelista humane infirmitatis
deformitatem a similitudine
ceci dicens Cecus quidam se
debat secus viam mendicans
Ubi deformitas generis humani
describitur quantum ad quatuor de
fectus quos patitur. Primo quia
caret lumine cognicionis et ideo
dicitur cecus 2o caret exercicio bone
occupacionis et ideo dicitur sedebat
3o caret regula directionis
et ideo dicitur secus viam. Ita
enim erit secus quod erat extra
per carenciam regule dirigentis
4to quia habundat sollicitudine
inquietatis et ideo additur men
dicans. Et hunc defectum sen
ciebat David cum dicebat Ego
autem mendicus sum et pauper
etc. Deinde ponit ewangelista re
cuperande salutis aviditatem
cum dicit Et cum audiret
turbam pretereuntem etc. Unde
quisque enim avidus proprie salutis
attente observat qualiter
possit invenire remedium
diligenter interrogando exquirit
peritum medicum et si ipsum
invenerit instanter exorat sue
artis beneficium. Talem ordinem
tenet iste cecus in desiderio
proprie sanitatis nam attente
auscultat. Et ideo dicitur Cum
audiret turbam pretereuntem
2o diligenter interrogat. Interro
gabat inquit quid hoc esset
cui dixerunt quod Jhesus
nazarenus transiret etc. Hic

dr transisse Jhesus · Cernam nris
infirmitatibus compatiens cre
scendo et pdicando nris infir
mitatibus medelam adhibuit
salutarem iuxta dictum pet
apli Act · c° x° · Qui transiit
benefaciendo et sanando omnes
oppssos a dyao · 3° vehementer
clamat ubi ondr orantis
affectus impedientium cogita
cionum defectus desiderii sanitat
expressus · Orantis ergo affect
ondit qua clamat dicens Jhu
fili david miserere mei · Clamor
enim et sua postulacio vehe
menciam affectus declarant
addit autem defectum cogita
cionum impedientium cum dicit
Qui pibant increpabant eum
ut taceret · homo enim pravis
consuetudinibus assuetus cogi
tacionum molestiis interius ag
gravatur ut si quando desideret
et postulet supernum auxilium
ipse prave cogitaciones itaut
differunt a recto desiderio
ut quasi increpare videatur
sancte affectionis postulant
auxilium sollicitudinem et cla
morem · Unde grg in omelia
Illi autem qui Jhesum venie
tem precedunt designant
carnalium desideriorum turbas
tumultusque viciorum qui prius
Jhesus ad cor nrm pveniat
cogitacionem nram dissipant
et in ipsa nos nra oracione con
turbant · Et quoniam mens ·

sue salutis avida · se retrahat
ne consequi possit salutem
prius accenditur et amplius
animatur ad auxilium requirend
Ideo additur expressus desiderii
acquirende sanitatis cum subdr
Ipse vero magis clamabat · f · d ·
m · mei Qui enim salutem de
siderat senciens se gravari sinis
tritate peiorum viciorum et
variorum ordinis sue impediri ne
pro se orare possit vehemencius
clamare conatur unde grg ubi
supra · Quanto graviori tumultu
cogitacionum premimur tanto oraci
insistere ardencius debemus · Et
advertendum est qualiter iste
cecus auxilium postulat dicit
enim Jhesu fili david miserere
mei · ut enim xpum ad sui rede
mcionem inclinet confitetur
in xpo salvacionis potestatem quia
Jhesus ipse enim est de quo dam
est · ergo primo vocabis nomen
eius Jhesum · ipse enim salvum
faciet populum suum a pctis eor
2° confitetur nature humane
conformitatem cum adiungitur
fili david · Qui enim filius dd
est · hominibus conformis est in
natura · Ex quo frater est hom
et p consequens debet homib
subvenire · Unde Crisos loquens
ad hunc cecum dicit · Cum
te vocavit o homo non plegisti
libros pravatis luminibus unde
igitur nosti luminare mundi
dicens fili david vera exco

de quo dictum est dns illuiat
cecos 3º postulat saluatoris
benignitatem cum subdit miserere
mei. ac si dicat bene miserer(e)
mei debes quia homo pro hoibus
factus es. et es deus. Sequitur
tercia pars principalis ewangelii. Stans
autem ihesus iussit illum adduci
ad se. In qua ponit ewangelista me
dia curantis liberalitatem respectu
cuius ponit aliquid indicatum pietatis
2º insinuatiuum benignitatis 3º
adiungit effectum sanitatis.
Ponens ergo indicium pietatis
dicit. Stans autem ihesus iussit
illum adduci ad se. Sicut enim
instabilitas propria est cunctis libet
creature et eius importanciam
manifestat ita stabilitas propria
est deitatis et eius potenciam
et virtutem insinuat. Sicut
eciam obtemperare pertinet ad
creaturam humiliter fruentem
sic iubere proprium est diuinitatis
et imperium indicat sapientie
In eo igitur quod dns iubet cecum
adduci ad se et in hoc quod stare
describitur apte monstratur indi
cium pietatis. Secundo ponitur aliquid
insinuatiuum benignitatis cum
adiungitur. Et cum appropinquasset
interrogauit illum dicens. Quid
vis ut faciam tibi. hec autem
benignitas duplex manifestat Xpo
quia excitat fidem dicens quid
vis ut faciam tibi. ubi glosa
et est Amb. Vt cognoscamus
non nisi confitentem posse sal
uari. Et bene excitatur
fides cum interrogatus quid velit
non aurum non diuicias sed
lumen querit dicens. Domine
ut videam. unde glosa in Catil
Cecus autem a domino non au
rum sed lucem querit et nos
non falsas diuicias sed lucem
queramus quam videre cum so
lis angelis possimus ad quam
lucem via fides est vnde ceter
cecos dicitur Respice fides tua
te saluum fecit. Secundo
impetrat salutem dicens Res
ficit v. s. vnde glosa in eadem
predicte exposicioni consonans
dicit transire humanitatis est
stare diuinitatis. Cecum ergo
dns transiens audit stans il
luminat quia per benignitatem
suam vocabus nostre cecitatis
compaciendo misertus est sed
lumen nobis gracie per diuinitatis
potenciam infudit. Sed hoc autem
requirit quod velit ut cor ad
oracionem excitet peta enim
vult hoc quod et nos petere et se
concedere. Prognosticat Nondum
est quod ad eum qui debet curari
pertinet infirmitatem suam
cognoscere medicum querere
et ipso invento consequi sani
tatem. Que tria notantur
in triplici actu Xpi quos actus
lucas solerter describit. Nam
Xpus appropinquat transit et
stat appropinquando enim audit
homini sue infirmitatis defectum

ut ipsum cognoscat esse tam
gravem quam per ignorantiam. et
importunam sibi ambit in bello
Tercium secundo autem exhibuit
se medicum sollicite inquirendo
sed sanando. Declaravit se pote-
tem nostris sceleribus remedia
sanitativa conferre. unde glosa
super lucam. Ihesus transiens
cecum audit stans illuminat
quia per humilitatem suam
nostram creatat vocibus compatitur
et potentiam divinitatis lumine
sue gratie infundit. 3o adiungit
eum tertio effectum sanitatis ubi
audit ipsum effectum velociter
et utiliter accelleratum dicens
confestim vidit. Et sequebatur
eum magnificans deum. Velo-
citer quidem accelleratum est
beneficium quando confestim
ad xpi dictum restituitur sanitas
postulanti. Utiliter autem hoc
ostenditur fuisse collatum quando
non sicut ingratus hoc recepit
beneficium sed sicut gratus
propter quod dicitur sequebatur
eum magnificans deum. videt
enim et sequitur per gratiam illu-
minatus. ex beneficii recognitione
ita gratus existat ut xpm in
suis operibus imitetur. Et est
aliquid in quo hunc etiam imi-
tari debemus. Cecus enim iste
ante oracionem fidem ostendit
fervidam et post oracionem bene-
volenciam conservavit. Ex quo

nobis insinuatur ut qui indigemus
divino auxilio cum fidei fervore
accedamus ad deum. Et quando
eius beneficium suscepimus non
simus ingrati. unde sequitur
Et omnis plebs ut vidit dedit
laudem deo. Ubi insinuatur hoc
beneficium graciose manifestatum
quia dei beneficia non solum
hiis prosunt quibus principaliter
exhibentur sed etiam aliis qui
ex eorum consideracione in laudem
conditoris assurgunt. Queritur.
Dubitatur circa predicta cur xpus
interrogat cecum dicens ut faciam
tibi cum dominus eius animi affectum
cognoscat huius ceci. Ad hoc
dicendum est quod huius interrogacionis
multiplex est ratio. una quedam
est in expositione precedenti scilicet
ut interrogando fidem excitaret
et accenderet ad petendum et
hec ratio ponitur in glosa media
que sic dicit Non ex ignorancia
querit sed ideo ut rogetur et
ut mentem ad oracionem excitet
quia intelligens cecus subiungit
domine ut videam. Secunda ratio huius
est ut astantibus manifestet
rectitudo affectus istius ceci
postulantis lumen. Cum enim
increparent ut taceret nescie-
bant quod tale beneficium postulare
vellet sed aliquid aliud in quo
nimis divina potencia exhiberetur
Interrogatur ergo ut turbe cog-
noscant postulantis affectum

z^o kunus est ut ipso ceco
pub[er] maiestate sive ut defectu
pub[er] careret nec possent
cumuli [illegible] dicere q[uod] dixerunt
de ceco nato similis eius est
idem enim ipse creatus est qui
illuminari poposcat

Accedens temptator

Atteq[ue] [illegible] q[ui] inimicus est iustis dia[bolus] [illegible]
ad temp[tandum] [illegible] cum videt in eo [illegible]
[illegible] sancti[tatis] et maior cum devovus [illegible]
[illegible] ad ordinem et excellens et [illegible]
[illegible] desertum contemplando [illegible]
ieiunium [illegible] opus ordinem [illegible]
et q[uod] dicitur ex malicia vel invidia [illegible]
fuit ad ipsum temptandum [illegible]
[illegible] temptare [illegible] cogitur cum [illegible]
[illegible] spiritus [illegible]

1. Interior [illegible] ductus est
[illegible] in desertum et temptar[etur]
[illegible] accedens [illegible]

Nota [illegible] ductus est [illegible] in desertum
[illegible] spiritus [illegible] impulit eum in de[sertum]
[illegible] agebatur in desertum [illegible]
[illegible]
[illegible] erat petrus [illegible]
[illegible] andreas
[illegible] fuit ductus in desertum [illegible]
[illegible]
[illegible] in desertum spiritu [illegible]
[illegible] in desertum [illegible]
[illegible] desertum [illegible] est ut [illegible]
[illegible]
[illegible] in deserto [illegible]
[illegible]
[illegible] vite [illegible]

[illegible] historiam [illegible] locus [illegible]
[illegible] in quo [illegible] parabola [illegible] descendens
[illegible] ipse adam [illegible]
[illegible] temptatus [illegible] spoliatus [illegible]
[illegible]
[illegible] temptator qui adam in [illegible]
paradiso [illegible] adam a visione
[illegible] ad desertum [illegible]
[illegible] ad [illegible] deserit
[illegible] temptatus [illegible] locum [illegible]
[illegible] ut sic locus in quo [illegible]
[illegible] ductus est [illegible] ille
debebat [illegible] qui adam [illegible] deiectum
[illegible] qui [illegible]
temptatus [illegible] princeps [illegible]
[illegible] in
[illegible]

[illegible] temp[tatus] a diabo[lo]
[illegible] in deserto [illegible]
[illegible] loci [illegible]
[illegible] ad temp[tandum] [illegible]
[illegible] ad temp[tandum] cum vidit solitarium
[illegible] sine viro
[illegible]
invenit [illegible]
[illegible] desertum intrat ieiunat [illegible]
[illegible] ad temp[tandum] accessit [illegible]
[illegible]
[illegible] mediator fieret
ut [illegible]
[illegible]
[illegible]

Ieiunat [illegible] ieiunat xl diebus [illegible]
ut statum veteris testamenti satisfaciat [illegible]
[illegible] in veteri testamento [illegible]
destituta [illegible] lex et [illegible]
[illegible] legislator in ieiunio
[illegible] in [illegible] tam lege [illegible]
et helie [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] in eo [illegible]
[illegible]
[illegible] consecrado
in novo testamento satisfaciat [illegible]
[illegible] sicut [illegible] ascendit [illegible]
ad [illegible]
[illegible] novi testamenti [illegible]
[illegible] gentes [illegible]
[illegible] mundi [illegible]
[illegible] mundi [illegible]
[illegible] xl in [illegible]
[illegible] moyses et helie
ieiunans [illegible]
[illegible] ad [illegible] mundi et
[illegible] temptatum
[illegible] ad ipsum colligi et
eidem conformari debebat

Ideo ero mo satisfac. xpi no. te. Verz ho
adam ipo victq ex gulam demo inflamati
libine specialem motu in se expte. e te
pugne legi mentis e spus. z p h'c p
qi inuitu expty e captiua lege pcti
z mentis. ut i q. nouq ho x. tpe no. tes
guido ducet hoc ad statim q e te
mane durectus motibus spetans. q
iam inchoat xl dierq ut tpi a. z sab
o dat xe uatiam alli qui vesti at g pspe
tate q gistit ex gor ddis. Legi x. preq
et gor cum ex pisem depi ne obsuare
z h. e ggi a dm dut. cum p tme dep a
q ex gor clia gistat decalogi mandata
contepas digni e ut caro carne qd
deacs assligm. q Hec satisfac. xpi te
decias in no te. Ceterum in. sit ut
gemundo in no te. Cetum in. fit ut
pe gre hond diffuse decade eqd tpis
longitudi cum sed gre gsetram. Caq
aute anni dies sunt CCC et lxv. et
qta ps diei. Decima ad ps CCC
sunt xxx. decima vo ps lx sut sex.
erit xxxvi. eidem autem et ad decime
septime decimam p vnam die. vt no
fundat veritas ut dimidiet opus ho
erit xxx. et qua 1a ad hemore
lit. fuitaq q grevit p ieiu q ebreali
aui del e eq maripant ab pedys he
z q tres dies additi ad xxxvi sunt xl
Satisffacit ex hni qui in ieo d. e
pudr incontr. fams em ex hoi q de
hac uita poss spare d. ex ut h constag
e delbigams dud e pgatl ppmam pet m
atq dniiipsione corp post queeas p ieiu
ad paradisum q ada de paradis fuit ectus
per gulam. Si go ita fams e phi te. n.
spant, nos q seste deu qui a spi z phis e ss
erit tota. z hoc dmg deluge tota cum
lo luce to aia h'c e md pi corpe. Sed a
pd oblae vigi. pd gdes. erit ad ha z sp. scp.
Et qm thanz alius dies perterg in
uase scili a. in corpe eo gor qualib
g sistente illa ror all' per quieta fu ut
q. dicto i donad p nuper cardinales
adnutes quib d ieiu adderim etiae xl
quie uius pmal z pme deputatus
Itaq ait iam ptes aquote sunt. l. y. my.
v. viii. x. xv. q faut l. q e ws numeres
pous pz splem iubileu i qe iumta se
diuisa in lege

Nos q psalar pz lupum deopere pl columbe
prudencia pz norte priua d. ftri leptandis
ingred'. primo q pz herpez gre ut in
scria lupum a emendo ppt ut dme in
splaq dus q dy in fmuel digim adaltora
z mando statq opa dy q ocede ipos aungi
ho mundi inficere blandicys que lenire
pelocy ad inimende qualibz e diuy dz pars
meditari de diuins benificys. ocupari debet
qualibus z in ubipp recolligi ut qm post
posz de pol rum genu clestibus
Nos aut in illis ocupare q. in desto qstl
tempos plum ingerbe q et dy fecerunt
quod bella indicit qm qsput nos malady
dcelibz occupa eo q maior vir o iusticia
q arquit de gener ut dr helarig. Omi
q in dy tept nos tanto pz prevalet
qm dicy tept nos tanto pz prevalet
acuta d mnt. ouan carne repugne spua
ne i pecas pli arma ex ubipp aby poss
expugne. hinc e q ubi indici palab ieiu m
ut ipos me te caro pibrea spu e sortes
redde ho dm dya temperanta. Nec oporte
Ido q p pz expta pmany tepte anim ul
magistelu ns in arrep arma di ut sto
hoste coglio e victori spista de rediad

Temptat

Cum intrasset ihesus capharnaum
mt viij Convenit pius homo eius
libenter misereri qui antequam considerat
de eius clemencia. Sibi petit et exponit
eius benivolenciam et singulariter allegat
proximi indigenciam. Et sic quanto humilius
petit tanto plus meretur quam postulat. cum
quod et de sua fide ac humilitate laudatur
conditos ibi centurio fide et humilitate nobis
imitandum proponens ut quanto postulant
puritatem sibi sui. quod deus tribuerit ei
et quod suam humilitatem attendens ac divinam
maiestatem adeo meruit commendari
huius euangelii expositio superius habita est

dr pt introduci Sm dyom de di-
no. ad vitam operacionis sic conveniunt
multe circumstancie ut bonum sit tamen unus
malum apt ipsum bonum desorme pt
esse multis Efficitur n. bonum opus malum
per obliquitatem intencionis l. per impuritatem
cogitacionis per admixtionem et solicitudinis
inimicum cum cogitatu terrene affectionis
Xpus i. qui in mal declinandis po-
suit doctrina sua ut luceant. in bo-
nis operandis regulas docuit ne per
obmissionem actus debiti ipsa bona opera
deperiret. qui n. per obliquam intencionem
vel terrenam affectionem in bonis operibus
aliquid inordinatum admiscet huic
solo se conformis omnium eterne retribucionis
amittit. Volens i saluator bona opera sua
omnino sic eius intencionem intimum i ipsius
ad intima gaudia et eterna premia dirigit
ut conformes simus ymagini filii eius
Ad que predicta specialius observanda
ipse xc in principio eius d. nos informat
Primo excludendo obliquitatem intencionis In primo
contra eos qui in laudibus et favoribus
hominum invigilant quorum opera casta non sunt
Secundo perfigendo debitum modum operacionis
et tu autem etc Non n. placent opera bona
in quibus appetitur ut non generis ipsos ea faciat
sed quia eos considerantes mirantur aute
quos ab aliquo amari pro nomine sed vere
aciuis diligat Et a deo mirantur
opus laudes quod non gl. dind effi sed hoc
ut i bonum opus deo placeret. quare deum
tantum faciendo. Tercio allicit ad per-
petue retribucionis ad d. nolite thezaurizare
in quo intencionem dirigit et ad deum dirigit
et elevat cum quis labor temporalis acquisitus
fiat condicitur. opus vero spiritualis intencionis
obliquum recepit. et quod cor humanum mens per
dicta medium ad diversa deflecti. Non
quia iniustitias i. et ordo ut legis v. quod
pulcra sit et munda in sua dia sui in
fiat admixtam superior maculam contrahit
ex inferioris admixtione sicut in auro
admixtam argento Cum i. eia vero omnes
tales vias sua bona pollicit in sordibus
quorum et solicitudine admixtam vero ex
eis macula contrahit Unde prohibetur
ne solicita de thezaurizacione terrenorum

Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes

exterminant enim facies suas etc.
Matthei vi. Dicit in rebus naturalibus
bonitas ex fine earum dependet ita
in operibus nostri et virtutis complemen-
tum ex fine dependet verbi gratia Dic-
tum ex fine dependet verbi gratia
bonitas arboris ex hoc fine cognoscitur
quod fructus bonos portat ita comple-
mentum ethice est ex hoc quod fit propter
deum. Et quoniam opera virtuosa ex
fine recipiunt complementum. Ideo
nullum opus acceptum est deo quod non
fit propter finem boni et debitum. Et
ideo bene dixit ille philosophus etc. iustum
est omnia denominari ex fine. Cum
igitur finis ex intencione mentis
prefigitur rebus. hinc est quod in operibus
que sunt de genere bonorum intencio
est principalis racio meriti si est simplex
et recta. et est eciam principalis ra-
cio carencie meriti si est obliqua. Quapropter
salvator volens nos instruere qualiter
in bonis operibus finem debitum debe-
amus nobis prefigere ex recta inten-
cione et finem indebitum declinare
dicit Cum ieiunatis etc. Ubi circa opus
bonum excludit intencionem vane
ostentacionis. 2º indicat modum
recte operacionis. et 3º largitur re-
gulam cuiuslibet actionis. Secundum
ergo hec tria evangelium principaliter di-
viditur in tria. Primo igitur excludit
ab opere bono intencionis obliquitatem
ibi. Secundo prefigit in eodem
bene operandi qualitatem Tu autem
cum ieiunas. Tercio prebet omnibus
intencionibus regularitatem. Nolite
thesaurizare. Primo igitur excludit
ab opere bono intencionis obliqui-
tatem cum dicit Cum autem ieiu-
natis etc. Sed ut melius hoc videatur
Primo excludit a beneoperantibus
ostentacionis vicium Cum ie.
Secundo declarat ostentacionis
modum Exterminant enim facies
Tercio evacuat taliter ostentancium
fructum Amen dico vobis. Exclu-
dit igitur primo ostentacionis vicium
ab opere bono. Dicit enim dicens Cum
super eum Dabat dominus glo-
riam vanam ex opere bono procedere
ideo spinam vane glorie que nasci-
tur in terra bona iubet prescindere
ne suffocet ieiunii fructum. Dicit
ergo Cum ieiunatis nolite fieri sicut
ypocrite etc. Consueuit enim ex ie-
iunio et abstinencia pallor faciei
causari propter defectum sanguinis
et caloris. Et quoniam talis pal-
lor reddit in facie quandam appa-
renciam honestatis et sanctitatis.
Ideo potest ad apparenciam homi-
num ieiunium ordinari. Et quia talis
intencio aliud interius intendit
aliud exterius pretendit facit homi-
nem ypocritam. Volens igitur Christus inten-
cionem huius remouere ab hys
qui propter premium eternum ieiunant
dicit Cum ieiunatis nolite fieri
tristes sicut ypocrite qui aliud inten-
dunt interius scilicet laudem et fa-
vorem hominum. aliud pretendunt
exterius per tristiciam et pallorem
causata ex ieiuniis quia pretendunt
speciem et apparenciam sanctitatis
Hec enim est ieiunium in quo invenitur
voluntas propria et non voluntas
divina dicente domino ysaie lviii. Quare
ieiunavimus et non aspexisti.
humiliavimus animas nostras. etc.

nesamsti Ecce in diebus ieiunij vestri
invenitur voluntas vestra Nolite
ergo ieiunare sicut usque ad hanc
diem scilicet ut audiatur in ex
celso clamor vester. Ille enim
ieiunat ut clamor suus audiatur
in excelso qui non aliud intendit
quam hominibus apparere iustus et
sanctus. Et ideo in eius ieiunio
voluntas propria invenitur quod dominus
prohibens idem dicit Nolite ie
iunare sicut usque ad hanc diem
Ubi non prohibet virtutem sed
fictam virtutis speciem Et eodem
modo prohibet in presenti cum
dicit Nolite fieri sicut ypocrite
tristes. lr 2 sm glo. ipa velans tris
ticia Nolite ieiunium obstentare
Unde est attendendum quod non dicit
Nolite esse tristes sed dicit Nolite
fieri tristes. Est enim tristicia
de rebus que mundi sunt quo mo
do debito quis de rebus transitoriis
contristatur. Et contra dei volun
tatem turbatur et talis periculosa
est et si nimis excedat dampna
bilis dicente apostolo ii cor vii seculi
tristicia mortem operatur. Est 2o
modo tristicia simulata ad apparentiam
sanctitatis et ista est in hominis
potestate posita habens ortum
ex obliqua intencione et ista
mediante dicitur homo fieri tristis
quasi sponte et ex intento pro
curans se apparere tristem ad
consequendam laudem humanam
Et quia media huius tristicie videtur
potius esse ieiunium quemadmodum patet
in ieiunio ypocritarum. Ideo Christus
prohibens eam dicit Non ie
iu. fi. si. y. t. Et hoc est quod dicit
Chrysostomus super Matheum Non potest fieri ut
non senciat qui ieiunat sed melius

est ut ieiunium te ostendat quam tu ieiuni
um Non etiam potest fieri ut sit
ylaris qui ieiunat semper ieiunio afflictus
Et ideo non dicit Nolite esse tristes
sed nolite fieri tristes qui enim per
imposturas aliquas apparent illi non
sunt tristes sed fiunt. Est tercio modo
tristicia qua quis dolens de peccato
vel de miseria proximi motus vel
aliomodo deo accepto affligitur et
molestatur et occasione huius mo
lestacionis ieiunando palesat. Et talis
tristicia est accepta iuxta illud apostoli
ubi supra Que secundum deum est
tristicia penitenciam in salutem operatur
stabilem Et qui hoc modo tristantur
non fiunt tristes per apparentiam
sed sunt vere tristes propter penitenciam
Unde Chrysostomus ubi supra Cui autem
aliter propter assiduum ieiunium tristis
est non fit tristis sed vere est
Deinde cum dicit Exterminant enim
etc. declarat obstentatorum modum
Ubi advertendum est quod singula
ritas filia est superbie seu vane glorie
et est mater ypocrisis. Modus ergo
quo quis per superbiam vel vanam
gloriam efficitur ypocrita est ut
per aliquam exteriorem apparentiam
singularis videatur. procurare ergo
habere faciem pallidam et aliis dis
similem in apparentiam sanctitatis
est ipsam exterminare quasi de mal
livi et extra terminos proprios seu ex
terminos aliorum hominum ponere
Si ergo istud fiat ad acquirendam
laudem humanam exterminantur facies
ut quis appareat hominibus ieiunans
Unde Gregorius loquens de sic ieiunantibus
dicit ergo cum Ora pallescunt corpus
debilitate concutitur pectus interruptis
suspiriis urgetur. inter hec tanto labore

aliud quam iusta extimacio humana cogita-
cionis igitur tales operantur actiones
virtutis scilicet ieiunium ut dissimiles
aliis videantur et ex visa eorum
vilitate ultra homines predicentur
hinc est quod eorum ieiunia non sunt
casta nec deo accepta unde leo papa
in sermone de epiphania non sunt
autem casta ieiunia que non de ra-
cione veniunt continentie sed de arte fal-
lacie. Notandum est secundum quod dicit
beatus Augustinus in libro de sermone domini
in monte capitulo ex hoc capitulo advertitur
quod non solum in ornatu rerum corpo-
rearum et in ambicione ac pompa
seculi est vitanda iactancia et vana
obstentacio. verum etiam in rebus
vilibus et maxime in vilitate humi-
liacionis et angustitate penitencie atque
similibus et tanto plus talium obsten-
tacio est vitanda quanto potest fa-
cilius quis decipi per ea que prefert
speciem religionis et similitudinem
sanctitatis. Et quia ieiunium est de
numero istorum ideo in afflictione et at-
tenuacione que sequitur ex ipso ob-
stentacio vana summo studio est caveda
Deinde cum dicit Amen dico vobis
etc. Evacuat ypocritarum talium fructum.
boni operis bona intencione factum
debet se ordinari ad acquirendam dei
graciam et dei filiacionem et iste est
fructus eius. quod si ipsum opus bonum
fiat propter laudem hominum caret fructu
predicto et non recipit operans aliud
quam intendit scilicet laudem humanam
qua recepta habet mercedem suam. Et
quoniam ypocrite tali modo ieiunant
ideo subdixit salvator Amen dico vobis
receperunt mercedem suam ubi glossa interlinearis
id est habuerunt laudem quam voluerunt non
adopcionem filiorum dei. Sed dubitatur
aliquis de evacuacione huius fructus
xpus enim discipulos provocans
ad bonum exemplum aliis dando
dicit. luceat lux vestra coram hominibus
ut videant opera vestra bona ergo
ad apparenciam hominum ieiunare
bonum est et si bonum non debet
privari mercede. Ad hoc dicendum est
ad hoc ergo operari aliquid in apparencia
hominum ita quod ipsa sit finis ultimus
intentus omnino privatur fructu
premii eterni ymmo est malum
quia est abusus rei qui de se de-
beret ordinari ad honorem dei.
et hoc modo prohibetur hic intencio
appendi. Operari autem aliquid in con-
spectu hominum ut ipsa apparencia sit
aliis exemplum bone actionis et
occasio laudis divine licitum est
et sanctum et hoc modo xpus pro-
vocavit discipulos ad dandum exemplum
aliis bene operandi. non ut eorum
opera ad hoc videntur ut ipsi lau-
darentur sed pocius ut deus glorificaretur
Et ideo cum dixisset. luceat lux vestra
coram hominibus ut videant opera
vestra bona non ibi constituit finem
sed addidit Et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. Iste enim
debet esse finis cuiuslibet boni
operis scilicet gloria dei dicente
apostolo. i. Cor. x. Sive manducatis
sive bibitis sive aliud quid facitis
omnia in gloriam xpi dei facite.
et ita non est contrarium illi quod
dixit xpus. luceat lux vestra ei quod
nunc dicit Amen dico vobis rece-
perunt mercedem suam. Sequitur
secunda pars principalis huius .i.
Tu autem cum ieiunas etc. In qua
prefigit bonis operibus modum et
qualitatem. unde glossa docet
docet deus quid non est faciend

modo debet quid est faciendum ¶
Sciendum est autem quod opus quod
faciendum est si debet esse accep
tum debet habere hunc modum
ut primo procedat ex mente sin
ceritate et alacritate quia hilarem
datorem diligit deus. secundo decli
net extrinsecam vanitatem. 3o
intendat dei acceptabilitatem et
secundum hec tria pars dividitur 2a
in tres Primo enim xpus in ope
ieiunii suadet sinceritatem mentis
Tu autem cum Secundo dirigit
intencionem finis Et pater tuus
qui videt in abscondito Tercio
promittit securitatem mercedis
Et pater tuus etc ¶ Suadet igitur
primo in opere ieiunii mentis sin
ceritatem dicens Tu autem cum
ieiunas etc. Agens quippe sincera
in bonis operibus est. cum ex ipsis
homo vult esse xpo conformis
Conformatur autem xpo tripliciter
et secundum hoc potest tripliciter
intelligi quod hic dicitur. Unge caput
tuum etc. Uno modo conformatur ho
xpo. Si per opera misericordie subveniendo
pauperibus xpi de hiis que sibi
ieiunando subtrahit pro amore
xpi largitur et hoc est caput.
Ungere nempe scilicet xpm unge
scilicet in diebus ieiuniorum.
operibus misericordie deservire. Unde Ps
super xpm. Spiritualiter caput
xpus est. Sicientem pota esu
rientem ciba. et sic oleo miseri
cordie unxisti caput tuum id est
xpm qui clamat in Mt 25o. Cum
uni fecistis ex minimis meis
michi fecistis. Ungitur quoque caput
cum honoratur xpus et ideo ipse
dictum est faciem lava et caput

Unge. quia quamdiu sumus in corpore
consciencia nostra sordida est peccatis
Caput autem nostrum xpus peccatum
non fecit. Vel. Ungitur caput tuum
Si habendo mundam conscienciam
afflictionem carnis sue libenter susci
pit ut mortificacionem xpi portet
in corpore suo Si ergo quis vult
sincera mente ieiunii opus persolvere
ungat caput suum Caput enim nostrum
xpus est et ipse met est unguentum
effusum in passione. Cum igitur
causa huius macerat carnem suam
ut sit particeps passionum xpi et
hoc facit ieiunando. Iste cum ieiunat
ungit caput suum. et cum hoc mundat
conscienciam aqua penitencialis sa
cramenti et flumine lacrimarum ef
ficitur xpo conformis ut sit sensus
Tu autem cum ieiunas unge caput
tuum et faciem tuam lava. hoc est
opus ieiunii tam sincera mente perfi
cias ut per afflictiones et abstinen
cias. quibus xpo conformaris. qui est
caput tuum. sis ei similis et per
mundiciam consciencie sis ei acceptus
Hanc enim mundiciam requirit dominus
Ysa primo dicens. Lavamini mundi
estote. auferte malum de cogitacionibus
vestrum ab oculis meis ¶ Alio modo
conformatur homo xpo. si habens
conscienciam mundam facit opus per
quod avertitur a mundi vanitatibus et
illecebris. Et de hoc ope pro tanto
gaudet quantum per ipsum avertitur
a mundo. et fit subditus xpo. Et hoc
fieri potest mediante ieiunio. Unde
leo in sermone de ieiunio. Impleri enim
debet ieiunium non ciborum tantummodo
parcitate sed maxime privacione vi
ciorum. nam cum castigacio ista sumatur
ut carnalium desideriorum fomites
subtrahantur nullum magis sectandum

est abstinencie genus quod ut semper
simus ab iniusta voluntate sobrii et
ab inhonesta actione ieiuni. Tu ergo
cum ieiunas unge caput tuum ut ex
ieiunio quo mediante mens abstrahitur
a mundi illecebris et sit christo subiecta
racio que est caput in anima tua letetur
et faciem tuam lava ut cum hoc quod
de tali opere letaris munditiam consci-
encie habere conceris. Huic exposicioni
concordat dictum Augustini libro 2 de sermone domini in monte.
Caput inquit accipimus racionem que
in anima preeminet et cetera hominis
regit. Ungere ergo caput ad leticiam
pertinet. Interius ergo gaudeat de ieiunio
suo qui ieiunando se avertit a volup-
tate seculi ut sit subditus christo. Tercio
modo quis efficitur christo conformis
si solius dei voluntatem querit in ope-
ribus virtutum quia christus dicitur venisse
non ut faceret voluntatem suam sed
pocius patris sui qui in celis est. Sic
ergo ieiunet quis et in ieiunando ta-
lem habeat modum ut soli deo placere
studeat et exteriorem apparenciam omnino
declinet ita quod caveat quantum potest apparere
ieiunans hominibus talis conformis
est christo si consciencia habet letam
et mundam sicut enim dicit Crisostomus
Facies anime est consciencia. Et nam
sicut in conspectu hominum graciosa
est facies pulchra sic in oculis dei spe-
ciosa est consciencia munda. Loquitur
autem christus per similitudinem pales-
tinorum qui in diebus festivis caput
suum ungebant et faciem lavabant
et secundum hunc modum hic est sensus
verbi. Tu autem cum ieiunas unge
caput tuum et faciem tuam lava hoc
est in exterioribus festivum et letum te
ipsum exhibe ut non appareas hominibus

ieiunans per ostentacionem ac
si que appareat in capite vel
in facie tua. Ad talem enim ostente-
tacionem ordinatur illud ieiunium
quod dominus non acceptat. Ysaie lviii dicitur
Numquid tale est ieiunium quod elegi
per diem affligere hominem animam
suam. numquid contorquere quasi cir-
culum caput suum et saccum et
cinerem sternere. numquid istud vo-
cabis ieiunium et diem accepta-
bilem domino. quasi dicat non. Deinde
cum additur. Sed patri tuo qui est
in abscondito. dirigit intencionem
finalem boni operis qui est approbacio
divina. Deus enim qui pater meus
est productione gubernacione
et hereditatis promissione. in
abscondito mei cordis est habita-
cione intimior enim est cordi meo
quam ipsum cor sibi ipsi. Et ideo est
in abscondito. hoc est in intimo
mee consciencie propter quod videt quam
intencione aliquid operemur. Et
ideo ad nullius alterius complace-
ciam debemus opus virtutis perfice-
re nisi suam. Sicut autem iste pa-
ter dicitur esse in abscondito quia est
intimus cordi meo. ita dicitur eciam
in abscondito quia donec sumus
in statu vite est a nobis invisi-
bilis. Sic igitur quamvis invisibilis
sit. tamen attendit quali inten-
cione ieiunemus et ideo ad hoc
ut simus ei accepti ieiunare de-
bemus et hoc est apparere patri
meo qui est in abscondito. Unde
glossa interlinearis id est patri celesti qui est
invisibilis vel qui habitat in corde
per fidem. Deo enim ieiunat qui
pro amore eius se macerat et quod
sibi subtrahit alteri largitur

Caput mentis nostre racio est. que tunc ungitur
quando spirituali leticia in bonis operibus gloriatur
Ieiunium autem cum sit ad afflictionem passionis et
mortis [illegible] invitat. sicut [illegible] ex conformitate in [illegible]
[illegible] ad christum [illegible] racio nostra [illegible]. ita ex
conformitate ad ipsum in doloribus et passionibus
[illegible] gaudet quia [illegible] [illegible] [illegible] ita et
resurrectionis erimus. et [illegible] Cum
ieiunas unge [illegible] ut in afflictionibus et passionibus
mens gloriatur si christo conformatur.

¶ Deinde enim dicit. Et pater tuus
qui videt in abscondito reddet tibi. d sanct
Promittit mercedis securitatem
Sicut enim pater celestis existens
invisibilis et habitans per fidem
in cordibus nostris est perfectus cog
nitor meritorum ita est fidelis
retributor premiorum. Sicut
igitur sufficit homini talem habere
retributorem ita ei sufficere
debet ipsum solum habere operum
inspectorem. Et sicut non debet
ab aliis quam ab ipso sperare vel
exspectare premium boni operis
ita debet sibi sufficere quod eidem
soli eius opera innotescant. et
ideo bene dicit. Deinde sufficit Remig
enim tibi ut qui inspector est
consciencie sit etiam remunerator
hic est enim pater de quo dictum
est iacobi i. Omne datum optimum
et omne donum perfectum desur
sum est descendens a patre luminum
apud quem non est transmutacio
nec vicissitudinis obumbracio ¶ Sed contra suppo
situm est quod ieiunium est simpliciter
opus virtutis ¶ Arguerit aliquis
de hoc et arguitur quod non est opus
tale quia consistit in pura pri
vacione omne autem opus vir
tutis aliquid ponit ¶ Preterea opere virtu
tis nemo potest male uti. sed ieiunio
potest quis male uti. ergo non opus
virtutis ¶ Contra demones non
repelluntur per aliquod opus nisi
procedat a virtute Sed aliquod genus
demoniorum expellitur oracione
et ieiunio sicut dicitur mathei xvii
ergo pertinet ad virtutem ¶ Ad hoc
dicendum est primo quod est opus

virtutis patet sic. vicium oppositum
virtuti curari non potest nisi per opera
virtutum sicut morbus oppositus sa
nitati non curatur nisi opere nature vel
artis Sed vicium gule curatur remedio
ieiunii ergo est opus virtutis ¶ Preterea
illud est opus virtutis quo mediante
mens convertitur ad bonum incommutabile
et abstrahitur a bono commutabili ex
per actus contrarios peccatum committitur
scilicet per conversionem per bonum
ad bonum commutabile et per
aversionem ab incommutabili Sed ie
iunium mentem elevat ad deum et
abstrahit a desideriis carnis. ergo etc.
¶ Preterea illud est opus virtutis quo
mediante caro subicitur racioni sed
ieiunium est huiusmodi racione sob
rietatis ergo est opus virtutis ¶ Secundo
videndum est cuius virtutis est opus
et patet quod potest esse opus imperatum
a iusticia. aliquando enim quis ieiunat
ut deo satisfaciat peccato. Et quia
hoc procedit ex virtute iusticie cuius
est corrigere satisfacere et punire ideo
potest esse opus eius ¶ Potest etiam
esse opus temperancie cum enim resec
care superflua delectabilia gustus
sit opus temperancie et hoc fit
multociens mediante ieiunio potest
esse opus temperancie ¶ Ad primum
in oppositum dicendum est quod aliquid
est positum in ieiunio scilicet superfluorum
alimentorum secundum regulam
iusticie vel temperancie ¶ Ad secundum
dicendum est quod actu virtutis inquantum
procedit a virtute nemo potest male
uti. tamen ex aliqua intencione potest
male uti quolibet actu virtutis. ex
cepta caritate ita quod actus bonus ex
se sive ex genere suo erit malus ex

intencione et hoc modo ypocrite utuntur
actu ieiunii. ¶ Sequitur tercia pars
principalis. Nolite thezaurizare etc.
In qua salvator prebet omnibus ac-
tionibus regularitatem prefigit enim
quasdam regulas bene agendi ex
intencione recta. Et circa hoc primo
prohibet sollicitudinem circa tran-
sitorium thezaurum quia de facili
perditur. ¶ Secundo admonet sollicitudi-
nem celestis initi quod nunquam corrumpitur
thesaurus. ¶ Tercio concludit cordis huma-
ni studium quod rebus afficitur. Ubi est
thesaurus tuus etc. ¶ Prohibet ergo
primo sollicitudinem circa transitoria
dicens. Nolite thesaurizare vobis etc.
Sicut enim vana iactancia circa spi-
ritualium prohiberi debet ita effectus
eius debet precaveri. Est autem eius
effectus aliquis sollicitudo thesaurizandi
divicias mundi. nichil enim facit tam
sollicitum hominem de acquirendis
diviciis sicut glorie cupido. Et ideo sicut
superius salvator exclusit cupidinem
glorie et laudis humane. ita nunc
excludit sollicitudinem thezaurizandi
que est eius effectus. Et hoc est quod
dicit Crisostomus in omelia. Nolite thesaurizare
etc. Postquam vane glorie expulit egri-
tudinem oportune iam sermonem de
contemptu diviciarum inducit. Nichil
enim ita pecunias concupiscere facit
ut glorie cupido. propter hoc namque fa-
mulorum greges et auro opertos equos
et argenteas mensas expetunt. eciam
homines non ut utilitatem aut vo-
luptatem impleant sed ut multis
ostendantur. ¶ Alia etiam racione tal[is]
sollicitudo prohibetur ab hominibus
que talis est. Videmus unaqueque
creatura in ordine et natura sua

sit pulchra tamen si nobiliori et
superior admisceatur ignobiliori
et inferiori redditur vilior. ex
tali commixtione sicut patet in auro
respectu argenti. Videmus enim
tam aurum quam argentum in suo
genere fulgeant. vilius tamen reddi-
tur aurum si admisceatur argento.
Anima ergo anima naturalis inter
omnes creaturas tenet nobilem
gradum ita quod omnes corporeas
creaturas excedit. ipsa redditur
vilior si obmissa diligencia spiritualis
studii per sollicitudinem nimiam
rebus corporalibus misceatur.
Et ideo bene prohibetur talis
occupacio cum dicitur. Nolite the-
saurizare etc. Et hoc est quod dicit
Augustinus de sermone domini in monte. Si enim eo
corde quisque operatur aliquid. ut
terrenum comodum adipiscatur
non erit cor mundum quod in terra
voluptatur. Sordescit enim aliquid
cum inferiori miscetur. natura quamvis
in suo genere non sordescat quia
etiam de puro argento sordidatur
aurum si sibi misceatur. ita et
animus noster terrenorum cupi-
ditate sordescit quamvis terra in suo
ordine munda sit. ¶ Alia michi locum
racione talis sollicitudo videtur
esse prohibita. Non debet quis
sollicitus esse de rebus quarum
possessio non est in eius facultate
nec perpetuacio in eius potestate
quia rem acquirere et acquisitam
perdere invitum plus affligit quam
si nunquam fuisset acquisita. Sed
possessio et stabilitas terreni
thesauri non est in hominis potestate
ergo non debet sollicitus esse
minimum circa talia acquirenda

et hec ideo magis consona est textui
textum ewangelii quo dicitur Nolite the-
saurizare vobis thesauros ubi erugo et tinea demolitur et
ubi fures effodiunt et furantur. Talis
enim thesauri instabilitatem
optime cognoscebat propheta quando
dicebat Thesaurizat et ignorat
cui congregabit ea. Dicit autem
quod terrenum thesaurum erugo
tinea et fures possunt auferre.
Quia secundum Rabanum tres
sunt diversitates diviciarum
quarum una est in metallis et
talia consumuntur rubigine. Propter
quod dicit beatus Iacobus Iac. v.
Aurum vestrum et argentum eru-
ginavit et erugo eorum in testimonium
erit vobis. Secunda est in vesti-
bus et in hiis que ad vestes
ordinantur sicut sericum lana
et linum et talia a tinea consu-
muntur sive a tarmulis et huiusmodi
vermibus. Et ideo subdit beatus
Iacobus Ubi supra Divicie vestre
putrefacte sunt et vestimenta
vestra a tineis comesta sunt. Ter-
cia est in aliis diviciis sicut sunt
lapides preciosi animalia et omnia
similia que nec erugine con-
sumuntur nec tinea corroduntur
Sed tamen per fraudem vel fur-
tum vel violenciam rapiuntur
Iuxta illud Osee vii. Fur ingressus
est spolians latrunculus foris
Quia igitur omnis terrena
substancia potest ab homine
involuntarie auferri vel per
corrupcionem vel per lesionem
vel per fraudem atque deceptionem
necnon et per violenciam ab-

lacionem. Ideo non debet in talibus
studium mei cordis apponi. Propter quod
bene dicit salvator Nolite thesauri-
zare vobis etc. Sed tamen aliqua trans-
lacio habet Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra
ubi tinea et comestura exterminat
et ubi fures etc. Ideo est sciendum
sicut dicit Crisostomus quod omnia bona
mundi tripliciter tollit interitus. Aut
enim a semetipsis veterascunt ut tinea
sicut vestimenta aut ipsis dominis luxu-
riose viventibus comeduntur et talia
exterminat comestura aut ab extra-
neis vel dolo vel vi vel calumpniis
vel aliquo alio modo iniquo diripiuntur
qui omnes dicuntur fures quia per
iniquitatem festinant aliena facere
sua. Deinde cum dicit Thesaurizate
vobis thesauros in celo etc. admonet
sollicitudinem operis quod nunquam perdetur
quanta enim differencia ponitur est inter
celestia et terrena tanta est inter opus
factum ex intencione acquirendi ea
que sunt vite presentis et inter ea que
facta sunt ex intencione acquirendi
ea que sunt vite eterne. Sicut igitur
terrena omnia corruptibilia sunt
celestia autem sunt incorruptibilia
et eterna ita opera que pro mundanis
fiunt omnia subiacent vanitati. Ea
vero que fiunt propter spem premii
celestis incorruptibilia sunt et ma-
nsura et ideo nec corrupcione consumuntur
nec lesione destruuntur neque fraude
nec violencia rapiuntur. Et ideo hic dicitur
Thesaurizate vobis thesauros in celo ubi
neque erugo nec tinea demolitur et ubi fures
non effodiunt nec furantur. Unde glosa interlinearis The-
saurizate vobis thesauros in celo id est in
spiritualibus et eternis quia future
divicie incorruptibiles sunt semper
nec erugo dissipat nec tinea ad-

ad nichilum redigit nec fures effo
diunt uel furantur quia ibi aduersus
electos dei nulla dyaboli fraus pre
ualebit. Cui glose consonat verbu
ylarij dicentis. laus celestis eterna
est nec furto surrepenti subtrahenda
nec tinea aut rubigine exapienda
est .i. corrumpenda ¶ Deinde cum dicit
Ubi est thesaurus tuus etc concludit
studium cordis humani quod ad res sol
licitius afficitur. Ubi aduertendum est
quod sicut homo compositus est ex
corporali et spirituali natura ita cor simili
ter ad corporalia et spiritualia inclinatur
Sed in tali inclinatione hoc retinet
ipsum cor quia ubi apponit studium
ibi defigitur ibique versatur. Et quod
per amorem fit amans in rebus ideo
cor sollicitum per amorem de aliquo
dicitur esse in illo quod amat. Si ergo
cor nostrum amet terrena et in eis con
stituat thesaurum quod principaliter appetit
ibi est ipsum cor. Si vero amet prin
cipaliter celestia et in eis studium
suum constituat. Sicut eius thesaurus
in celestibus est ita et cor in eisdem
dicitur collocatum. Et ideo bene dicit
Crisostomus. Qui collocat thesaurum in
terra non habet quid speret in celo ut
quid ergo aspiciat in celo ubi nichil
habet repositum. Iste enim dupliciter
peccat. primo quia male congregat
Secundo quia cor habet in terra. Non
sic habebat ille qui dicebat Cant. v.
Ego dormio et cor meum vigilat
ille dormit qui mundanis sollicitudini
bus non intendit cuius cor vigilat
si celestibus desiderijs contemplandis
invigilat ¶ Allegorice autem ille the
saurizat in terra qui opera bona et vir
tutes exercens per erugimem super
bie vel tineam invidie cuius est corro

dere vel perimi vel hoc est demonum
fraudulentiam. efficaciam meriti sibi
permittit auferri. Quo contra ille
thesaurizat in celo qui virtutis opera
sic perficit ut sinceritas mentis eius
ab omni vicio omnique intentione
obliqua atque ab omni fallacia de
monum sit remota. De tali enim
verificatur illud. Tob. iiij. Premium
est bonum thesaurisas tibi in
die necessitatis ¶ Ultra aduertendum
est quod cor improuidum ita res
considerat ut earum finem et sta
bilitatem non obseruat. Et ideo
sicut eius thesaurus est tantum
in acquirendis hijs que pertinent
ad vitam instabilem. ita ipsum
cor est sollicitum in eisdem. Cor
autem prouidum plus attendit fi
nem et stabilitatem rerum quam
res ipsas. Et ideo eius thesaurus
est aliquid stabile et eternum
et per quod cor ipsum positum est
in eternis. Que ergo dementia
est figere cor in rebus quarum
incertus est status et negligere
eas quarum perpetua est possessio
certe magna. Que etiam stulticia
iudicanda est ibi totam sollicitu
dinem cordis apponere. Unde homo
inuitus cito est exiturus et nichil
illuc premittere ubi perpetuo est
mansurus certe permaxima. Unde
Crisostomus super mattheum. Quid ergo melius
est super terram reponere ubi incerta
est conseruationis euentus. aut
in celo ubi est certa custodia. Que
autem stulticia est illic relinquere
unde exiturus es. Et illuc non premittere
quo iturus es. illuc ergo substanciam
tuam colloca ubi patriam habes
Ubi ergo est thesaurus tuus ibi
erit et cor tuum. Sed quoniam

spiritualis intellectus sacre scripture
multociens confirmatur et mul-
tis exemplis referam quod a quodam
viro fide digno audivi. Quidam
predicator ordinis minorum famo-
sus in sanctitate semel venerit
ad quendam locum in quo eius fama
erat celebris et admodum reve-
renda cuius adventu divulgato
in populo contingit quendam divitem
et nobilem loci illius claudere diem
extremum et ad ecclesiam fratrum
minorum ubi sepeliendum erat
corpus eius portari. Ad preces
autem parentum et fratrum predictus
frater licet invitus predi-
care compulsus est. Et in predi-
cationis sue progressu cepit os-
tendere quam mala sit sollicitudo nimia
terreni thesauri acquirendi. et
quam periculosum exitum habet penitus
quia sicut scriptum est inquit Ubi
est thesaurus tuus etc. Quo dicto
subiunxit Et cor huius hominis
qui iacet ante nos non est in
eo sed in eius thesauro. Quo
audito parentes defuncti non
parvam turbacionem incurrerunt
pro eo quod eius carus videbatur
nimium diffamatus. Et propter
verbum fratris probat de ipso pre-
sumi quod esset dampnatus. Qua-
propter non parentes verecundie
fecerunt corpus defuncti mediu
findi. Et quesito corde in loco
ubi et naturaliter debeat non
invenerunt ipsum ibidem. Tunc
dictum est eis fratre predicto
hoc asserente quod invenirent ipsum
in eius thesauro. Quesita ergo
omni eius substancia finaliter
in quadam archa caute ipsius

inventa est quedam parva cista
tota plena florenis aureis multum
seriose locatis. qua aperta inventum
est cor eius in medio florenorum
ita quod desuper omnes stabat. Et sic
verificatum fuit verbum quod frater
ille dixerat quia hoc ipsum per reve-
lacionem acceperat ab eo qui patet
clamat. Ubi est thesaurus tuus ibi
est et cor tuum. Tu autem cum ieiunas
unge caput tuum et faciem tuam
lava Ubi describit primo virtutis prime
actum scilicet ieiunium. Tu autem cum
ieiunas. Secundo ipsius actus modum
ibi Unge caput tuum etc. Quantum
ad primum sciendum est quod actus
ieiunii multiplicem habet utilitatem.
Primo enim comprimit carnalia
desideria ps. Genua mea infirmata
sunt a ieiunio et caro mea immutata est
propter oleum. Et ideo bene dicit Augustinus
carnem bestiam domate ieiuniis
et abstinencia quantum valitudo per-
mittit esce et potus scilicet ciborum
Secundo mentem elevat ad celi de-
sideria propter quod dicit apostolus ii cor
vi. in omnibus exhibeamus nos metipsos
sicut dei ministros in ieiuniis in oracionibus
quia ieiunium adiuvat oracionem ut
sit ferventior unde ysi. de summo bono
l. ii. Facilius per ieiunium oracio pe-
netrat celum. tunc enim homo spiritualis
effectus angelis iungitur. deoque sub-
limius copulatur. Tercio sacra misteria
revelat. dan. x. Post trium ebdoma-
darum ieiunium misterium danieli re-
velatum est. Unde idem ysi. ubi supra
per ieiunium occulta misteriorum
celestium revelantur. divinique sacra-
menti occulta panduntur. Quarto
promeretur eterna premia ysa. lviii
hoc est ieiunium quod elegi et infra

tunc erumpet quasi mane lumen
tuum etc. Et hoc est quod dicit Basilius in ser
mone de ieiunio quia non ieiunavimus
a paradiso cecidimus ieiunemus ut
ad ipsum redeamus. Quantum ad
secundum sciendum est quod caput nostrum
hoc est mentem debemus ungere
Primo oleo exultacionis et spiritualis
leticie ps. propterea unxit te deus
Secundo oleo pure consciencie. mt. xxv.
Prudentes vero acceperunt oleum
etc. Tercio oleo pietatis et misericordie. luce
x. Infundens oleum et vinum. Quarto
oleo devote penitencie. luc. vii. Oleo
caput meum non unxisti. Similiter
faciem hoc est conscienciam nostram lavanda
est a quatuor maculis. Primo ab immun
dis cogitacionibus. lavamini mundi
estote et cetera. Secundo a pravis
erroribus. ysa. 4. Si abluerit dominus
sordes filiorum etc. Tercio ab odiosis
rancoribus. Gen. xliii. Joseph. lota
facie egressus est. Quarto a commissis
sceleribus. 4. Reg. v. Vade et lavare
septies in iordane etc.

Audistis quia dictum est anti
quis diligite proximum tuum
etc. mt. v. Providi ducis est in rebus
bellicis animare milites ad actus stre
nuos redarguere actus imperfectos et
premunire eos ab hiis que bonos
actus possunt reddere vituperabiles
et deformes. Christus enim omnium elec
torum princeps et dux in presenti
ewangelio tripliciter modo predicto suos fideles
informat. Ad cuius evidenciam scien
dum est quod aliqui actus excedunt
facultatem naturalis inclinacionis
et isti sunt virtuosi quia difficiles
virtus autem est circa bonum et difficile.
aliqui actus consonant inclinacioni
nature eciam a gracia destitute et

isti sunt imperfecti in ordine ad meri
tum et premium. aliqui actus sunt quorum
bonitas ex genere maculatur ex inten
cione. Et ideo Christus electos suos
velut in bello positos animat ad
actus ordinatos. Primo elevando
eos ad actus supernaturalis operacionis
Audistis quia dictum etc. Secundo
ostendit imperfectionem actuum qui sequuntur
instinctum naturalis declinacionis. Si enim
diligitis etc. Tercio removet ab ope
ribus iusticie sinistram elacionis. Attendite
ne etc. Elevans igitur salvator
electos suos ad actus supernaturalis
operacionis ut ex contrariis posita
contrarium melius elucescat. Primo
ostendit legis antique imperfectionem
Audistis etc. Secundo sue doctrine
supererogacionem ibi. Ego autem dico vobis
Tercio proponit ad hoc eterne promis
sionem ibi ut sitis filii. Ostendens
igitur Christus legis antique im
perfectionem dicit. Audistis quia dictum
est antiquis illis. scilicet quibus an
tiqua lex per Moysen data est
Diliges proximum tuum. Et odio
habebis inimicum tuum. Congruum
fuit ut animus humanus ad odium
proximi inclinatus vel vicio
invidie vel motu superbie paulatim
ad dilectionem proximi traheretur.
Et qui subito non possent in di
leccionem contrariam odio respectu
omnium hominum transmutari. per dilectionem
aliquorum ad amandum pocius
quam ad odiendum assuefieri possent
et ideo talibus antiquis preceptum
est ascendere ad unum gradum
dileccionis. id est proximum diligendo
et permissum est eis remanere
in fra gradum minoris perfectionis
inimicum odiendo. Unde augustinus de
ser. domini in monte. Diliges.

proximum tuum etc. Hic intelligitur
quod multi eos a quibus diliguntur
oderunt. ascendit ergo aliquem
gradum qui proximum diligit quamvis
adhuc oderit inimicum. Unde ad
hunc gradum designandum subditur
Et odio habebis inimicum tuum. que
vox non est accipienda ut iubentis
iusto sed permittentis infirmo.
Hec igitur sic intelliguntur secundum
carnalem exposicionem populi
legem exterius et non intus exponentis.
Si autem intus ius verborum dis-
cutiatur invenietur hec sententia
non dissonare perfectionis. nam nomine
proximi diligendi omnis homo intelligitur
ut patet in parabola hominis semi-
vivi relicti in qua dominus ostendit illum
proximum fuisse samaritano qui
erga illum extitit misericors ut
eum intelligamus proximum
cui exhibendum est misericordie officium
si indiget quod nulli homini est ne-
gandum. nomine autem inimici non
natura sed vicium designatur. sic
autem diligendi sunt homines
ut eorum non diligantur vicia
sed potius odio habeamus vicia.
ut igitur bene lex intelligeretur
Christus perfectionem eius tamquam imperfectam
legis adiungens quod non venit legem
solvere sed adimplere addit xii.
secundum doctrine sue supererogacionem
Ego autem dico vobis diligite inimicos
vestros. Unde Augustinus contra Faustum
huic exposicioni consenciens
dicit hec itaque regula est qua et
oderimus inimicum propter illud quod
in eo malum id est iniquitatem
et diligamus inimicum propter
illud quod in eo bonum est id est
rationalem creaturam. Auditis igitur

et non intellectis que antiquis dictum
erat Odies inimicum tuum. ferebantur
homines in odium hominis cum non
deberent odire nisi vicium. hoc ergo
corrigit dominus cum subiungit Ego autem
dico vobis diligite inimicos vestros
Precipiendo ut diligamus inimicos cogit
nos intelligere quomodo possemus
unum eundemque hominem et odisse propter
culpam et diligere propter naturam secundum
Augustinum. Sed attendendum est quanta
sit perfectio huius evangelice lectionis qua
contra omnes partes malicie partes
bonitatis opponuntur. Inimicus enim
tribus modis potest circa aliquem maliciam
exercere scilicet odiendo in corde contra
quod ponitur bonitas caritatis Diligite
inimicos vestros. Secundo cruciando
et offendendo in rebus contra quod ponitur
Benefacite hiis qui oderunt vos. Be-
nefacite supple ministrando tam cibum quam nec-
essitate corporis. Tercio obloquendo in ore
contra quod dicitur Orate pro persequentibus
et calumpniantibus vos. Et hec tria
predicta beneficia caritatis perfecte
contra tres predictas partes malicie
exercenda apostolus in uno verbo con-
plexus est dicens Noli vinci a malo
sed vince in bono malum. Nota quod
Crisostomus super Matheum ponit novem gradus
se habendi ad inimicum. Primus non
esse primum in ledendo. Secundus non
plus ledere quam sis lesus. Tercius ut
lesus nec ledas sed quiescas. Quartus
ut ad tollerandam iniuriam pacientem
te prebeas vel quiesce seu parce.
Quintus ut etiam maiorem quam est
malicie iactatis sic pacienter ferre. Sextus
non odire offendentes. Septimus
diligere ledentem. Octavus eidem
benefacere. Nonus deum pro adversario

peccati. Sequitur ut sitis filii patris
vestri etc. In qua ponit excitacionem pro
missionem promissionem scilicet saluatem
filialem adopcionem que insinuatur
in dei filiacione. Ut sitis inquit filii
patris vestri. Magnum quidem sine pre
ceptum et deus preclarum promittit
premium. Unde Io. Si quis precepta
dei custodiat filius dei efficitur non
natura sed arbitrio suo. Est attende
quod non dicit seruate hoc vos qui estis
filii dei sed dicit diligite ut sitis filii
dei quia ex obseruacione preceptorum dei
datur potestas diuine filiacionis iuxta dictum
Ioh. Dedit eis potestatem filios dei fieri
Unde augustinus de sermone in monte
Unus enim naturaliter est dei filius
nos autem potestate accepta efficimur
filii quando illa que a deo precipiuntur
implemus. Adiungit autem qui in celis
est id est in sanctis et electis suis
de quibus dicit psalmista Celi enarrant etc.
Adiungit autem exemplarem operacionem
ipsius patris cuius promisit filiacionem
enim dicit Qui solem suum oriri facit
super bonos et malos et pluit super
iustos et iniustos. Solem enim sine
habet visibilem sine illum iusticie
qui christus est facit deus oriri super
bonos tamquam dignos ut corporaliter
et spiritualiter subleuentur. Super
malos ut convertantur et ex
acceptis beneficiis redeant ad creatorem
Similiter pluit super iustos et in
iustos siue pluuiam ad fructum terre
multiplicandum siue doctrinam salu
tiferam ad animam irrigandam. Queri
tur aliquis quare deus temporalia be
neficia concedit iniustis que aliquando
non concedit iustis. Ad hoc dicendum

quod si beneficia ista tantummodo
iustis concederentur et ab eis nunquam
auferentur putarent homines propter
ista tantum deo esse seruiendum. Con
cedendo ergo ea malis ostendit beati
tudinem non esse in ipsis constitutam
subtrahendo a bonis insinuat fir
mam miseriam in ipsorum carencia
non esse collocatam. Unde Aug.
de ci. dei. Ista temporalia bona et mala
utrisque voluit esse communia ut nec
bona cupidius appetantur que
mali habere cernuntur nec mala
turpiter euitentur quibus etiam
boni affliguntur. Secundo queritur
utrum sit maius meritum diligere
inimicum quam amicum. Ad hoc dicendum
est quod sicut quedam patet duplici esse
prima est quia actus ille maioris
est meriti qui magis sequitur instinctum
gracie quam nature quam ille qui sequitur
de se plus nature instinctum quam
gracie quia radix meriti est gracia
non natura. Sed dileccio inimici
sequitur inclinacionem sanctam
ex gracia pocius quam ex natura.
Dileccio amici potest sequi incli
nacionem nature etiam sine gracia
Unde augustinus in enchiridion. Mag
num est erga eum qui tibi nichil
mali fecit esse beniuolum illud
vero multo grandius et mag
nificentissime bonitatis est ut
tuum diligas inimicum. Secunda
responsio ad hoc est quia actus
ille maioris meriti est in cuius
operacione est maior racio virtutis
Maior racio virtutis est in eo actu
in quo est maior difficultas et
hoc dico ceteris paribus. Virtus
enim est circa bonum et difficile

Aliquando pro aliqua similitudine ut
hic. Sequitur tercia pars principalis
cum d. Attendite ne iusticiam vestram fa-
ciatis coram hominibus etc. Ubi ostenditur ab
ope iusticie removendum esse vicium
elacionis et hoc fit primo circa actum
iusticie in generali in principio. Secundo
circa actum iusticie specialis cum dicitur
Cum ergo fa. elem. etc. Unde augustinus
de sermone do. in monte generaliter super domini
iusticiam nominavit cum dicit attendite
ne iusticiam faciatis coram hominibus
inde partes exequitur Cum ergo etc.
Quantum ad iusticiam in generali
primo describit actum iusticie viciosum
cum dicit attendite ne iusticiam vestram
faciatis coram hominibus ut ab e. Ubi
sciendum est quod aliquid opus cui annexum
est vicium videtur esse bonum propter hoc
quod ex eo aliquod bonum sequitur et quia
maiora mala devitantur tamen ex hoc
non est nisi vicium sicut dicit aug.
v. de ci. dei c° xiii pro amore laudis et
pecunie cupiditates et cetera talia
vicia compressa sunt sed tamen videt sanius
qui et amorem laudis vicium esse
cognoscat et ideo in bonis que agi-
mus ne opus iusticie sit viciosum
admonet salvator ne operans in humanam
laudem tanquam in finem sui operis
requiescat propter quod dicit augustinus
loquens de apostolis ubi supra c° xiiii
Etiam ne propter humanam gloriam recte boni
docuerat eos magister eorum dicens Ca-
vete facere iusticiam vestram coram
hominibus ut videamini ab eis id est
hac intencione ut eos ad vos conuerti
velitis quia non propter vos estis
Secundo subiungit talis operis finem infruc-
tuosum cum adiungit Alioquin mer-
cedem non ha. ap. p. vestrum Il-
lud enim est finis et merces operis
cuius amore fit. Cum ergo opus
factum propter hominum laudem pro
dei amore non fiat apud deum
non meretur mercedem. Opus autem
quod propter deum fit cum operans in
corde suo non videat nisi deum
apud deum meretur retribucionem
Unde crisostomus super mat. Qui non ideo
facit opus bonum ut ab hominibus
videatur et si coram hominibus
facit non tamen coram hominibus
fecisse videtur. Qui enim aliquid
facit propter deum neminem videt
in corde nisi deum propter quem facit
et hoc est quod dicit augustinus
de verbis domini. Sunt quidam
qui sic faciunt iusticiam coram ho-
minibus non ut ipsi videantur ab
eis sed ut ipsa opera videantur et
glorificetur pater qui in celis est
non enim suam iusticiam deputant
sed eius cuius fide vivunt. Deinde
excludit elacionis spiritum vicium
circa opus iusticie in speciali cum
dicit Cum ergo facis elemosinam
noli tuba canere etc. Ubi notandum
est quod aliquando fit aliquod opus
quod de se convolutum est cum malicia
ut mentiri et furari et istud dicitur
malum ex genere tamen si operans ad
aliquem finem malum intendat
in eo qui sit alius a fine operis
operans habet duplicem maliciam
scilicet unam ex genere aliam ex
fine licet nominetur ab illa que
accipitur ex fine ut qui furatur
ut diceretur licet sit fur et avarus
tamen magis dicitur avarus quam
dicatur latro. Aliquando homo operatur
bonum ex genere et tamen malum finem

ncietatem. vado ad eum q misit
o sui recessus necessitatem ibi Sz
go veritatem dico vobis. h' agitur
. eius utilitatem. Cum autem
enit ille arguet mundum etc.
Quantum ad primum in quo circa
as discipulorum describitur medicina
remo huius tristicie seu circa
atis evidencia. ro causalis efficacie
u ibi Sz quia hec locutus sum
obis etc. Evidencia quidem eius
icitur. vado ad eum qui misit me
et nemo ex vobis interrogat me
uo vadis. Quia sicut dicit Crisostomus
isapuli audito id quod xpus dixit
us. venit hora ut omnis qui interfi
it vos arbitretur se obsequium
restare deo in tantum mentis
ristitiam inciderunt ut nichil loqui
ossent. Et ideo evidentem eorum
ristitiam xpus excitans et quodam
no redarguens dicit. vado ad eum
ui me misit quasi dicat in precio
est meus temporalis recessus quo
relinquens mundum vado ad patrem
qui me misit. Sz ex mestitudine
mentis vestre fit ut nemo ex vobis
interrogat me quo vadis. Superius
enim quia non erant ita tristes
dixit aliquis eorum domine quo vadis
eorum nunc igitur quia nemo
ex vobis interrogat me quo vado
signum evidens tristicie est vel
silencium. Sic igitur exponitur
remo iuxta hec clausula Augustinus autem
aliter exponit referens hoc verbum
vado ad eum qui misit me. ad
illum diem quo xpus ascendit

ad patrem de quo ascensu loquitur
xpus tanquam esset presens quia
de proximo esse debebat et tam certum
erat ipsum futurum ut iam esse
dici posset. quia igitur ille ascensus
tanquam patens et evidens deba
bat a discipulis videri oculis corporis
propter evidenciam eius xpus insinuans
dicit Nemo ex vobis interrogat
me .i. interrogacione indigebit ut di
cat a me quo vado quia hoc ipsis
oculis intuebitur. Deinde cum dicit
Sz quia hec locutus sum vobis etc.
ostendit tristicie eorum causalem
efficaciam quam possumus dupliciter
intelligere .uno modo quod istud quod dicit xpus
scilicet quia hec locutus sum vobis.
potest referri ad duo. potest enim primo
referri ad illud quod in principio huius
capituli dixerat discipulis. venit
hora ut omnis qui interficiat vos arbi
tretur se obsequium prestare deo
Ex hoc enim dicto poterant disci
puli cogitare se expositos esse tri
bulacionibus multis et destitutos
in adiutorio hominum mundanorum iuxta
illud pauli Tamquam estimati sumus tanquam
oves occisionis. et quoniam non
erant adhuc perfecti in amore
dei ideo tristicia implevit eorum
cor timore futurorum malorum
quando enim fuerunt in spiritu sancto amore
perfecti iam non contristabantur timore
persecucionum futurarum. verum etiam
in passionibus contumeliis letabantur
sicut dicitur act. v. Ibant apostoli
gaudentes a conspectu concilii etc.
Secundo potest dictum xpi expla

m num fidelium ne arguantur
e iusticia eo q iustificatos non
imitantur caveant futurem iudi-
ium ne cum mundo pharape iudica-
rem iudicatum sequntur. Nam
ui enim sequntur audituri sunt
m iudicos. Ite maledicti in ignem
ternum qui paratus est dyabolo
t angelis eius. Deinde cum
icat Adhuc multa habeo vobis
icere etc/ ponitur secunda vtilitas
q misterio veri cita quam inti-
matur huius vtilitatis. Primo
ndigencia adhuc multa habeo
c/ 2o sufficiencia. Cum autem
venit ille. 3o Complacencia non
nim loquetur a semet. Primo
rgo auditur indigencia que causatur
x debilitate capacitatis eorum
icut enim parvuli nondum sunt
apaces profundarum sentenciarum
n sca quamquam aliqua eius capiat
udimenta. ita nec apostoli tunc erant
apaces multorum misteriorum
ue in posterum sciri debebat
t ideo ipsis dicitur. Multa habeo
vobis dicere. sed non potestis portare modo
Sed a quo et per quem doctorem
t reddantur capaces et misteri
ntur de illis subiungit d. Cum
utem venit ille sp. etc/ ubi mani-
estat huius doni sufficienciam
uam integrant. celeritas. fon-
alitas. universalitas et vtilitas
Celeritas quidem quia dicit cum
venit. Statim enim ut venit
n hominem ipsum docet Et ideo
icat Gg. in om. pent. Nulla quippe

est iste artifex spiritus nulla ad discendum
mora agitur. sed mox ut tetigerit
mentem docet ymo ipsum tetigisse
docuisse est. Fontalitas autem
auditur quando addit ille spiritus ve-
ritatis, quia veritas est eo q est ^est n. spiritus veritatis
deus. Et quia a filio qui est veritas
procedit. Et quia ab ipso tamquam
a fonte in creaturis veritas derivatur
Et quia ad veritatem ducat faciens
nos coniunctos principio suo scilicet
patri et filio a quibus procedit q
bene idem spiritus insinuavit Jo
xv. dicens. Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre
spiritum veritatis qui a patre procedit
ille testimonium perhibebit de me
et vos testimonium perhibetis quia
ab inicio mecum estis. Ecce continuacio
discipulorum cum christo mediante
spiritu veritatis. Universalitas autem
auditur quando addit. docebit vos omnem
veritatem in quo eciam auditur vti-
litas quia per ipsum cognoscatur
veritas. dicit autem omnem veritatem
Est enim veritas vite. doctrine et
iusticie. Veritatem vite docet spiritus veritatis
intellectus inspirando efficaciter
quid agendum q bene ondit apostolus
Ro. viij. Cum enim dixisset secun-
dum spiritum sunt que sunt spiritus
senciunt. subiungit dicens. Pru-
dencia autem spiritus vita et pax.
Veritatem vero doctrine docet spiritus
veritatis quando docet quid credendum
et intelligendum q idem paulus
ondit. 1. Cor. xij. dicens alii per
spiritum datur sermo sapiencie alii
sermo sciencie et infra. hec

id
Hec omnia operatur unus atque spiritus di-
uidens singulis prout vult. sed ve-
ritatem iustitie docet qui inspirat
quid sit unicuique tribuendum sic igitur
docet omnem veritatem. 3° audit
huius doni complacentia cum addit
Non enim loquetur a semetipso
etc. Ubi intelligendum est quod duplicem
complacentiam facit in homine
aduentus spiritus sancti unam quia
dat ei intelligentiam de personis
diuinis illuminans hominem ut
credat quod pater est a quo procedit
filius et a patre ac filio spiritus sanctus
ita quod quicquid habet ipse spiritus sanctus
habet procedendo. ~~et ideo non loquitur~~
et ideo non loquitur a semetipso
quia non est a semetipso sed quecumque
audit loquitur quia eius audire
est ipsum procedere plenum omni
notitia quam loquitur quando ve-
ritatem hominibus inspirat. Est
itaque prima complacentia istius
inspiratio diuinorum. Secunda
vero est reuelatio futurorum de
qua subditur Et que ventura
sunt annunciabit vobis. Et bene
ex hac promissione noua crescit
letitia. quia per eam eleuat
mentem discipulorum. Ad nichil
enim ait Crisostomus ita auidum est
genus humanum ut ad sciendum
futura. Vel sic. Spiritus sanctus
adueniens et corda discipulorum
illustrans venturas eis persecutiones
quas pro Christi nomine passuri
erant annunciauit ut dum eas
cognoscendo preuiderent et minus
affligerent eum premisse et ex

eis primum sperarent premissum
Vel aliter secundum Bedam. Que ve-
ntura sunt annunciabit vobis cum
gaudia vobis celestis patrie ad
memoriam reducet ita quod minora
eis mala que pro confessione
nominis Christi erant passuri et
premia quem pro eis erant
recepturi. Deinde cum dicit Ille
me clarificabit etc. Ponitur tercia
utilitas quam facit spiritus sanctus
in electis scilicet notitia et euidencia
Et hec euidencia vel notitia
dupliciter potest intelligi in hiis verbis
Primo sic. Spiritus sanctus illu-
minando corda apostolorum atque fi-
lium notionem et diffundendo in eis
caritatem. declarauit dicens cui
qualiter filius est patri equalis
ut cognoscatur ab eis quod ipse
est splendor glorie et figura sub-
stantie eius. portansque omnia
verbo virtutis sue. sedet ad dex-
teram maiestatis in excelsis.
Clarificabit ergo filium spiritus
spiritus sanctus adueniens ut ille
qui prius videbatur tantum homo
intelligatur deus patri equalis
et quia in ista equalitate ab
ipso filio procedit idem spiritus sanctus
sicut procedit a patre ideo addit
quia de meo accipiet. accipit de
eo id quod est scilicet suum esse ipse quod
tamquam a veritate procedens annun-
ciat veritatem ideo additum est
Et annunciabit vobis. Non ergo
mirum si adueniens docturus
est omnem veritatem quia a

tate procedens amictiabit ipsa
tatem. Alio modo ista clarificatio
intellige[re] q[uod] exponit aug[ustinus]
s[upe]r iohannem. Sp[iritu]s enim s[an]c[t]us
veniens in discipulos xpi[sti]
rificavit i[d est] clarum ostendit et
manifestavit quando per ipsum
animati et inflamati discipuli
fiducia repleti ac timore depul[so]
annunciaverunt hominibus xpi[stu]m
sic eius fama diffusa est
toto orbe terrarum q[uia] enim ipsi
timidi erant virtute sp[iritu]s s[an]c[t]i
hoc ipsum sp[iritu]m sanctum dicit
s[anctum] facturum. Sp[iritu]s igitur ap[osto]lis
predicantibus clarificavit nomen
q[uod] sp[iritu]s sanctus divulgavit ac
per hoc ipsum xpi[stu]m eisdem me
ritibus clarificavit q[uia] bene
estimavit. Verba que dixit iste
sp[iritu]s me clarificabit. Ecce p[ri]n
cipalis auctor sed ne credatur
minor filio vel sapientior ipso
eo addit quia de meo accipiet
terminus quia ne a iustis territe
clarificationis excludant[ur] ap[osto]li
[...]s adiungit. Et annunciabit vob[is]
[...] sc[ilicet] per vos nomen meum
hominibus innotescetur hoc enim
modo tam sp[irit]ui sancto q[uam] discipu
lis ipse xpi[stu]s attribuit sui no[min]is
manifestacionem. Jo[hannis] xv. dicens
cum venit paraclitus quem
ego mittam vobis et infra
ille testimonium p[er]hibebit de me
et vos testimonium p[er]hibebitis
quia ab inicio mecum estis.

Moraliter autem aliquando
sp[iritu]s subtrahit ab hominibus deq[ue]
effectum gracie quasi vadens in
suo effectu ad eum qui donavit
graciam eo mo[do] quo dictum est Jo
iii. Sp[iritu]s ubi vult spirat et infra
et nescis unde veniat aut quo va
dat. Si ergo homo in tali subtrac
cione piger sit considerare causas
talis subtraccionis dici p[ote]st ei q[uod] p[ri]mo
interrogat quo donum gracie vadat
cognita tamen talis doni subtraccione
tristis efficitur quia a dexe[?] dere
lictum credit. Et quoniam talis
privacio interdum efficit hominem
humiliorem et per [con]s[equen]s ad graciam
magis dispositum. ideo congruit
sibi dici potest expedit tibi ut
ad tempus hoc dono priueris
quia si non privatus fueris eo
paraclitus ad te adh[u]c indisposito non
mittetur. Si autem privatus
fuis te humiliato mittetur. Et ta[lis]
per novum augmentum gracie
ille arguet in te mundanas affecc[io]
nes de p[e]cc[at]o quo scilicet minus
credis in xpi[stu]m fide operata per
dileccionem eo q[uod] talis fides et
opacio prius erat tepida et remissa
Et de iusticia scilicet quam noluisti
ymitari in xpi[st]o qui iter moreretur
et iusticiam vivit ad patris gloriam
non amplius videndus mortalis
Et de iudicio q[uod] credet te prius
minus debite considerasse ac timu
isse faciendo q[uod] ipsum sic considera
ut scias quia fiat principis.

huius mundi de initio sue permitat iudicatus est ita qui non timet ipsum condempnatum sequi pro malicia iudicabitur. Et quamvis multa sunt nova hanc sic prevento gracia tamen non fit subito in omnibus perfectus sed potius quando perficit tam in gracia quam in donis spiritus sancti docentis enim omnem veritatem fidei doctrine et iusticie in qua veritate cognoscat homo per veritatem fidei quid conveniat ipsius personis divinis ad invicem compatis et per veritatem iusticie clarificatur in ipso homine xpus ut dicat cum apostolo Gal. ii. vivo ego iam non est ego. vivit vero in me xpus ita q attendit documenta eiusdem. i. Cor. vi. empti enim estis precio magno glorificate et portate deum in corde vestro. Quod nobis ipse largiri dignetur qui est benedictus in secula seculorum amen.

Amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis etc. Io. xvi. Quoniam aliquis vult obtinere ex gratia donum aliquod videmus tria posse concurrere ad obtinendum donum postulatum. Primum est liberalitas dantis. 2m oportunitas temporis et hec duo videtur insinuasse psalmista cum dicit Oculi omnium in te sperant domine q importat liberalitatem dantis et tu das escam illorum in tempore oportuno q manifestat aptitudinem sive congruitatem temporis. 3m q concurrit ad obtinendum donum postulatum est ydoneitas postulantis. Nam teste gregorio. Si is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora provocatur. predicta vero tria scilicet liberalitatem dantis congruitatem temporis ydoneitatem petentis xpus post suam resurrectionem integre exprimens declarans dicit Amen dico vobis etc. ubi primo manifestat dantis liberalitatem ibi Amen amen dico vobis. 2o adiungit temporis oportunitatem ibi. usque modo non petistis. 3o Introducit petentis ydoneitatem ibi. hec in proverbiis locutus sum. Quantum ad primum in quo manifestat liberalitas dantis oportet attendere quinque. attendas enim primo peticionis obiectum. 2o subiectum 3o principium. 4o exaudicionis initium. vto ipsius effectum. obiectum peticionis est ipsa res postulata. de qua primo promittitur. Amen. amen dico vobis si quid. hoc est aliquid. secundum autem q dicit augustinus in originali illud est vere aliquid quod est permanens et stabile et per consequens pertinet ad vitam eternam res ergo postulanda quam hic promittit xpus obtinendam est pertinens ad vitam eternam. res ergo postulanda. Et quoniam filii zebedei m

mpalem gloriam q etnam
ostulabant quando metr mr
etebant sedere ad dexteram
t sinistram xpi Ideo dictum
st eis. Nescitis quid petitis
on enim petebant quid .i. ad
abile et eternum sed potius
uid transitorium et caducum
e hoc autem q obiectum petio
ende in nomine xpi debet
t aliquid eternum. patet quare
ulta petunt in eius nomine
t tamen non obtinent quia
on petunt quid .i. aliqd eternum
d potius temporale Sco aptet
ttendere petitionis subiectum
e quo dicitur precibus sup vos
lt et similes vobis in fide
iste namque ceco nato. ymmo
m illuminato. Jo. ix. Scimus
uia peccatores deus non exaudit
d si quis cultor eius fuerit
t voluntatem eius facit hunc
xaudit. et hoc patet quare
ulti non exaudiuntur q
etunt in nomine meo xpi
uia eorum pcta eos reddunt
e audiendum indignos et expre
ensione dignos iuxta illud
s. x. Pccori autem dixit deus
uare tu enarras iusticias
meas et assumis testam meu
er os tuum .i. tu vero etc hij
unt illi de quibus dictum est
.i. Tunc invocabunt me

et non exaudiam mane consurgent
et non invenient me eo q exosam
habuerunt disciplinam et verbum
domini non susceperunt. 3o. aptet
attendere huius petitionis originale
prm de quo additur patrem dicit
enim ipse pater est a quo omne
datum optimum et omne donum
pfectum descendit ita ipse est prm
principium a quo principalit postulare
debemus q bene dixit saluator
mt vi. dicens. Vos autem cum ora
bitis dicite pr nr qui es in celis
etc 4to oportet attendere eius
petitionis initium q fundatur
super initium xpi de quo subdit
in nomine meo. hoc est in virtute
nominis mei est autem nomine vt
xpi salus et saluacio eo q ihus
interpretatur saluator Sit igitur non
pro sono vocis tantum accipitur
hic nomen saluatoris sed pro
re significata sc pro salute et
ideo non petitur in nomine eius
quicquid petitur contra rationem salutis
Secundum hoc dictum Jac. iiij.
Petitis et non accipitis eo q
male petitis ille enim male petit
qui contra salutem spiritualem aliqd
petit unde augustinus super Jo.
Non enim sonum litterarum sed
quod sono recte ac veraciter intelligitur
hoc accipiendum est cum dicitur
in nomine meo unde qui hoc sentit
de xpo q non est de unico filio
dei sentiendum non petit in eius
nomine. qui vero q. est de illo

sentiendum sentit spem in eius
nomine ponit et accipit quod petit.
si non contra suam salutem sempi
ternam petit. accipit autem quando
debet accipere. Quedam enim non negantur
sed ut congruo dentur tempore dif
feruntur. Consimiliter attendere oportet
huius petitionis effectum de quo
subditur dabit vobis. Ubi attendas
quod non dicit dabit sed dabit vobis
Sancti enim pro seipsis orantes
et rem utilem sue saluti postulantes
exaudiuntur. Si autem rem postu
lent cuius contrarium sit utilius
ad propriam salutem quam est illud quod
postulant non exaudiuntur ad voluntatem
sed ad meritum. Sicut paulus postu
lans auferri a se stimulum satha
ne non est exauditus ad votum sed
ad meritum. Ideo sibi dictum est. Virtus
in infirmitate perficitur. Quando
autem sancti petunt pro aliis inter
dum exaudiuntur interdum non. Due
autem cause potissime sunt propter
quas preces sanctorum pro aliis pe
tentium non exaudiuntur quarum
una est perseverancia in errore. 2a
est obstinatio mentis. unde sicut
illo verbo Ier. vii. Tu autem noli
orare pro populo hoc nec assumas pro
eo laudem et orationem quia non
exaudiam te. dicit glosa duo sunt
que obsistunt sanctorum orationibus
ne exaudiantur a domino. Prima
est error incorrectus permanens
2m est cor impenitens sine finalis
impenitencia dicit etiam idem glosa
quod sanctorum orationes obsistunt

ne dei propter quod Moysi dicit dimitte
me ut percuciam populum istum.
Sequitur secunda pars principalis
euangelii. Usque modo non petistis quicquam
in nomine meo In qua ostenditur op
portunitas temporis. Ubi primo preteriti
temporis ignoranciam commemorat
2o spem obtinendi postulata corroborat
3o formam petitionis
demonstrat 2a ibi. Petite et accipietis
3a statim ut gaudium vestrum
sit. Primo igitur ignoranciam
quam habuerunt discipuli de
virtute nominis Christi in tempore
preterito commemorans dicit Usque
modo non petistis quicquam in nomine
meo. Quod quidem duobus modis
verificari potest primo modo ut intel
ligatur sic discipuli autem ante
Christi resurrectionem non cogno
verunt perfecte virtutem nominis
eius. Et quia nullus petit in
virtute illius quem impotentem
ad dandum existimat vel penitus
ignorat ideo nichil petierunt
in nomine eius ante aduentum
spiritus sancti. ita quod ignorancia
virtutis nominis ipsius. fuit tunc
illis occasio non petendi. 2o
modo intelligitur. Si apostoli cog
noverunt aliqualiter virtutem
nominis Christi ante resurrectionem
tamen non petierunt in nomine
eius quicquam quia non petiuerunt
aliquid preciosum et eternum. Et
omne quod non est preciosum non
est quicquam nisi prout ad preciosum
ordinatur ideo bene dictum est
usque modo etc. Secundo corroborat

em obtinendi postulata. dicens
etite et accipietis sup aliquid
inens ad eternam salutem et hoc
i nomine meo. de petentibus autem
lia dictum est Mt. vii. Omnis
nim qui petit accipit et qui
uerit invenit et pulsanti
ietur. Sed ut clarius informe
re quam debent in xpi noie
et demonstrat quid sit postulandu
cens ut gaudium vestrum sit
enum. Ubi advertendum quod
audium non est plenum quando
st de re habente perfectionem
mplenam. Iterum quando est
re que non complet appetitu
desiderium possidentis. Iterum
ando est de re que hz bonita
m permixtam malo. Item 4to
ando est de re que pt perdi
ia eo ipso quod timetur eius amis
diminuitur complementum gau
et timore perdendi rem que
m amore possidetur. Prima
tur nulla res citra beatitu
inem eternam reperitur in qua
omnimoda perfectio que etiam
plere possit appetitum volis
reature et que non sit imperfect
m coniuncta. Postremoque perque
acquisita fuerit perdi non possit
nc est quod de nulla re creata
re gaudium plenum. In eterna
tro gloria est bonum summo
itus omnium bonorum aggregatione perfec
tz. Id illud bonum pt esse causa
audii plenissimi dicente dno

ad Moysen. Exo. xxxiii. Ego ostendam
tibi omne bonum et patenius di
cente xpo discipulis. Jo. xv. hec
locutus sum vobis ut gaudium
meum in vobis sit et gaudium
vestrum impleatur. 2o in eadem gloria
est satietas omnis appetitus dicente
ps^ta. Satiabor cum apparuerit gloria
tua. Et iterum adimplebis me le
ticia cum vultu tuo. Et ideo potest
illud bonum facere gaudium plenu
iuxta illud Mt. xxv. Euge serve
bone et fidelis et infra Intra
in gaudium domini tui. Et bene
dicit intra in gaudium. In ceteris
rebus que sunt infra deum gau
dium gaudium intrat in hominem
quia appetitus maior est quam sit
bonum possessum et sic appetitus
supat ambitum illius boni. Sed
in bono eterno appetitus supatur
a bono quia maius est illud bonum
quam sit capacitas appetitus et sic
ipse intrat in gaudium tanquam
receptus in ipsum. 3o in eadem
gloria est bonum omni malo
impermixtum dicente Jo. apoc. xxi.
absterget deus omnem lacrimam
etc. Et ideo pt causare gaudii ple
nitudinem quod bene ostenditur ysa. li
Ponam desertum eius quasi deli
cias et solitudinem eius quasi
ortum domini gaudium et leticia
invenietur in ea graciarum actio et
vox laudis. Et ibidem expressius
Et qui redempti sunt a domino convertentur
et venient in syon laudantes
et leticia sempiterna super capita

corum. Gaudium et leticiam te
nebunt fugiet dolor et gemitus
Quarto in eadem gloria est
securitas perpetuo possidendi bonum
gloriosum et ideo petit gaudium
et plenum dicente domino. Jo. xvi
et gaudium vestrum nemo tollet a
vobis. Sequitur 3a pars principalis
hec in prouerbiis locutus sum vobis
etc. In qua introducit petentis
ydoneitatem ad quam tria concurrere
videntur. Primum est proxima
illuminacio. Secundum est accepta di
leccio. 3m est fidei accomodacio
sive fidelis adhesio. 2a ibi. Et non
dico vobis quia rogabo patrem
etc. 3a ibi. Et credidistis a deo exivi
etc. Primo igitur ad ydoneita
tem petencium concurrit prima
illuminacio mentis fienda per christum
de qua dicit. hec in prouerbiis locu
tus sum vobis i. obumbrate et
obscure et hoc conveniencius fuit
est quia adhuc non eratis capa
ces profundorum misteriorum apte
et clare vobis revelandorum. Tunc
enim verificandum fuit verbum
poete apianum in parabolis ac mem
etc. Sed venit hora. scilicet mee re
surreccionis cum iam non in prouerbiis
loquar vobis i. sub velamine et
obscuritate sed palam de patre
annunciabo vobis ut sic per noti
ciam eius a quo petere debeatis
sitis ydonei ad petendum et tunc
cognito patre et etiam me ipso

in illo die i. aduemente illa
nostre claritate. In nomine meo
petetis. hic enim est ille dies
de quo dicit apostolus. Ro. xiii. Nox
precessit. dies autem appropinquavit
etc. Advertendum est hic quod
sicut dicit augustinus in omelia
hic dies de quo dicit hic christus
in illo die non potest intelligi dies
eterne lucis quia nec tunc erit
aliqua necessitas annunciandi de patre
quem videbunt sicut est nec
erit necessitas aliquid postulandi
debet ergo referri hic dies
ad diem vel tempus adventus
spiritus sancti in quo apostoli accep
to dono superno tam patrem cog
noverunt quam divinitatem nominis
christi. Deinde cum dicit. Et
non dico vobis etc. Ostendit
ad ydoneitatem petencium
concurrere grata et accepta
dileccio sub hiis verbis. Et non
dico vobis quia ego rogabo
patrem de vobis vel pro vobis
tamquam scilicet pro quibusdam
extraneis. a dileccione ipsius
patris tanquam pro hiis. qui
in presencia non sunt approbacione
Non enim estis tales quin
pocius estis a patre dilecti et
in ipsius approbacione firmati
Ipse enim pater amat vos
Cuius signum est quia vos
me amastis. Vel sic. Et non
dico vobis quod ego in quantum

[...]us rogabo patrem de vobis qr
[...] quantum dicte non rogo · s rogor
[...] eadem approbacione qua pr
[...]ligo electos · licz in quantum hō
[...]gem patrem pro eis · ā · Jo · p[o]
[...]duocatum habemus apud patrem
[...] Sciendum est q amor
[...]o diligimus deum non est ca
[...] deus nos diligat ipse q dicit
[...] Jo · 4 · Non quasi nos dilex
[...]mus eum sed quoniam ipse
[...]r dilexit nos et hoc dico
[...] amore quo nos diligit deus
[...] eterno et de amore quo nos
[...]lexit in effectu p graciam
[...]cementem · Quantum aut
[...] predictum duplicem amorem
[...]nor noster quamuis non sit causa
[...]men est signum eius · Et
[...]o sic exposui clausulam p
[...]ctam · Ipse enim pr amat nos
[...]uius signum est amor quo
[...]os me amastis · Aliomodo pt
[...]telligi verbum predictum de
[...]nore quo deus per graciam
[...]sequentem vel subsequentem
[...]morum opera et effectus accep
[...]t · acceptare autem est grā
[...]nare et hoc modo pt sic intel
[...]gi clausula predicta · Non
[...]co vobis q rogabo patrem
[...] vobis tamquam pro illis quorum
[...]a non sint pri accepta nec
[...]pud ipsum meritoria · Ipse
[...]nim pater p approbacionem
[...]mat vos cuius racio est
[...]uia vos me amastis et p
[...]morem michi adhesistis
[...]oc autem modo sic potest

intelligi illud · Jo xiiij · Qui autem
diligit me diligetur a patre meo · Et
illud iohannis ibidem · Si quis diligit
me sermonem meum servabit et pater
meus diliget eum etc · Deinde cum
dicitur · Et credidistis quia a deo exiui
ondit q ad ydoneitatem petencium
ut exaudiantur convenit firma et
fidelis adhesio circa quam ondituri
Primo fidelis adhesio cum dicitur
Et credidistis quia a deo exiui · 2o
fidei declaracio sive confirmacio ibi
Exiui a patre et veni etc · 3o discipulo
rum confessio ibi dicunt ei disci
puli · Ecce nunc palam · Primo igitur
onditur fidelis adhesio sub hiis verbis
Bene dico q pater amat vos et
merito quia per sinceritatem fidei
credidistis quia a deo exiui tam
quo ad eternam generacionem qua
exiit filius a patre sicut deus a patre deo
iuxta illud · Jo · 1 · Verbum erat apud
deum et deus erat verbum · Quam quo
ad temporalem inclinacionem incar
nacionem qua exiit filius a patre
p effectum humanacionis iuxta id
q ibidem additur · Et verbum caro
factum est · Ut autem huius fidei
rectitudinem et sinceritatem approbet
adiungit eiusdem declaracionem sive
confirmacionem dicens · Exiui scz
p eternam generacionem et veni in
mundum per temporalem incarnacionem
Iterum relinquo mundum per cor
poralis presencie ablacionem et vado
ad patrem per assumpti hominis glo
rificacionem · De hiis dictum est Jo
xiij · Sciens ihesus quia venit
eius hora ut transeat ex hoc

mundo ad patrem et quoniam a deo
exivit et ad deum vadit. Exivit
a deo per misterium incarnacionis
ad deum ibat per gloriam assumpcio
nis. Et quoniam discipuli ex cla
ritate predictorum verborum illus
trati ad aliquam noticiam maiorem
pervenerant et credenda de christo ideo
subdidit ewangelista eorum confessionem
cum adiungit dicunt ei discipuli etc.
Ubi discipuli confitentur primo de
christo doctrine claritatem. 2o sue
immensitatem. 3o exprimunt suam cre
dulitatem. 2a ibi nunc scimus
quia scis omnia 3a ibi in hoc credimus
etc. Confitentur ergo primo de
christo doctrine claritatem dicentes
ecce nunc palam loqueris et proverbium
nullum dicis scilicet in hoc quod dicis exivi
a patre et veni in mundum etc. videbatur
enim eis loqui clare de sua incarna
cione dicendo. Exivi a patre et veni
in mundum. et etiam de sua glorifica
cione adiungendo. Iterum relinquo
mundum et vado ad patrem. Et quia
hec intelligebant discipuli sicut
vox ipsa sonabat ideo addunt et
proverbium nullum dicis. 2o confi
tentur de christo sue immensitatem cum
subdunt. nunc scimus quod scis omnia
hoc autem scilicet christum scire omnia intel
ligebant apostoli ex duobus. Primo
ex hoc quia cognoscebat eorum cogi
taciones et cordium ipsorum secre
ta atque eadem revelabat eis dicens
vos me amastis et credidistis quod
a deo exivi. 2o ex hoc quod dicebat
eis secreta divina scilicet quod pater eos

amaret et petentes exaudiret
atque similia. Et quoniam ex verbis
intelligebant christum omnia scientem
ideo subiungunt. Et non est
opus ut quis te interroget quasi
dicant quia scis omnia. antequam
ab alio audias scis que cogitat
et quid ipsum scandalizet. et
quid interrogare velit. Et ideo
ad insinuandum tibi mentis con
ceptum non est necesse ut te
interroget. Ultimo exprimunt
ex predictis suam fidelitatem
dicentes. In hoc credimus quia a
deo existi. Debet autem sic intel
ligi in hoc scilicet quod omnia scis et
nos credimus quia a deo existi
proprium enim dei est intelligere
scire omnia tam secreta quam pu
tam eterna quam temporalia tam fu
et preterita quam eciam in ipsa pre
ex quo cognoscere poterant
christus erat deus et a deo exivit
non tamquam creatura sed tamquam
deus. Sicut autem christus in
deus exivit a patre per eternam
generacionem ita in quantum homo
exivit a deo per carnis sus
cionem cuius exitus fuit a
nem incarnacionem iuxta illud
dictum est luce. viii. Exiit q
seminat seminare semen su
scilicet ewangelicam doctrinam pa
ab incarnacionem pervenit ad glo
sempiternam. Quam nobis c
deus dignetur etc.

Cum autem venit pa
quem ego mittam v

Jo. xv. Nichil fuit tam utilem
vitam eternam habendam ab
...no ca° sicut cognicio veritatis
et adhesio firma in ipsa et eius
nullus hunc perdidit ipsam veritatem
nisi qui a veritate discessit
Unde salvator audit propter hoc
primum angelum cecidisse a vita
quia cecidit a veritate. Ille inquit
... homicida erat ab inicio
et in veritate non stetit. Et
quia xpus venit audire vitam
qua pergitur ad vitam eternam
...to de seipso Jo. xviii. Ego in
hoc natus sum et in hoc veni
in mundum ut testimonium perhibeam
...am veritati. Verum quoniam
presenciam suam corporalem ablaturus
erat de mundo constituit eos
qui viderant et audierant eum
... et doctrinam in officium
predicande veritatis. Et quoniam
adversitas mundi sic est contraria
veritati sicut tenebre sunt contrarie
luci. futurum erat ut sicut
dilectores tenebrarum odiunt
amatores lucis sic dilectores fal
sitatis mundane haberent odio
eos qui predicaturi erant veritatem
ne autem non dimitterent sue
predicacionis officium timore perse
cucionis propterea predicit eis odium
mundi ad ipsos et persecucionis
instancias in auxilium contra
...nam persecutorum. Et sic
...ponit tria scilicet iniunctum officium
predicandi odium et divinum
auxilium et hec tria per ordinem
...ernunt sentencia cum lx

q no 2 vi
7 co

principis qua dicitur. Cum venerit
Ubi tangitur primo predicande veritatis
officium. Cum venit. 2° predicate
veritatis odium. hec locutus sum
vobis. 3° Contra asperitatem persecu
cionis auxilium. Et hi fuerunt voc

Quantum ad primam partem scien
dum est quod officium predicande
veritatis requirit consolatorem in
adversitatibus quas propter predicacionis
officium aliquando incurrerit illi
qui predicant. requirit etiam infalli
bilem consiliatorem ne errent in
dubiis. Requirit 3° certum auc
torem et expertum ne mentiantur
de preteritis. Et hec tria xpus predicat
datore in eos quibus incumbebat
officium memoratum. Ita quod primo
promittit eis consolatorem in advers
2° consiliarium in dubiis. 3° exper
enciam in preteritis. 2a ibi spiritum veritatis
3a ibi Et vos testimonium etc.

Primo ergo promittit eis consola
torem in adversis dicens. Cum
venit paraclitus quem ego mittam
vobis a patre. Paraclitus quidem
dicitur consolator. promittit ergo
eis consolacionis donum ut ex
confidencia tanti consolatoris non
timeant persecucionum adversa nec
asperitate earundem dimittant reddere
testimonium veritati. ac si diceret
adversa quidem passuri estis pre
dicando veritatem mee passionis
resurreccionis et ascensionis sed
non frangamini in ipsis. quia donum
consolacionis celitus mittam vobis
quod vos faciet in tribulacione gau
dentes. unde dicimus. Spiritum autem

2 con b que sorc hug ad tendes
h quenoo c ad belus ani 9
pe fideli cum infideli

sanctum clementem consolatorem
dicit ab operatione et nomen ipsius
quia non solum eos quos recipit
dignos sed ab omni perturbatione
reddit alienos. Verum incredibile
quoddam gaudium eis tribuit. Sempi-
terna quippe letitia in eorum cor-
dibus versatur quorum spiritus sanctus
est habitator. Secundo ne forte
errarent in dubiis promittit eis
infallibilem consiliatorem et ve-
racem inspiratorem de secretis dicens
Spiritum veritatis qui a patre procedit
etc. ut sicut ergo quod paraclitus est
dat fiduciam consolantem ita et
eo quod est spiritus veritatis dabit scien-
tiam cognoscentem eo quod docebit vos
omnem veritatem Io. xvi. Cum autem
venerit ille spiritus veritatis docebit
vos omnem veritatem scilicet tam vite
regulande quam iustitie conservande
quam doctrine predicande. Et bene
omnem veritatem doctrine predicande
cuius aliqua pars pertinet ad cog-
noscendum patrem celestem et
hanc docere potest quia a patre procedit
Alia pertinet ad filium in quantum
est deus et in quantum est homo
et hanc tes docebit. Ultima testimonium
perhibebit de me. Ipse etenim spiritus
sanctus adveniens in discipulorum
mentes tantam efficaciam tribuit
predicationi eorum qua testifica-
bantur dei filium crucifixum
et a mortuis suscitatum ut in
ipsum crederent et qui prius cru-
cifixerant et qui ipsum nunquam
viderant sicut patet act. v. Et

Deinde in eodem libro per tot
Unde aug. Tale de me testimo
nium paraclitus perhibebit ut eos
faciat in me credere non vid
3°. quia veritas predicanda cog
nitum et expertum cognitorem
predicat eis quod de hiis que vide
reddent testimonium qui veritatem
cognoverunt in multis patri
Et vos inquit testimonium per
hibebitis quia ab initio mecum
estis. Et si queras quare tunc
plus predicatores erant quam nunc
cum ita bene scirent ea que
viderant sicut postea sanc
Respondeo dici potest quod non ita bene sci
bant ea que viderant de christo
ante adventum sancti spiritus si
post quia non ea non intelli
bant ita bene nec ita modo
sicut intellexerunt spiritu sancto
docente. Vel dici potest cum et
ea tunc sciebant que videra
tamen non erant ita constan
sicut fuerunt post sancti spiritus
adventum sicut patet in Pe
qui ante huius adventum
mortis christum negavit. Et p
adventum nec flagellis ne
minis ipsum desistit predica
ut dicit glossa in ... unde a
Dabit enim fiduciam nobis
timonium perhibendi caritas d
in cordibus vestris per spiritum sanctum
qui dabitur vobis. Ille qui
testimonium perhibens et te
fortissimos faciens abstul
animis eorum timorem et amor

sa conuertat in amorem. Alit
autem predicauerunt apli quod vide
rant de xpo. attendas Johannem
dicentem in can. i ca. po. Quod
vidimus et audiuimus et manus
nostre contrectauerunt de verbo
vite etc. attendas petrum. Cum
enim vellet reddere testimonium
de xpo quod esset dei filius ait. Ac
cipiens enim a deo patre hono
rem et gloriam voce delapsa
ad eum huiusmodi audiuimus
a magnifica gloria hic est fi
lius 2 pe. po. Sequitur scanda
lus principalis cum dicitur hec locutus
sum vobis etc. In qua describitur
dum predicata veritatis. Sit
autem tale odium contra pse
cutionem in predicantes de qua
persecutione si fuerit impremissa
scandalizabuntur. Et ideo sal
uator premuniens discipulos de
persecutionibus quas passuri erant
predicando veritatem. Primo
predicat eis aliquid unde premu
niantur. 2o subiungit quod ab infi
delibus patiantur. 3o quomodo
eorum persecutiones augeantur
Primo igitur predicans eis
aliquid unde premuniantur ait hec
locutus sum vobis ut non scan
dalizemini. hoc est ut non assu
matis occasionem ruine vel
materiam relinquendi predicationem
veritatis ex persecutionum imma
nitate. Scandalum enim est
occasio impellens ad casum

Potest autem turbacio iniuria ac
persecucio non premissa esse occasio
alicui quod frangatur a bono et ab
mittat opera actiones virtutum
ut igitur talium in premissis non
generaret huius scandalum in cordibus
vel mentibus discipulorum xpi
predixit eis persecucionum futurarum
difficultates quia minus iacula feriunt
que preuidentur. Predixit nichilo
minus eis auxilium gracie ac future
que gracia pacatum et tranquil
lum reddet cor eorum etiam in
persecucionum acerbitatibus collo
catum iuxta illud ps. Pax multa
diligentibus legem tuam et non
est illis scandalum. Et hoc est quod
dicit augustinus super Jo. Cum enim
caritas dei diffunditur in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis. fit pax multa diligen
tibus legem dei ut non sit illis
scandalum. Secundo subiungens
quid ab infidelibus patiantur dicit
absque synagogis facient vos. Judei
quippe ignorantes dei iusticiam
scilicet xpm et suam que ex lege
ab obseruancia carnali erat volentes
defendere putauerunt contrarios
esse legi sue et a suo consorcio
expellendos quotquot credebant in
xpm et iam ordinauerunt illum
fieri extra synagogam qui ihesum
confiterentur esse xpm. propter quod
futurum erat ut aplos qui xpm
predicaturi erant non sine grauibus
persecucionibus et verberibus ac

ac penis diversis de suis synago-
gis expellent sicut patet de paulo
stephano aliisque discipulis in actibus
apostolorum. Et ne persecucio ne sibi sub-
ito et absque premisione contingeret
apertum animos nimium perturbaret
predicatur eisdem ac si diceretur
eis propter fidem et veritatem quam
de me predicabitis Iudei vos eicient
de suis synagogis. Sed non oportet
vos de hoc scandalizari quasi ab-
iecti et ab hominibus derelicti quia
tantam multitudinem in meo nomine
congregabitis ut non iam synago-
gas verum eciam latas ecclesias
ymmo ipsum orbem trahatis post
vos. Non igitur scandalizemini
si extra parvam multitudinem
vos eiciant quia per hoc super magnam
populum estis constituendi principes
et prelati iuxta illud quod dictum est
in psalmista. Constitues eos princi-
pes super omnem terram memores
erunt nominis tui domine. Tercio
adiungit quomodo eorum persecuciones
augeantur dicens. Sed venit hora
ut omnis qui interficit vos arbitretur
se obsequium prestare deo. Tanto
enim quis fiducialiter aliquos
persequitur et super eos aggravat
molestias quanto magis credit
se prosequi iustum negocium et
hoc maxime verum est quando hoc
faciendo arbitratur in tali persecu-
cione deo placere et ipsi deo plus
servire quanto amplius et gravius

persequetur quos odit. Et vid...
exemplum ad hoc in humanis
consuetudinibus manifestum
si aliquid sunt constituta sub
uno domino temporali contingat
quod eidem domino placeat quod a...
de istis affligantur expolien...
et exterminentur tanto fiducia...
ac inmanius alii persequentur
eosdem quanto magis creden...
sumere et obsequi suo domi...
illos molestando et maxime
si in tali persecucione et moles...
se iuste agere credant et a...
iuste pati. Quoniam igitur
iudei habentes zelum legis
divine secundum tamen carnalem
intellectum et non spiritualem
Et ideo non solum sciam vide...
quod multi ad predicacionem a...
eam converterentur Et quod omni...
veteris testamenti sacramenta
et cerimonie quasi derelic...
remanerent persecuturi erant
illos qui fidem christi predicarent
et hoc faciendo arbitrarentur
se deo servire et obsequium
prestare quasi pro zelo legis
dei hoc facerent. Ideo bene dictum
est in augmentum persecucionum
quas apostoli passuri erant sed
venit hora ut omnis qui interficit
vos arbitretur se obsequium
prestare deo Tale enim ob-
sequium arbitrabatur paulus
se deo prestare quando

sanctos persequi sathagebat sicut
ipse de se testatur act. xxvi. Ego
quidem extimaueram me aduer-
sus nomen Jhesu nazareni debere
multa contraria agere quod et feci
iherosolimis et multos sanctorum
ego in carceribus inclusi a prin-
cipibus sacerdotum potestate accepta
et cum occiderentur detuli sentenciam
et per omnes synagogas fre-
quenter puniens eos compellebam
blasphemare. et amplius insa-
niens in eos persequebar usque
in exteras ciuitates. Iste enim
habens zelum legis non secun-
dum scienciam arbitrabatur
se obsequium prestare deo
quando sanctos persequebatur.
Sequitur 3a pars principalis
Et hec facient vobis. quia
non nouerunt etc. In qua ponitur
auxilium contra asperitatem
persecucionis. Est autem auxilium
duplex. Primum oritur ex causa
patiendi. 2m ex noticia passi-
onum. Et ideo hec pars habet
duas. Introducitur enim primo
auxilium quod oritur ex causa
persecucionum. Et hec facient.
2o auxilium quod oritur ex
noticia passionum. sed hec locutus
sum vobis etc. Primo igitur
introducitur auxilium quod oritur ex causa
ex quam apostoli passuri erant
que causa fuit ex parte

persequencium ignorancia patris
et filii de qua dicitur. Et hec
facient vobis. scilicet quod extra syna-
gogam vos eicient et etiam
quicumque interficiat vos arbitretur
se obsequium prestare deo. predicta
itaque facient vobis quia non no-
uerunt patrem neque me. ut dicit
dicat 2m glossam. Sufficiat vobis
in consolacionem propter me et
patrem pati. auxilium ergo contra
difficultates persecucionum dupliciter
in hiis verbis insinuatum est
Unum quia ex quo apostoli tamquam
patris et filii ministri passuri
erant tribulaciones exequendo
officium predicacionis multum eis
auxilium conferebat quod propter deum
seruicium paciebantur aduersa.
iuxta illud matthei v. Beati eritis
cum maledixerint vobis homines
et infra propter me gaudete in
illa die et exultate quoniam
merces vestra copiosa est in celo.
Aliud etiam auxilium eis ac-
debuit ex hiis verbis. scilicet hec
facient vobis quia non nouerunt
patrem nec me. Quando enim
quis patitur et consciens est
quod propter peccata sua patitur
nec non et quod persequentes ipsum
facientes peccant quod iniustum est
non habet auxilium consolacionis
ex causa patiendi nec ex ope-
sine affectu persequencium. Sed

quando nichil sibi conscius est paciens
propter quod pati debeat et cum hoc
certus est de indebito ope persequencium
tunc ex hys causam consolacionis
in persecucione multo debet habere
quoniam ergo apostoli nichil erant
sibi conscii criminis propter quod deberet
eos persequi mundus. ex hoc quod christus
eos excusat de ignorancia persequencium
scilicet quod persecutores eos hoc facerent
de ignorancia veritatis magnum eis
tribuit auxilium in tribulacionibus
affuturis // Deinde cum dicit
Sed hec locutus sum vobis etc Introducit
auxilium quod oritur ex noticia
seu presciencia seu prescita passionum quas
erant passuri. Dicit enim dicit
augustinus super Johannem. Ne ignaros
atque imparatos animos mala inopinata
quamvis cito transitura turbarent
hanc fuisse causam ut hec eis
prenunciaret audit dicens. Sed hec
locutus sum vobis ut cum venit
ut cum venit hora eorum re
miniscamini quia ego dixi vobis
In huius autem predicacionis serie
attendendum est primo quod dicitur
Ut cum venit hora. 2º quod adiungitur
eorum. 3º quod additur Quia ego
dixi vobis // Ex primo enim
predictorum scilicet ex hoc quod dicit cum
venit hora Intelligitur quod omnis
potestas quam mali habent super
bonos brevis est et quasi hora
una i. duracionem hore continens
propter quod ex sua brevi duracione
minus pertimescenda est et so

dicebat apostolus ij Cor iiij. Id
enim quod in presencia est momentaneum
ac leve tribulacionis nostre supra
modum in sublimitate eternum
glorie pondus operatur in nobis
Ex secundo quod additur scilicet eorum
ut intelligatur quorum hora
ista censenda sit quia non dei
non angelorum non sanctorum
sed pocius peccatorum debemus
intelligere potestatem malorum super
bonos nichil hec consonum
veritati et iusticie quia de se
iusticia et veritate in sola pena
gloriantur ymitatores illorum
effecti quibus dictum est luce xxij
hec est hora vestra et potestas
tenebrarum. Ex tercio vero quod additur
Reminiscamini etc colligere
debent electi quod nichil pati possunt
a reprobis nisi deo previdente
et permittente. non autem permitteret
electos temporalia
la pati nisi magna bona ali
de ipsis propter quod tollerabilius
debent mala sufferre sciencia
a deo propter eorum utilitatem
permissa. Quoniam autem
istud ponitur in missa de tri
non inutile estimavi aliqui
addere quod ad personas divinas
vere sunt distincte personaliter
in trinitate pertineat Sciendum
est igitur quod christus aliquid
exprimit pertinens ad spiritum
sanctum sive prece sive a
aliquid pertinens ad filium
aliquid pertinens ad patrem

d spm sanctum ptinet q sit
advocatus. Consolator et decla
rator sive confirmator. Ad filium
ptinet q sit mediator et repa
rator. Ad patrem vero q in eo sit
capitalitas et auctas. Et has
proprietates personarum divinarum
expressit xpus in pu° huius
ewangelii. Nam de spu sancto q
sit advocatus et etiam consola
tor ~~[illegible]~~ ondit ex nomine
qui paclitus. Cum venit ille
paclitus. Interptatur enim pacli
tus advocatus necnon et consola
tor. Advocatus autem p tanto
dicitur quia apud dei iusticiam
stat quos inspirat peccatorum
advocare omnibus. Consolator 1.
autem dicitur quia spem venie
tribuendo penitentibus consola
cionem operatur in mentibus
eorum quos replet. Iterum 2.
dicitur consolator q2 hominibus
laboratoribus et in hac valle ca
[...]tutis quandam consolationem
tribuit de spe felicitatis eterne
Iterum dicitur consolator 3.
qua constitutos inter mundi
adversitates et tribulaciones con
solatur ex noticia premii q
tribulaciones consequitur ment
ut constantissime pseverent.
Unde et paulus videtur attribuere
spui sancto consolationes quas
electi de tribulacione mundi pa
ciunt et etiam de spe felicitatis
eterne dicens Ro v. Gloriamur

in tribulacionibus scientes q tribula°
paciencia operatur. Paciencia autem
probacionem probacio vero spem.
Spes autem non confundit quia
caritas dei diffusa est in cordibus
nostris per spm sanctum qui datus
est nobis. Q2 autem idem spus
sanctus sit declarator sive confirmator
ondit xpus. Ipse testimonium phibe
bit de me. Phibuit enim testimonium
de xpo pr in baptismo in transfiguratione
dicens hic est filius meus dilectus
etc. Propter quod dicit ipse xpus inde
est testimonium phibeat de me qui
misit me pater. Secundo phibuit
testimonium de xpo Johannes baptista
Johannis primo. hic venit in testi
monium ut testimonium phiberet
de lumine etc. Et iterum hoc est
testimonium q phibuit iohannes
q vidi spm descendentem et infra
Et ego vidi et testimonium phibui
quia hic est filius dei. 3° testimonium
phibet de xpo scriptura Jo. v. Scru
tamini scripturas et infra Ille sunt
que testimonium phibent de me
4° testimonium eidem phibent
opera. Jo. x. Opera que ego facio
in nomine patris mei hec testimonium
phibent de me. Quinto testimonium
ei phibuit spus sanctus. Et hoc
ter primo. Quando in columbe
specie descendit super eum. 2° quando
in nube lucida obumbravit eum.
3° quando in apostolos descendens
fecit eos fortes ad testificandum

de xpo ut habetur act. iiij. Virtute
magna reddebant apli testimoniu
resurreccionis ihesu xpi dni nri
Qu autem filius sit mediator
et reparator ex hoc patet quia sicut
ipse est media psona in trinitate
ita inter homines mediauit et deum
ppter quod reparauit genus huanu
et restituendo innocenciam fecit
dignos homines q eis mitteretur
donum spus sancti Ideo dicit mitta
vobis tantum enim donum non
fuit dandum humano gen nisi
ad innocenciam restituto q bene isi
nuatur Jo. vij Nondum erat spus
datus quia ihesus nondum erat
glorificatus. Dicit autem quem
ego mittam vobis ut ondat q a
se procedit spus sanctus. addit
etiam a patre ut ondat q. a patre
sicut et a filio idem spus sanctus
sanctus procedit. adiungit vero
spm veritatis ut ondat q ab ipso
patre et filio procedit idem spus
sanctus tamquam ab uno pncipio
Nam dicendo spm veritatis .i. filij
et continuo addendo qui a patre
procedit insinuat eius spus
sancti processionem simul esse
ab utroque. Postremo q in patre
sit pncipalitas et auctas manifestat
Nam q in patre est pncipalitas
omis emanacionis. ideo filius verbu
procedendi quod significat pcessionem
actiuam attribuit patri. Etiam a
patre procedit. Iterum quia in ipso
est auctas. Ideo premittens se
missurum spm s. aplis dicit
a patre quem inquit ego mittam
vobis a patre. ac si dicat Et
si ego mittam spm tamquam
a me procedentem tamen
huius processionis auctoritas
est in patre ppter q ego ita mittam
a me pcedentem q a patre mitto
a quo etiam pcedit Ita tamen
q in ipso patre est fontalitas
processionis et quasi auctas
q enim a me procedit spus
sanctus a patre habeo q autem
a patre procedit hz pt a seipso.
Etiam enim a filio procedit
ideo filius dicit mittam quem
etiam a patre pcedit ideo addit
a patre mittam

b Si quis diligit me sermo-
nem meum servabit
etc. Jo. xiiij. Providencia dei
sic disposuit effectus spuales
quos facit in mundo q in cor-
poralibus rebus plantauit quasi
similitudines eorundem. hoc
autem. Ideo factum est ut
intellectus humanus per ea
que in rebus sensibilibus
percipit assurgat ad cognoscendum
atque credendum illa ad que
per suam industriam non
attingit. Videmus autem
in hijs que ex terra nascuntur
hunc ordinem a deo plantatum
quia ad fructus uberes

ducendos congruit bona
dispositio ex parte terre
cultiuam plurie ex parte
celi et sollicitam cultura
ex parte cultoris. Ad hoc igitur
corporalium similitudinem fructus
operis spiritualis requirit bonam
dispositionem in suscipiente superiorem
preuentionem in inspirante
et sollicitam admonitionem in cooperante.
que tria presens euangelium
cito manifestat, quoniam circa ^ [tu dicis quis diligit me etc. In quo ostenditur manifestatur xpc]
opus spirituale Primo insinuat
mentis humane dispositionem
Si quis diligit me etc. 2° Superuenientis
diuini operationem hec
locutus sum vobis. 3° admonet
ad consolationem Non turbetur
cor vestrum. Quantum ad
primum est aduertendum quod contraria
iuxta se posita magis elucescunt
et ideo saluator volens manifestare
quante virtutis est bona dispositio
hominis diligentis deum
adiungit contrarium impedimentum
quod est ad bonum operatio talis dispositionis.
verum ut alliciat ad
bonam dispositionem desiderandam
et ad priuationem eius remouendam
ostendit bone dispositionis excitationem
excellentem. Et sic hec
prima pars diuiditur in tres.
describit enim euangelista primo bonam
dispositionem proficientem. Si quis
diligit me. 2° eius priuationem
deficientem. Qui non diligit
me. 3° manifestationem allicientem

et sermonem quem etc. Describens
ergo primo bonam dispositionem
proficientem dicens. Si quis diligit
me sermonem meum seruabit et
pater meus diliget eum et ad eum veniemus et
mansionem apud eum faciemus. In quibus verbis
premittit habitum actum et fructum
habitum quidem discernentem iustos
ab iniustis. scilicet dilectionem de qua
dicit. Si quis diligit me. Dilectio
quippe secundum augustinum est prima
et specialis virtus piorum atque sanctorum
cum cetere virtutes bonis et malis
possunt esse communes. Et xv. enim
xv. de trinitate. hec sola est que diuidit
inter filios regni eterni et perditionis
eterne. verum quoniam non potest
talis habitus ociosus esse in anima
ideo adiungit actum dicens sermonem
meum seruabit. Sicut enim dicit
Gregorius in omelia. Numquam est amor dei
ociosus. operatur enim magna si est
Si autem operari renuit amor non
est. Non potest autem quis operari maiora
quam seruare precepta christi et eius
doctrinam quia talis obseruantia ad
vitam perducit eternam iuxta quod dictum
est. Jo viii. Si quis sermonem
meum seruauit mortem non gustabit
in eternum. Et ideo saluator ad obseruantiam
sermonum suorum discipulos
inducens Jo. xv. dicebat. Si
precepta mea seruaueritis manebitis
in dilectione mea. sicut et ego
precepta patris mei seruaui et maneo
in eius dilectione. Sed quoniam
bonus habitus non potest esse causa boni

quum

actus quando operans fructum acqui-
rit. Vero adiungit fructum. dicens
Et pater meus diliget eum. Quia-
uis enim deus non sit acceptor
personarum est tamen approbator bo-
norum ita quod prius approbat operantem
deinde opera eius ipsum ergo approbare
est ipsum diligere. quia igitur pater
celestis qui filium misit in mundum
approbat omnes qui doctrinam filii
in carne loquentis servant. Ideo
bene dicit christus de eo qui sermonem
suum servabit pater meus diliget
eum. Sicut et de eo qui christum dili-
geret dixit Jo. xiiii. Qui autem diligit
me diligetur a patre meo. Et quamvis
nullum approbat deus ipsum dili-
gendo in quem non habitat per
donum gracie gratum facientis
ideo adiungit. Et ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus.
Venit quippe deus ad hominem per
auxilium. quando homo ad deum
venit per obediencie obsequium.
Venit ad hominem per illuminacionem
quando homo venit ad ipsum
per desiderium. venit ad hominem
per revelacionem sui. et quando homo
venit ad ipsum per dilatacionem
cordis. Unde augustinus super
Jo. Veniemus ad eum. veniunt
quidem ad nos dum venimus ad eos.
veniunt subveniendo dum venimus
obediendo. veniunt illuminando.
venimus intuendo. veniunt implendo
venimus capiendo. ut sit nobis eorum
non extranea mansio sed intima

sit in nobis non transitoria
visio sed eterna. Et ideo addit
Et mansionem apud eum facie-
mus. Venit ergo deus ad hominem
per graciam sed in ea mansionem
facit per perseveranciam. Et ideo
qui post receptam graciam
ad peccatum redit ad eum siquidem
venit quod apud ipsum mansionem
facit. Et hoc est quod dicit Gregorius in
omelia. In quorundam etenim cor-
da venit et mansionem non
facit quia per compunctionem quidem
respectum dei percipiunt sed temp-
tacionis tempore hoc ipsum quod
compuncti fuerant obliviscuntur
sicque ad perpetranda peccata redeunt
ac si hec minime planxissent
Qui ergo deum vere diligit
et eius mandata custodit in
eius corde dominus et venit et
mansionem facit quia sic eum
divinitatis amor penetrat ut
ab hoc amore temptacionis tempore
non recedit. Ecce quomodo deus
mansionem facit in homine
propter perseveranciam ad quem
prius venerat per graciam. Unde
et salvator promittens discipulis
graciam. Jo. xiiii. Promisit et
et eiusdem gracie perseveranciam
dicens. Ego rogabo patrem et
alium paraclitum dabit vobis
Ecce gracia ut maneat vobiscum
in eternum spiritum veritatis. ecce per-
severancia. Deinde cum dicit
Qui non diligit me sermones meos non

manifestat preceptorum bonum desi
derium. Sicut dicit Johannes
spirale est humanum animum aliquid
amare quia aut superioribus
per amorem intendit aut infe
rioribus per desiderium inheret. quando
ergo intendit celestibus per amorem
studet servare regulas quibus
mediantibus perveniatur ad celum
quando vero inheret terrenis per
desiderium contempnit vel non
diligit celestia precepta servare
et ideo bene dicit salvator qui
non diligit me sermonem meum
non servabit. Sermonem enim quod dicit
est in omnium. Tanto quisque a
proprio amore disiungitur quanto
superius delectatur. Deinde cum
dicit Et sermonem quem audistis
subiungit manifestationem dili
gentem. Posset enim quis dicere
michi certum est et clarum
si quis te diligit sermonem tuum
servabit hac faciente virtute
amoris quia unusquisque libenter
servat precepta eius quem amat
et tamen quomodo consequens
est ut patrem tuum diligat eum
cui tacite questioni Christus mani
feste respondens dicit. Sermo
nem quem audistis non est meus
sed eius qui misit me patris
quasi aperte diceret. Ideo pater
meus diligit eum qui servabit
meum sermonem. quia sermo
meus sermo est patris mei quia
ergo quilibet diligit conservatorem

sui sermonis consequens est ut pater
meus diligat servatorem sermonis
mei quia talis sermo est ipsius
patris. Vel aliter quia dixerat qui
non diligit me sermonem meum
non servat. Ne aliquis oppinetur
quod contemptor sermonis Christi posset
diligere patrem celestem. hoc exclu
dens dicit. Et sermonem quem au
distis non est meus sed eius qui misit
me patris. Quasi diceret 2m Johannem
Non me solum sed neque patrem amat
qui huius non audit sermonem.
Sed dubitaret aliquis de hoc dicto
superius enim dicit. Si quis diligit
me sermonem meum servabit. nunc
dicit sermonem eundem non esse
suum et sic videtur dicere opposita
quia meum et non meum de eodem
sermone. Sed hoc dicendum est quod ista
apparens contradictio similis est
illi quam idem Christus dicit Jo. vii.
Mea doctrina non est mea sed
eius qui misit me patris. Et eundem
habet intellectum illud verbum
et istud quod nunc dicit. Potest autem
tam hoc quam illud tripliciter verificari
Primo sic in dei filio idem est
esse filium et esse sapientiam geni
tam et esse verbum. Sicut ergo
quod sit filius non est ad se sed ad
patrem. ita sit dicere quod filius non
est suus sed est patris. Cum igitur
sit sapientia genita et verbum
non est suum sed patris ita quod sit
sapientia et verbum patris. Cum
ergo sua doctrina sit sua sapientia

et verbum sit sermo. sua doctrina
non est sua. et suus sermo non
est suus. sed suus patris. Volt ergo
in talibus locucionibus unde quod quidquid
habet a patre habet. Secundo modo
potest sic intelligi. doctrina que est
mea vel sermo qui est meus secundum
divinitatem non est meus secundum
humanitatem. quia sermones christi qui
per os eius ipsius proferebantur.
instrumentaliter pervenebant ad
humanam naturam. causaliter et principaliter
ad divinam. ~~Tercio sic in filio
in quantum deus est subauctoritas in
patre est auctoritas~~. Sicut enim aqua
fontis transiens per canale non est
canalis sed fontis ita doctrina christi
a fonte divinitatis transiens per
canale humanitatis. principaliter erat deitatis.
et humanitatis instrumentaliter est
taliter. Tercio sic in filio in quantum
deus est subauctoritas. in patre est
auctoritas. Omnia ergo ea que habet
dei filius sua sunt in veritate. non
tamen sunt sua quantum ad auctorem.
ut sic significant verba predicta.
doctrina que est mea. vel sermo
qui est meus secundum veritatem possidendi
ipsum. non est meus quantum ad auctorem
attribuendi. quia omnia quod habeo a patre
nascendo accepi. Et hoc est quod dicit
christus. Jo. xvii. loquens ad patrem
Nunc cognoverunt quia omnia
que dedisti michi abs te sunt.
quia verba que dedisti michi
dedi eis et ipsi acceperunt et
cognoverunt vere quia a te

exivi et infra ego dedi eis
sermonem tuum. Dicit ergo
meus et non meus non propter
contradictionem diversis respec-
tibus. Sequitur pars secunda
Hec locutus sum vobis etc. In
qua describitur supervenientis
supervenientis domini operacio. Ubi
primo introducitur christus per-
aliter loquens. hec locutus sum
etc. 2o. promittitur dominus
intellectualiter instituens pr-
edictus autem. 3o relinquitur
vero concorditer recitans pa-
relinquo. Primo igitur in-
ducitur christus personaliter loqu-
ens dicitur hec locutus sum
vobis quasi dicat. hec quidem
profunda celestia et diligen-
cogitanda quadam familiari a-
cabilitate. quia apud vos ma-
nens. vobis adhuc tradidibus
locutus sum. et bene apud
vos manens corporali presencia
longe distat ab illa quam pr-
ex qui sermonem meum serva-
dicens. ad eum veniemus et m-
sionem apud eum faciemu-
quia ista mansio corporalis f-
exterioribus sensibus patens
per sensus corporis docet.
autem spiritualis interioribus
illustrabit. Unde aug. alia e-
illa mansio quam promis-
futuram. alia vero hec quam
se testatur. Illa spiritualis e-
atque interioribus mentibus

dditur. h[uius] corporalis forinsecus
alis atque amicabus exhibetur
tali mansione que dictum Jo.
mo. venerunt et viderunt
bi manet et apud eum ma
serunt die illo. De spirituali autem
mansione quam superius premisit
prima Jo. iiii. Deus caritas
est et qui manet in caritate in
s manet et deus in eo. Secundo
committitur donum intellectua
ter insinuans cum dicitur paracli
s autem spiritus sanctus. Cuius dom
ponitur primo convenientia de
nominationis. 2o personalis expressio
3o temporalis emanatio. quo dicitur
? spatio. Ponitur ergo primo
convenientia denominationis. huius
dum cum dicitur paraclitus autem.
eius convenientia colligitur
duobus secundum duas int
tationes istius vocabuli dicitur
enim paraclitus advocatus sive
consolator. Convenit ergo huic
dono scilicet spiritui sancto nomen pa
racli in quantum idem est quod advocatus
qua apud iustitiam dei patris
peccatis illorum intervenit quos
inspirando facit veniam postulare
re quod bene dicit apostolus Ro.
viii. Ipse autem spiritus postulat
pro nobis gemitibus inenarra
bilibus quod sic debet intelligi
postulat quia illos quos in quibus
habitat postulantes et gementes
facit. Et hoc est quod dicit glossa
pro advocatus dicitur quia pro

errore delinquentium apud iusti
ciam patris intervenit. Cum sit unius
substantie cum patre et filio exo
rare pro delinquentibus perhibetur
quia eos quos replevit exoratores
facit. Convenit etiam sibi hoc
nomen in quantum idem est quod conso
lator. loquebatur enim Christus disci
pulis de suo corporali recessu ex
quo poterant eorum mentes tristari
et turbari ut ergo eorum subve
niat desolationi promittit eis donum
consolationis. Et hoc est quod dicit
Crisostomus. Ut autem eius corporalem
recessum facilius sustinerent [illegible]
eos promittens quod eius recessio
maiorum futura eis esset causa
bonorum. Et hoc est quod discipulis
Christus predixit Jo. xvi. Ego veritatem
dico vobis. Expedit vobis ut ego
vadam. Si enim non abiero paraclitus
non veniet ad vos. Si autem ab
iero mittam eum ad vos. Secundo
ponitur personalis expressio cum additur
spiritus scilicet quamvis enim quelibet
persona in trinitate idem sit cum
alia in substantia in deitate et
in potestate tamen alia est in proprietate
ac personalitate propter quam alietatem
nomina diversa conveniunt
eis ut hoc nomen pater soli persone
prime conveniat et eius persona
litas per ipsum nomen simpliciter exprimitur.
Ad notificandam igitur personam
tertiam in Trinitate est positum
hoc nomen spiritus sanctus. ita quod spiritus
absolute dictus de deo declarat
essentiam iuxta illud Jo. iiii. Spiritus

est deus et eos qui adorant eum
in spiritu et veritate oportet adorare
Unde spiritus cum hac addicione sancte
terciam declarat personam scilicet
terciam in trinitate que pro tanto
congruenter exprimitur hoc nomine
quia est amor sanctus a concordi
voluntate patris et filii spiratus.
Et ideo dicit aug. v. de trinitate
quod spiritus sanctus est ineffabilis
patris filiique communio. Tercio etiam
eius emanacio cum additur Quem
mittet pater in nomine meo. ab illo
enim initia habet quis. qui eius vel spiritu
habet auctorem. Nulla vero persona
in divinis habet auctorem super
aliam ~~vel aliam~~ nisi procedat ab ea.
spiritus i. pater mittit spiritum sanctum ab ipso procedit. Spiritus sanctus. Ultimo in nomine
illius mittitur aliquis. cuius vir-
tus super missum. Unde illud ver-
bum. Benedictus qui venit in
nomine domini. congruenter expo-
nitur i. in virtute domini. Et illud in
nomine meo demonia eicient
hoc est in virtute mei nominis
Unde ergo ille habet potestatem et vir-
tutem super eum qui mittitur
in eius nomine sequitur quod filius
habet potestatem super spiritum sanctum
quia mittitur in nomine eius. quem
mittet inquit pater in nomine meo
Nulla autem persona in divinis
habet potestatem super aliam nisi
procedat ab ea spiritus ergo sanctus
procedit a filio. Ex hac igitur quod
pater mittit et in nomine filii
fit missio spiritus s. ad creaturam
manifestatur quod ipse spiritus sanctus

ab utroque procedit Et sic etiam
emanacio eius innuitur in hoc
quod ab utroque mittitur in tempore
sicut ab utroque producitur ab
eterno quod enim a filio mittatur
quando a patre mittitur patet
Jo. xvi. Si autem abiero mittam
vobis eum. hoc est enim dictum
de eadem missione de qua nunc
dicitur Quem mittet pater in
nomine meo. Huic exposicioni
concordat Didimus sic dicens
Eterna ergo spiritus sanctus in no-
mine meo. filii a patre mittitur
ostendit qua unitate sit iunctus
ad filium unde et filii dictus est
filius spiritus. Quarto describit
eius virtualis operacio cum additur
Ille vos docebit omnia et sug-
geret etc. hec enim differencia
est inter verba que habent
intellectum temporalem et ea
que habent intellectum spiritualem
quia capacitas humani ingenii
per se ipsam potest attingere ad ali-
quam noticiam veritatis verborum
que intellectum temporalem im-
portant. Sed tamen non potest
pertingere ad veritatem intellectus
verborum que habent sensum
spiritualem. Sed oportet in eis
habere doctorem interiorem. qui
doceat interius veritatem eo-
rum que exterius audiuntur. In
hoc igitur patet virtualis
operacio spiritus s. quod veritatem ver-
borum christi que spiritualem vel intel-
lectum habent interius

inspirando docent. Et ideo bene
[d]icitur. Ille vos docebit omnia
[d]ocere enim quoniam talis doctrina est
quasi imperceptibilis et occulta
[i]deo additur. Et suggeret vobis
omnia quecumque dixero vobis
Suggerere enim non quasi sicut
[mai]or docet verba maioris
[...]z quia occulte manifestat
[e]a que intellectus capacitatem
[e]xcedunt. Hanc exposicionem Ag[ustinus]
[r]edat. glo. in omel. dicens. Ipse
[v]os docebit omnia. quia eciam
[...]ius nisi cordi assit audientis
[o]tiosus est sermo doctoris. Ne[mo]
[er]go doctrina homini tribuat quod
[ex] ore docentis intelligit. quia
[n]isi intus sit qui doceat doctoris
[lin]gwa exterius in vanum labo
[ra]t. et ponit exemplum idem
[...] de illis qui cum predicatorem
[au]diebant dicens. Ecce vnam
[lo]quentis vocem omnes pariter
[au]ditis. nec tamen pariter sen[sum]
[au]dite vocis percipitis. cum ergo
[vo]x dispar non sit cur in cor
[di]bus vestris dispar est vocis
[in]telligencia. nisi quia per hoc
[quod] vox loquentis communiter admo
[ne]t. est magister interior qui de voce
[in]telligencia quosdam specialiter
[do]cet. Vel sic. Quedam dixit
[Sa]luator discipulis que difficilia
[ei]s erant ad intelligendum et
[...]sinam per longum tempus
erant cum xpo docente et
[pre]dicante ideo difficilia erant

eis omnia retinere. Virtualiter ergo
spiritus s[anctus]. operatur in hoc. mediante quod
docet intelligere ea que xpus
mistica vel occulta dixit discipulis
que difficilia erant ad intelligend[um]
de quibus dicitur. Ipse vos docebit
omnia. Monstratur eciam eadem
virtus in hoc quod facit eos esse
memores eorum que xpus fecit
et dixit. Et hoc datur intelligi
cum dicitur. Suggeret vobis omnia
quecumque dixero vobis id est in
glo. Commemorabit vos quia faciet
vos memores eorum que dixero
vobis. Ex quo colligitur quod non ob
liuisci eorum que aliquando audiuim[us]
si sunt vtilia ad salutem est ex
gracia spiritus sancti. Vel aliter
Saluator aliqua dixit discipulis
exeris cum eis aliqua vero tacuit
quorum nondum erant capaces
secundum quod patet Jo. xvi. Adhuc
multa habeo vobis dicere sed non
potestis portare modo. Adveniens
igitur spiritus. sanctus docuit eos
omnia. supple a me vobis non dicta.
Et ideo postquam dixit eis. adhuc
vobis multa habeo vobis dicere
sed non potestis portare modo.
statim subiungit. Cum autem
venerit ille spiritus veritatis docebit
vos. omnem veritatem. Iterum
spiritus sanctus adueniens comme
morauit discipulis ea que xpus
dixit eis de quibus mo dixit
suggeret vobis o. q. d. v. docebit

ergo que non dixi. Suggeret que
dixi. Et hec est expositio Theoph
dicentis. Spiritus utique sanctus et
docuit et commemoravit. Docuit
quidem que non dixerat cum Christus
tamquam non valentibus portare. Com-
memoravit vero queumque dominus prius
dixerat sed obscuritatis causa
vel intellectus tarditate com-
dare memorie nequiverunt.
Tercio relinquitur unio concordie
nectens cum dicitur. Pacem
relinquo vobis etc. Consuetudo
est illorum qui bona sua volunt
aliis dispensare quod familiaribus
et carioribus preciosiora relinquit
Et ideo salvator corporaliter a disci-
pulis recedens preciosum et caris-
simum thesaurum eis reliquit videlicet
pacem dicens. Pacem relinquo
vobis. pacem meam do vobis
Vel quoniam non dabat eis hic
donum ad recreationem sed ad con-
solationem non ad subsistendum
sed ad vivendum. Ideo adiungit
Non quomodo mundus dat ego do
vobis. hoc est non quo mundum
homines dant sibi ad invicem
pacem ego do vobis quia ipsi
mundani pacem dant sibi ipsis
ad invicem ut alter alterum
decipiat facilius. aliquando ut sine
molestia temporalis laboris
vivant. ego autem non taliter
do vobis pacem. Vel pacem ad
hoc do eam vobis ut alter alterum
sincero corde diligat et sugg

i. me vobis pacem

bonum preter me temporales
molestias equanimiter ferat
Cavendum autem bonum sit
hoc quod Christus discipulis reliquit
et dedit scilicet pax prius si atten-
damus quid sit pax. Est enim
secundum Augustinum de verbis domini
serenitas mentis. tranquillitas
anime. simplicitas cordis. amoris
vinculum. consorcium caritatis
Et subdit. nec ad hereditatem
domini potest pervenire qui testa-
mentum pacis nolunt observare
nec potest concordiam habere
cum Christo qui discors voluit
esse cum christiano. Vel advertendum
est quod quando Christus dixit Re-
linquo non addidit meam sed
posuit pacem simpliciter. Pa-
cem inquit relinquo vobis. Cum
autem dixit do. addidit meam
dicens. Pacem meam do vobis
Cuius dicti causa potest colligi ex
consideratione pacis. est enim
pax temporis que bonis potest
esse. et etiam quia potest aliquis
male uti preter quem vim
malum. psalmista. Talem
pacem non approbamus mecum
malos dicebat zelavi super
iniquos. pacem peccatorum vi-
dens. Est secundo pax pectoris
hoc est conscientie. et hec
est bona de qua Jo. xvi dicit
salvator in mundo pressuram
habebitis. Vel quia in hoc
mundo de lege communi quilibet

inheret in se aliquid quod animos
conscientie remordet. Ideo talis
pax in presenti vita non est perfecta.
Est 2o pax eternitatis que sic bona
est quod perfecta. Salvator igitur
corporaliter discipulos relinquens
pacem temporis hoc est pacem
mutuam que nostra potius dicenda
est quia imperfecta quam sit sua re-
liquit. etiam pacem peccatoris
hoc est conscientie que propter re-
morsum conscientie similiter nostra
est nobis reliquit. Et ideo dicit
pacem relinquo vobis. Pacem
vero eternitatis que perfecta est
et ideo potius sua quam nostra
discipulis promisit dicens pacem
meam do vobis. Hec est illa pax
quam promittit dominus ysa xxxii
Sedebit populus meus in pulchri-
tudine pacis in thabernaculis
fiducie in requie opulenta.
posset tamen sane intelligi quod
xpus utrobique intelligit de pace
quam iusti habent in ipso ita
quod quando dicit pacem relinquo
vobis subintelligendum est
meam. Hanc expositionem et etiam
precedentem concordat expositio beati
augustini super iohannem ubi — no.
dicit sic. Pacem nobis relinquit
in hoc seculo in qua manentes
hostem vincimus et ut etiam
hic invicem diligamus. pacem
suam nobis dabit in futuro
seculo quando sine hoste regnabimus
ubi numquam dissentire possimus
pax autem nobis ipse est et

cum credimus quia est et cum
videbimus eum sicuti est. Sed quid
est quod ubi dicit pacem relinquo
vobis non addidit meam. ubi vero
ait do vobis. utrobique subaudiendum (dicit meam)
est meam. et ubi dictum non
est. Hec confirmatio expositionis
ultime. Adiungit autem idem augustinus — pax
confirmationem expositionis precedentis
dicens. An forte et hic aliquid
latet. pacem enim suam eam
volunt intelligi qualem habet
ipse. Pax enim ista quam nobis
reliquit in hoc seculo potius nostra
intelligenda est quam ipsius illi quippe
nichil repugnat in seipso quia
nullum habet omnino peccatum.
nos autem talem pacem adhuc
habemus in qua dicamus dimitte
nobis debita nostra. Item que inter
nos ipsos est nobis pax quia invicem
nobis credimus quod invicem diligamus
sed nec ipsa plena est quia cogi-
tationes cordis nostri ad invicem
non videmus. Vel aliter expo-
nitur. Pacem relinquo vobis etc.
Secundum quod dicit beatus augustinus xix
libro de civitate dei capitulo xiii. Pax anime — pax
rationalis est ordinata cognitionis
actionisque consensio. pax hominis
mortalis et dei est ordinata in
fide sub eterna lege obedientia.
pax celestis civitatis est ordi-
natissima et concordissima socie-
tas fruendi deo et invicem in
deo. Eterna ergo xpus corporaliter
relinquens discipulos eius donum

relinquebat gratie p quam eius
legibus obedirent. dicit pacem re
linquo vobis qua vos mortales
eius legibus obediendo concordes
sitis cum deo. et sic relinquo vob
pacem que debet esse inter homines
qui adhuc sunt in statu vite. et
ipsum deum. Et quoniam pmitto
vobis pacem que est in celesti civitate.
consistentem in ordinatissima et
concordissima societate fruenam
deo. pacem meam do vobis. hec
enim pax mea est quia ipsam
pfecte possideo etiam ab instanti
mee concepcionis. xpus enim fuit
pfectus comphensor etiam in vtero
matris et ideo pacem eius fruicionis
semp habuit et tamquam suam seq
tibus se promisit. Et quoniam
homines huius mundi non dant
sibi pacem ad invicem ut deo sed
ut hoc mundo pfruantur xps autem
suis fidelibus dat pacem non ut
hoc mundo. sed deo tantum fruatur
ideo addidit. Non quomodo mundus
dat ego do vobis id est ut augustinus
Non quomodo homines dant. qui
diligunt mundum qui ppterea sibi
dant pacem ut sine molestia
mundo pfruantur. Sequitur pars
3a principalis. cuius lr. Non turbetur
cor vestrum. in qua describitur
admonentis domini consolacio que ex
tribus colligitur. Primo ex fasti
gio glorificacionis. non turbetur
cor vestrum. 2o ex triumpho

resurreccionis et iterum dicit vado
etc. 3o ex beneficio redempcionis
Jam non multa loquar etc.
Primo igitur consolatur eos
xpus. ex sublimitate sive fasti
gio sue glorificacionis quam
latenter insinuat. ita tamen quod
Primo premittat quandam fa
miliarem exortacionem. non
turbetur. 2o Repetit preteritam
allocucionem audistis. 3o later
insinuat gaudiosam glorificacionem
Si diligeretis. Premittit ergo
primo familiarem exortacionem
dicens. Non turbetur cor vestrum
neque formidet. Poterat enim durius
angustie hoc turbari et formi
dare poterat cor illorum quod
recedebat ab eis qui eius venturus
ad eos. Ne forsitan gregem lupus
hoc intervallo invaderet pastoris
absencia. Et ideo consolans eos
dicit. non turbetur cor vestrum
etc. ac si aperte diceret. non debetis
turbari ex hoc quod quamvis pacem
meam vobis relinquam tamen
vos corporaliter desero quamvis
non desero vos pnecia deitatis
ymo vobiscum sum usque ad
consummacionem seculi. Deinde
enim dicit. audistis quia ego
etc. Repetit preteritam allocucionem
Supremus enim salvator discipulos
suos exortans de sua corporali
absencia dixit eam ad hoc esse
natam ut pararet locum dis
cipulis mansionis eterne et deinde
venturus esset ad eos atque assumpturus

ueus ad scriptum. Jo. xiiii. sic idest
si quo minus dixissem vobis quia
vado parare vobis locum. et si
abiero et preparavero vobis locum
iterum veniam et accipiam vos
ad me ipsum. hanc igitur allocu-
cionem omni consolacione plenis-
simam repetens dicit audistis
quia ego dixi vobis. vado et
venio ad vos ac si diceret. Et si
vado ad patrem quod vos conturbat
tamen ad vos veniam quod vos
confortat. Sicut ergo audistis
quia ego a vobis vado quod materia est
vestre desolacionis vobis qui
tamen presenciam meam corporalem ab
mean consideratis ita audistis
quia ego venio ad vos quod est materia
perhennis consolacionis. Iterum
sicut audistis quod vado pro salvando
habitum totius humani generis per
mortem corporis ex qua affecta
sum ita audistis quia venio ad
vos pro resurreccionis victoriam
in qua delectari debetis. Et
hinc est quod statim subdit latere
mediosam glorificatoriam dicens
Si diligeretis me gauderetis utique quia
vado ad patrem. quia pater maior me
est. Consuetudo diligencium
est ut gaudeant de promocione
et sublimacione dilecti. quia
ergo Christus secundum naturam
humanam sublimandus erat et
glorificandus per hoc quod vel mundo
mundum ibat ad patrem. Propterea
talem glorificacionem insinuans
ait. Si diligeretis me gauderetis

utique quia vado ad patrem. Sicut enim
non reliquit patrem secundum deitatem
quando exivit a patre et venit in
mundum sed tantum exisse dicitur
secundum formam humanitatis assumpte
ita non accessit de novo ad patrem
secundum deitatem quando relinquens
mundum ivit ad patrem sed talis ac-
cessus fuit secundum humanitatem. et hoc
bene insinuavit quando addidit quia
pater maior me est. Secundum enim illam
naturam ascendendo ivit ad patrem
secundum quam pater maior est ipso. Constat
autem quod hec est natura humana
Et quia ex hoc quod talis natura
accessit ad patrem promota est et
sublimata ad statum glorie et
ad immortalitatis fastigium congau-
dendum fuit eidem. Unde glosa que
accepta est ex dictis Augustini super
Iohannem. hoc erat ire ad patrem
et recedere a nobis. mutare atque
immortale facere quod suscepit mortale
ex nobis. et levare in celum id
quod fuit in terra pro nobis. Nature
igitur humane gratulandum est
eo quod sic est a verbo assumpta
ut immortalis constitueretur in celo
atque ita fieret terra sublimis ut incor-
ruptibilis pulvis sederet ad dex-
teram dei patris. Consolatur ergo
Christus discipulos de sua absencia
tristes ex sublimitate sue glori-
ficacionis dicens. Si diligeretis me
etc. ac si diceret secundum Crisostomum. Et si
de me formidatis ut non suffici-
entem michi ipsi assistere. neque
confidatis quod post crucem rursus
vos videbo. tamen audientes

quoniam ad patrem vado. oportebat
letari de reliquo quoniam ad maio
rem vado et pauterum omnia vexita
dissolue et humanam naturam glo
rificare sublimiter. Orando conso
latur eos ex triumpho resurrectio
nis dicens. Et nunc dixi vobis prius
quam fiat etc. apostoli enim ex fidei sue
paruitate non capiebant alta misteria
incarnacionis que de diuinitatis christi
altitudine dicebant et ideo non
intelligebant perfecte quod pauca dicta
et tanta esset in eo ut posset re
surgere a mortuis tercia die. Vel
si hanc fidem habuerant ante
passionem tamen causa mortis
christi tempore perdiderunt et ideo
dicit augustinus in sermone. quod christo mortuo
trepidauerunt discipuli et puta
uerunt quia christus perdit ergo.
eis et mortis tempus. vado inquit
Et resurrectionis gloriam. Et ve
nio ad vos. ut cum post mortem
eum resurrexisse viderent facilius
crederent ipsum esse dei filium qui
ex virtute propria a mortuis sur
rexisset et ideo dicit. Et nunc dixi
vobis priusquam fiat scilicet tam
mortem quam resurrectionem ut
cum factum fuerit scilicet vtrumque
credatis non tantum ea que vide
bitis circa meam humanitatem sed
etiam ea que non videbitis de
mea deitate hoc enim modo dictum
est Thome Jo. xx. Quia vidisti
me credidisti aliud enim vidit
et aliud credidit vidit humanita
tem et credidit deitatem dicens

dominus meus et deus meus hec
exposicionem concordat augustinus
super iohannem dicens. Ex
rebus que videntur agitur
nobis ut ea credantur que non
videntur. illud itaque dicit quod
factum fuit credatis quod cum
post mortem visuri erant vi
uentem et ad patrem ascendentem
quo viso fuerant credituri
ipse esset christus filius dei qui
hoc potuit et facere et pre
nunquam faceret. credituri autem
hoc non fide noua sed aucta
cum mortuus esset defecta
cum resurrexisset refecta.
Consolatur eos ex visitacione
omnis et quoniam ipsa redemptio
facta est per preciam mortem
primo imminentem. 2o man
dyaboli potestatem prouocantem.
sed passam mortem spontanee
accipientem. Videns ergo mor
tem per quam redempcio erat
imminentem de proximo di
cit Jam non multa loquar vobis
tempus ut comprehenderetur
ad mortem traderetur. Deinde
ostendit dyabolum cum mortem
inferentem dicens. venit enim
princeps huius mundi. dyabolus
primum omnis peccati sicut primus
auctor est dicitur. ita princeps
et caput factus est omnium
peccatorum non habendo dominium
creaturarum sed principatum
culparum. vel insinuandum

: morte lo post

: lo ei h d. xiii beda quod ita Mabi

ergo viciorum principatum dicit[ur] princeps huius mundi hoc est mundanorum homi[num] in quantu[m] vita huius mundi et peccata sectantur. Unde apostolus cum dix[i]sset non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes rectores mundi. sequenti verbo exposuit quid dicat mundi dicens tenebra[r]um harum hoc est impioru[m] qui peccatorum tenebras volunt [h]ic est ille princeps de quo sal[v]ator. Jo. xii loquens dicit [N]unc iudicium est mundi nunc [pr]inceps huius mundi eicietur [fo]ras. Iste igitur princeps ac[ce]pta licencia ex divina pmis[s]ione venit ad provocandum [e]t laborandum quod me tradat [a]d mortem per manus iudeorum [im]piorum. sed tamen in me non [h]abet quicquam. quia in illos habet [a]liquid propter quod eos trahat ad [m]ortem qui vel nascendo vel [vi]vendo peccato sunt obligati [e]t quia nota cum filiis peccati [f]aceo. Idcirco in me nichil quod [a]d se pertineat habet. Unde aug[ustinus] [i]n me non habet quicquam quia [n]ec cum peccato deus venerat [n]ec eius carnem de peccati [pr]opagine virgo peperat. Veru[m] [qu]oniam dubitari posset. et[iam] [d]ic. Cur ergo morieris si pecca[tum] [n]on habes. et cur dyabolus hanc [po]testatem super te habet si in te quicquam non habet. Statim secutus est. sponte subdit mortem subire dominus Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem et sicut mandatum dedit michi pater. sic facio. ac si aperte diceret quod mortem suscipio non est ex necessitate sed ex spontanea volun tate nec est ex debito peccati sed ex virtute obediencie quam obedienciam ad patrem habeo ex vinculo dilectionis. quia igitur di ligo patrem. ipsius compleo volun tatem. Et ideo sicut mandatum dedit michi quod per obedienciam mortis debitum totius mortis pro salvari sic facio. Et ideo mori pro salute homini non recuso. Ut igitur cognoscat mundus. quod ex dilectione quam habeo ad patrem et ex obediencia qua servo eius mandatum non ex culpa qua in me aliquid habeat princeps mundi huius. mortem sponte suscipio per quam patri mundum reconcilio. ideo per mortis penam de hoc mundo exeo et ad patrem vado. Vel sic princeps huius mundi. i. dyabolus. i. dyabolus qui principatur hiis que sunt in mundo scilicet concupis cencie carnis. concupiscencie oculorum et superbie vite. venit ad experiendum si aliquid horum est in me sed tamen in me non habet quicquam predictorum. quia per virginalem innocenciam et mundiciam concu piscencia carnis in me nichil in me habet. per voluntariam paupertatem. a concupiscencia oculorum

se ab avaricia sunt immunis. Unde
glo. in marg. Noluit deus habere
quod perderet. pauper venit ne haberet
divicias quas auferret. deinde per summam
humilitatem. avertit superbia vite
Et ideo in me nichil habet princeps
huius mundi de hys que sunt mundi

Estote misericordes sicut
et pater vester misericors
est etc. luc. vi. Sicut inferiora
recipiunt a superioribus formam
et causam essendi sic ab eisdem
recipiunt ordinem et modum
agendi Et ideo nichil potest esse
exemplum efficacius ad regu-
landam vitam et dirigendum opera
humana quam consideracio operum
divinorum. Sicut igitur in regu-
landa vita quo ad seipsum suf-
ficienter instruimur consideracione
illorum que videmus in celo
in regulando hominem ad proxi-
mum sufficit exemplum quod videmus
considerando qualiter deus se
habet in gubernando et conservando
creaturas necnon in supportando
parcendo humanos defectus ut
sic misericordia dei sit nobis regula
qualiter debeamus proximo
misereri de qua misericordia dicitur
in ewangelio presenti. Estote miseri-
cordes sicut et pater etc. Ubi si-
detur virtus hominem hominem ad
proximum ordinans. Estote mise-
ricordes etc. Promittit modo
hominem misericordem primam
manifestam bonorum. 3o addit
similitudo que dicta sunt expla-
nans. Dicebat autem illis et
similitudinem. Quantum
primam partem in qua sub-
ponitur virtutem ordinantem
hominem ad proximum sciendum
est quod 2m dam. li. 2o c. de f

[...]isericordia enim testata est in adversitate bonorum. Nam ex ipa [...]it cor hominis compatiens miseriis aliorum. Hec autem virtus licet consistat in quadam affectione [...]uida inclinante mentem ad pro[...] fiat homini altari in necessitatibus constitutis subvenire si potest [...]at eidem compati si subvenire non potest fiat eidem indulgere [...] offendit. Verus enim miser[...]ors corde lingwa et ope ad [...]timum condescendit. Et ideo [...]dicta virtus hic primo generaliter [...]pat. Estote misericordes. 2º [...]ticulariter explicatur. Nolite [...]dicare. Capitur ergo in generali cum dicitur. Estote misericordes. Sed quia non quecumque [...]ia in hac generalitate capitur [...] tantum una perfecta ideo ad[...]tur. Sicut et pater vester misericors [...]t. Et bene eius perfectio in [...]c demonstratur. Quidam enim misericordes sunt ex quadam naturali benignitate et dulcedine cordis quod bonum est sed non perfectum [...]e virtuosum quia potest bonis [...] malis fidelibus et infidelibus [...] commune. Alii vero misericor[...]s sunt sed non omnibus exhi[...]nt affectum misericordie. Sed illis [...]ntum quos temporali vel carnali [...]ctione diligunt. Et istud com[...] conveniret malis. Quidam [...]tem miserentur necessitatibus et

miseriis aliorum quia omnes ex caritate et amore ordinato diligunt. Nam ex amore alicuius nascitur dolor ex adversitate amati. Et ideo ex ordinato amore oritur compassio ordinata et dolor ordinatus de adversitatibus proximorum. Et hec est misericordia perfecta cuius perfectio non potuit melius indicari quam in exemplo patris eterni qui ideo misericorditer nostris miseriis et necessitatibus condescendit quia sincera caritate nos diligit. Sic igitur perfectio huius misericordie demonstratur quando adiungitur. Sicut et pater vester. Deinde opera misericordie explicantur particulariter cum additur. Nolite iudicare. etc. Ubi sciendum est quod sicut dictum est perfecta misericordia ex ordinato nascitur amore. Amor autem ad proximum debet vigere in corde in ope et in lingwa. Et ideo homo debet se habere misericorditer in hiis que pertinent simul ad mentem et lingwam sicut est iudicare et condempnare secundum leges et regulas caritatis propter quod hinc evangelio in quo agitur de misericordia premittitur epistola de dilectione fraterna que sumit exemplum et ortum a dilectione qua deus prius dilexit nos ex tali quippe caritate nascitur perfectum opus misericordie que misericordia exprimitur cum dicitur. Nolite iudicare etc. Secundo in hiis que pertinent tantum ad mentem. De qua misericordia adiungitur. Dimittite etc. 3º in hiis que pertinent

ad opus de qua ira dicit · Date
etc. Debet igitur quilibet esse misericors
in hiis que pertinent ad mentem
simul et linguam ut primum
operantem ea que bono et malo
animo possunt fieri nec corde nec
lingua iudicet male agere et
hoc est quod dicit · Nolite iudicare
et quoniam misericordes iniam
consequentur ideo additur · Et non
iudicabimini Debet etiam esse mi
sericordes in hoc quod primum etiam
aperta mala operantem sit ut ea
que nullo modo possunt fieri bene
ut homicidium adulterium vel
furtum non condempnet de talibus
enim ita concessum est iudicare
quod mala sunt et male facit qui
talia agit quod tamen temerarium
est condempnare talem · a deo
penitus derelictum et abiectum
Sicut enim dicit Beda super
lucam incertum est qualis futurus
sit qui nunc malus vel bonus
apparet · Est ergo opus impietatis
condempnare illum quasi iam
dampnatum quem deus miseri
corditer expectat ut conuertatur
opus autem iniquitatis est sperare
ipsum aliquando conuersurum ad
deum · Et ideo assimilans nos
patri nostro misericordi dicit · Nolite con
dempnare · hoc est nolite teme
re in aliquem ferre condempnacionis
sentenciam iuxta illud apostoli

i · Cor · 4 · Nolite ante tempus
iudicare quo adusque veniat
dominus etc. Et ut efficacius nos
a temerario iudicio retrahat
adiungit et non iudicabimini
Si enim iudicium sine miseri
cordia fiet ei qui non habet in
iudicando iram certe iudi
cium misericorditer fiet ei qui non
iudicando habet iram · Sed
quereret aliquis utrum sit li
citum de alienis factis iudicare
videtur quod sit propter verbum
apostoli primo Cor · 6 · Nescitis
quoniam angelos iudicabimus
quanto magis secularia · Ad
rationem habetur hic quod licitum
est quod iudicare potest aliquis ut
quia hoc sibi competit ex
officio vel non incumbit
sibi ex officio cura et regimen
aliorum · Si incumbat sibi
ex officio debet iudicare ut
prius tamen quesita et ...
modo debito veritate · Si autem
non sibi ex officio competit
tunc distinguendo quia ea que
vult iudicare aut sunt s...
indifferencia et indifferenter
facta quod non potest discerni quo
animo sint facta utrum bono
vel malo et de talibus non
est ei licitum iudicare ymmo
potius temerarium et talis
iudicium hoc loco prohibetur

(v)nde Beda super lucam. hoc loco
nihil aliud precipi existimo
(ni)si ut ea facta que dubium
(e)st qua animo fiant in meliorem
(p)artem interpretemur. Que autem ea facta
(q)ue vult iudicare sunt aperte mala
(e)t nullo modo possunt bene fieri
(s)icut tactum est supra. et de
(t)alibus licitum est sententiam
(iu)dicare. Sed tamen non est lici-
(tu)m ipsum dicere esse in via
(c)ondempnare tamquam animo incor-
(ri)gibilem. unde idem Beda sub-
(iun)git. Cum enim scriptum est
(d)e fructibus eorum cognoscetis
(e)os de manifestis dictum est
(q)ue non possunt bono animo fieri
(d)e quibus nobis iudicare permittitur
[...] dictum apostoli Nescitis quoniam
(a)ngelos iudicabimus. Dicendum est quod apostolus
(lo)quitur de iudicio extremo
(i)n quo apostoli erunt iudices sicut
(di)ctum est Matthei xix. Sedebitis
(s)uper sedes duodecim iudicantes
(duodeci)m tribus israhel. Secundo
(qu)ereret aliquis utrum liceat
(al)icui alterum condempnare quod
(no)n videtur ex hoc quod hic dicitur
(...)contrarium habetur ex hoc quod alias
(ma)lum remanet impunitum quod
(e)st contra iustitie rectitudinem.
(Dicendu)m est quod condempnare aliquem
[...]net dupliciter. condempnatione cum
(a)pplicatione tamquam dampnatum non
(es)t licitum. aliter nisi hoc cognos-
(ca)t revelatione divina. Con-
(dem)pnatione vero pene temporalis

licitum est illi qui est minister
iustitie aliquem condempnare cum
exigentiam et gravitatem culpe.
De prima hic loquitur Christus. De se-
(cun)da reddit argumentum in contrarium. De-
(in)de Dimittite et dimittetur vobis ubi
dimittere in ubi specificat opus
misericordie pertinens ad mentem. Est opus
misericordie vigens in corde. dimittere
iniurias ex tota mente. Sed quia
hoc factum amore dei magnum est
multum ideo subditur. Et dimittetur
vobis. unde glossa. Dimittite iniurias
et dimittetur vobis peccatum quod
concordat cum hoc quod dictum est
Matthei vi. Si enim dimiseritis hominibus
peccata eorum dimittet vobis et
pater vester peccata vestra. Deinde ad-
iungitur. Date et dabitur vobis.
Ubi specificat opus misericordie pertinens
ad manum sive ad exhibitionem
muneris et obsequii. unde glossa
Date beneficia et dabitur vobis vita
eterna. Sequitur tertio pars principalis
cum dicit mensuram bonam etc. In
qua describitur merces operis mi-
sericordium permanens. Et primo
manifestatur premium correspondens
operibus misericordie in speciali. Secundo declara-
tur equitas iustitie retributive ibi Ea- [in generali]
dem quippe mensura etc. Premium
ergo correspondens operibus iustitie speciali
tale est. mensuram bonam i.
retributionem utilem et confertam
i. plenam et coagitatam i. coaggregatam
ut nichil vacuum remaneat quia
tota capacitas repleatur sicut

vas conquassatum et cogitatum
recipit gratia vbique sine vlla va
cuitate. Et supereffluentem i. super
habundantem siue redundantem
quia premii magnitudo excedit
nostri capacitatem. Dabunt in sinu vestrum
Sinus hic idem est quod capacitas
appetitus ut sit sensus verborum
opera vestra in non temere iudicando
in non condempnando in parcendo
iniurias et in dando beneficia dabit
hoc est erunt causa vel occasio
dandi vobis tale premium quale
vestre desiderat et potest capere appetitus
Omnia enim que mente manu et
lingwa et vestra fiunt causa sunt
premii quod deus bene operantibus
tribuit. Unde Beda super lucam
potest autem de omnibus que mente
manu lingwa agimus accipi. scilicet
mensuram bonam dabunt in
sinu vestrum. quia tu reddes vnicuique
secundum opera sua. Potest autem et
aliter exponi hoc quod dicitur dabunt
in sinu vestrum ut sit sensus illi
erga quos feceritis predicta opera
vestra non iudicando non condempnando
sed potius eis compaciendo non
iudicando sed potius remittendo
iniurias et offensas. dando beneficia
siue temporalis subuencionis siue
spiritualis amonicionis. dabunt in
sinum vestrum. hoc est in desiderium
vestri animi quod habetis ad eternam bea
titudinem promerendam. bonam
mensuram retribucionis eo quod
vestra exhibita eis intelligitur

fuisse exhibita christo. cuius ... ait
hoc fecistis quemadmodum ipse
christus fatetur in extremo iudi
cio dicturum quamdiu fecistis vni
ex hiis fratribus meis minimis
michi fecistis. Mathei xxv. Vo
subditur. Eadem quippe mensura
etc. Vbi declaratur qualis ...
iusticie retribucione. quia qua
dulcedine animi bonus est operis
bonum. tanta consolacione ...
ei mensurabit gaudium. su
premium. Et quanta delectacione
sine affeccione praua malum
operabitur malum tanta grauitate
penarum ei mensurabit do
iuxta illud apocalipsis xviii. Quantum
exaltauit se in deliciis suis
tantum date ei tormentorum
et luctus. hec igitur generalis
sentencia retribucionis tam
bonorum quam malorum ad hoc
statim posita est post precepta
vestra ut ex desiderio premii
quod reddetur facientibus vestra
opera inducamur ad ea facien
et ex timore supplicii quod da...
hiis qui contraria faciunt ...
trahamur ab hiis que vestra
aduersantur. Aliter eciam ...
... augustinus in epistola ad ...
hoc quod dictum est. In qua me
nsura fueritis etc. voluntar
... mensura est omni acti
bus vestrorum quantum ad remu
... vel virtutis qua ba...

[v]oluntas est radix bonorum
[o]per[um] et mala malorum. In qua
[er]go voluntate quis operatus
[fu]it in ea retribuetur. ut si
[b]ona voluntate operatus fuerit
[o]pera sua in eadem voluntate
retribuentur eidem beatitudo
in intentionem bone voluntatis
[s]i autem mala et prava
[v]oluntate quis fecit opera contra
[?]i sua in eadem voluntate
reddetur ei miseria secundum proportionem
[m]ale affectionis. Unde aug. de
[s]pera. In ipso animo ubi appeti
[t]io voluntatis humanorum omnium
[e]st mensura factorum. [?]
[p]ena sequitur culpam plerumque
[?]a. non sentiens creatura
[?]amore. Ideo cum dixisset
in quo iudicio iudicaveritis iudi
[ca]bimini sequens adiunxit Et
[in qu]a mensura mensi fueritis
[re]metietur vobis. In voluntate
[qu]ippe propria metitur bonus
[?]mus bona facta et in ea me
[ti]tur ei beatitudo. Itemque in
[v]oluntate propria metitur malus
[?]mus mala opera. et in ea me
[ti]tur ei miseria quoniam ubi
[u]nusquisque bonus est cum bene
[vu]lt ibi etiam malus est cum
male vult et per hoc etiam illic
[?] fit beatus vel miser hoc
est in ipso sue voluntatis affectu
[q]ue omnium factorum interiorumque
[me]nsura est. ex qualitatibus

quippe voluntatum non ex tempor[um]
spaciis sive recte facta sive peccata
metimur. hec aug. ubi supra. Secun[da]
pars principalis. Dicebat autem
illis et similitudinem in qua post
similitudo que dicta sunt explanans
est primo explanatur quod dictum est
Dimittite et dimittetur vobis. 2o
illud opus sive quod dictum est
Nolite iudicare etc. ubi Quid aut[em]
vides etc. Ad declarandum opus sive
quo precipitur dimitti iniuria dicens
adiunxit similitudinem quarum prima
talis est. Nunquid potest cecus cecum
ducere et si dicat. Bene debetis
ex via dimittere iniurias et non ira
sci contra iniuriantem quia si vos
iracundia et appetitus vindicte
excecavit tantum erit peccati
per dictum iracundie vobis illate i[n]
et per hoc. et tu qui contra iniuriantem
irasceris cecus eris propter iram
et ille qui te offendit cecus erit
propter offensam. ex quibus evenit
ut nec tu qui cecus es propter
iram nec ille qui cecus est prop[ter]
suam offensam possitis vobis
mutuo prebere causam deveniendi
ad vitam. Sed ambo cadetis in
foveam dampnacionis. ille quidem
quia offendit tu vero quia offen
denti non dimisisti. Si enim non
dimiseritis hominibus peccata eorum
nec pater vester celestis dimittet
vobis peccata vestra. Math. vi. Si aut[em]
dimiseritis ut non sis cecus per
iracundiam et ille propter tranquil
litatem tui animi converteretur

lumine veritatis quoniam illi
qui vos offenderunt e-
runt eadem luce privati per
vicium iniurie

ut peniteat ipsum quod te offendit
et tu de paciencia coronaberis. Huic
exposicioni concordat Beda super
lucam dicens. Nunquid potest cecus cecum
ducere. nonne ambo in foveam cadunt
Sensus huius sentencie pendet
ex superioribus ubi de danda ele-
mosina et iniuria dimittenda precipitur
Si te ira contra violentum et
contra petentem philarguria id est
retencio iniurie excecavit numquid
tua mente viciata vicium eius cu-
rare poteris. aut ille salus qui iniuriam
fecit. et non tu etiam qui ferre
nesciebas reus deputaberis. At
si mitem te tranquillumque pectoris
eius inhibitas invenit. Et ille ad
penitenciam movebitur et tu
paciencie premio donaberis. Hoc
est de paciencia coronaberis. Secunda
similitudo ad idem talis est. Non
est discipulus super magistrum
perfectus autem omnis erit si sit
sicut magister eius. ac si dicat vos
debetis iniurias ex corde dimittere
quia si ego qui deus sum et magister
omnis iusticie non ulciscor peccan-
tibus quando eis commissa dimitto
vos non plus debetis querere nisi
ut offendentes vos emendentur
alias plus quereretis quam magister vester
et sic non eritis boni discipuli
volendo plus in iudicando vestras
iniurias quam magister vester velit in vindi-
cando suas. perfecto igitur vera est
ut vos qui puri homines esto-
sitis tales qualis ego sum.

qui sum vester dominus et magister
ita quod sicut ego non vindicando
sed tollerando iniurias inimicos
meos reddidi meliores. ita et
vos dimittendo hiis qui vos of-
fendunt reddatis eos ex vestra
paciencia meliores. Huic expo-
sicioni concordat Beda ubi supra
Si magister qui utique deus est passus
tamen suas non ulcisci iniurias
sed pocius maluit persecutores
paciendo reddere mitiores eam
necesse est ut discipuli qui puri
homines sunt regulam perfectionis
sequantur. Sequitur. Quid
autem vides festucam etc. ubi
explanatur quod dictum est Nolite iu-
dicare etc. Et primo per
exemplum retrahit nos a te-
meritate themerarii iudicii. quo
mente aliena facta iudicamus
aliter quam debemus. Secundo a themera-
rio iudicio quo condempnamus et
vituperamus in alio levius pec-
catum tamen gravius sit in nobis
Tercio invehit contra iudicantes
themerarie vel condempnantes
indebite. Secunda ibi. aut quomodo
poteris dicere. Tercia ibi. ypocrita
Dicit ergo primo. Quid vides
super temere iudicando. festucam
id est leve peccatum in oculo
fratris tui ut potest quia aliquando
ipsum errantem in aliquo vel
deturbatum iudicas ipsum
desisse a statu virtutis et de-
cum et detestaris in corde mis-

[cri]mine enim trabem que in oculo [tu]o est .i. grave peccatum odii vel [con]temptus proximi tui. quod est in te non consideras .i. non examinas non advertis et non diiudicas. Quantum enim trabes excedit [quan]titatem festuce tantum peccatum odii [v]el rancoris excedit in gravitate peccatum aliquod conturbationis [v]el ire. Secundo retrahit nos a [te]meritate condempnandi dicens [V]el quomodo po[tes] di[cere] fra[tri] tu[o] fr[ater] si[ne] e[iciam] hoc est quomodo potes vituperare in fratre tuo leve peccatum [e]t condempnando abiurgare ipsum [qu]asi constitutum in statu gravis [cri]minis et tamen tu ipse non vides non abiurgas nec detestaris [tr]abem .i. grave peccatum quod te in [pe]iori statu constituit que est [in o]culo tuo. quia te respectu [cul]pe ipsius excecat ut non possis [ill]a cognoscere et detestari [Et] cui huic expositioni concordat [Be]da ubi supra dicens. Multi [en]im superbia aut odio vel alio [qu]olibet crimine preventi levia [e]t nulla iudicantes a crimine [p]recipiunt eos quos sub ita [vi]derint ita turbatos. iudicantes [e]os oculum mentis a solita [se]renitatis statu quasi festuca [o]riente mutasse. atque inmemo[re]s domini precepti quo ait Nolite condempnare. magis amant vitu[perar]e et condempnare quam emendare atque corrigere. Notandum est quod a facilitate iudicii et a temeritate condempnationis multum retrahit unumquemque consideratio sui ipsius. Nam si semetipsum unusquisque consideret. cognoscet vel quod in eodem sive maiori peccato est quam sit ille de quo ferens iudicat et condempnat vel in tali aliquando fuisse vel in futurum cadere posse. Et siquidem in eodem vel simili est non debet alium iudicare quia in quo alium iudicaret seipsum condempnaret dum eadem faciat que iudicat. Posset enim tali dici illud apostoli Ro. ii. In quo enim alium iudicas teipsum condempnas eadem enim agis que iudicas. Si autem non est in eodem peccato sed aliquando fuit. revocet ad memoriam communem infirmitatem hominis que prona est ad peccandum et ex hoc movebitur plus ad compatiendum infirmitati ex caritate quam ad condempnandum alterum pro peccato. Si vero non est nec fuit aliquando in simili vel graviori peccato: cogitet quod cadere posset. Et nisi deus misericorditer subvenisset cecidisset quam cogitatione minimus. plus inclinabitur ad misericordiam pro qua doleat miseriis aliorum quam ad temere iudicandum vel condempnandum proximum suum qui est frater suus.

Ultimo inhibet eius qualibet

teme iudicantem vel impie con
dempnantem. Dicens ypocrita eice
primu trabem de oculo tuo et tunc
pspicies ut e. f. de. ocu. fr. tui. ypo
crita est qui aliud ptendit et aliud
intendit. Judicans autem teme
ptendit se amatorem iusticie Ex
eo ipso q hec teme facit. Vel sup
bus est vel odio movetur contra
fratrem vel aliquo implicatur delicto
quo prauatur iusticia et sic ptē
dit se iustum. cum tamen iusticia
sit prauatus. Talis autem ypocrita
est. eiciat ergo primu trabem.
supbie vel odij. vel iracundie.
de oculo sue mentis. et tunc rectius
poterit alieua iudicare peccata
Aliter etiam reprimit illos qui fa
ciles sunt ad reprehendendum et
condempnandum. Quidam enim
faciles ad hoc dicium ptendunt
se velle consulere fratri peccanti
et dure obiurgant eum eciam
coram alijs. In hoc ergo sunt ypo
crite q ptendunt se consultores
et tamen sunt condempnatores
vel vituperatores. cuilibz autem
de numero talium dicitur. ypocrita
qui sup pretendis et velle con
sulere et monere et sub hac
spe fratrem tuum sine causa con
dempnas vituperas et confundis
eice primu trabem hoc est graue
peccatum fraterne offense de oculo
tuo. hoc est de intencione tui cordis

et tunc ex simplicitate tue
innocencie pspicies modo de
bito ut educas festucam hoc
est leue et corrigibile pec
de oculo fratris tui. i. defectum
intencionis vel ignorancie fra
tui poteris corrigere cum in
si primo te ipsum consideraui
diligenter

Homo quidam fecit ce
nam magnam et vo
cauit multos. Ro. luc. xiiij.
Omnis status requirit conue
nientes proprietates et opaciones
psonarum que sunt in tali
statum. Et ideo imperiale regimen
requirit q imperator habeat
condicones sibi competentes
quarum vna est largitas
munificencia ut sit munificus
in dispensando. Secunda est
salcus prouidencia ut sit
in acquirendo ita q p ipsius
prudenciam multiplicet ipm
et subdita reducantur ad pacem
non obstante q aliqui pacem
contnebent et respuant sibi
ablatam. Tercia est iusticia
qua puniantur excessus ut
q mali non reportent com
de malicia sua. Cum igitur
rex noster ihesus qui in mundo
imperiale dominium tenet. sit
in bene imperando sibi subiectis
tres predictas condiciones
ondit hec in spirituali regimine

in prīta ewāgº quando dicitur
homo quidam fecit cenam
magnam. In quo xpūs ostendit
primo sue munificencie larg
itatem. homo quidam fecit ce.
&c. 2º contra ingratos pru
dencie sagacitatem. Et ceperunt
omnes &c. 3º contra easdem
iusticie equitatem in fine. amen
dico vobis. quia nemo. Primo
igitur ostendit xpūs sue munifi
cencie largitatem dicens. homo
quidam &c. ad cuius commendacionem
introducuntur quinque. primo
beniuolencia domini. Homo
quidam. 2º Eminencia
domini quia fecit cenam mag
nam. 3º habundancia consorcium
quia vocauit multos. 4to ele
gancia nuncii quia misit seruum
suum. 5to opulencia bonorum pa
rata sunt omnia. Commendat
ergo largam munificenciam
suam nos inuitantis ad refectionem
sue dulcedinis. primo beniuo
lencia domini cum dicitur. homo
quidam. Dicit enim ex beniuo
lencia deus factus est homo
et ex eadem nobis preparauit
dulcedinem refectionis eterne
hic enim est ille homo qui
de seipso singulariter loquens
dicit. Venit enim filius hominis querere
et saluum facere quod perierat
Commendat eam secundo

Eminencia domini de qua dicitur
fecit cenam magnam. eo enim
quod cena fuit eminenciam huius
dignacionis. Nam cena insinuat
perseueranciam cuiusdam dignacionis
Unde Gregorius in omelia. Bene per cenam
eterna refectio designatur. quia post
prandium cena restat. post cenam
vero nullum conuiuium restat eo
vero quo magna fuit eminenciam
continuit refectionis. Unde Beda
super lucam. Fecit cenam magnam
quia saturitatem nobis eterne dulce
dinis preparauit. Commendat secundo
eam habundancia consorcium de qua
subditur. Et vocauit multos. Dicitur
enim deus. ex largitate sue caritatis
multas condidit creaturas que
possent esse beatitudinis participes
sic ex eadem multos ad eandem
beatitudinem inuitauit et vocat
multos. quia de omni gente de omni
statu de omni lingwa ac in omni
etate que sit homo capax plures
ad beatitudinem consequendam vocauit
Commendat eam quarto elegan
cia nuncii quia misit seruum suum
dicere inuitatis ut venirent dig
nitas suum ex domini dignitate
dependet. hinc tanto quilibet seruus
maior est et dignior ceteris
paribus quanto maioris et meli
oris domini seruus est. homo
autem iste qui cenam fecisse memoratur
scilicet xpūs adeo magnus est deus
quod in eius comparacione alii domini
parui sunt sui quod domini est
adeo sicut ei seruire regnare est
sic eius serui sunt reges ideo

elegans mictus missus est quadi
fimus talis diu ad vocandum inui
tatos dicitur destinatus. Qui autem
sint huius dominum reges sunt patet
ex hoc quod in apoc. v. dicitur ab hiis
qui cum xpo fuerunt. Dignus est agnus
qui occisus est et infra. Et fecisti
nos deo nostro regnum. Commendat
eandem munificenciam. Sufficiencia
sive opulencia omnis boni quia subditur
quia iam parata sunt omnia vere co
muniu illius refeccionis eterne ha
bundans erit quia omnia erunt
parata beatis. celum ad habitandum
angeli ad congaudendum. Trinitas
ad perfruendum. hec enim est illa
opulencia preparata quam ysa. considerans
dicebat lxiiii. Oculus non vidit
deus absque te que preparasti expectan
tibus te. Et aplus. i. cor. ii. Ead
sendam repetat sub hiis verbis Ocu
lus non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit que
preparavit deus hiis qui diligunt
illum. Magna est ergo opulencia
istius convivii de qua dicitur omnia
parata sunt omnia eo quod eius mag
nitudo omnem transcendit cogitacionem
sensibilem. omnem eciam intellec
tualem creature aspectum naliter
sibi dimissum. Dicit enim exposi
tor aug. in quadam epistola Oculus eum
non vidit quia non est color
auris non audivit quia non est
sonus. Et similiter nullus alius sensus
attingit ad eum quia proprium quilibet
obiectum sensibile transcendit

Et in cor hominis non ascendit
quia non est infra sed supra
naturalem eius virtutem. O
sus ergo istius parabole magi
sterius est. quantum ad principalem
eius intellectum ut sic debet
intelligi. homo quidam xpus
scilicet qui ex mera dignitate factus
est homo. Et quidam quia sin
gulariter in eo fuit proprietas
humane nature. Dicit enim dictus
aug. Ipse venit de altitudine
humane nature eo quod assumpsit ean
purissimam sicut fuit creata
in sua innocencia originali. Ipse
fecit cenam magnam qui vo
lentibus in ipsum credere et
adherere preparavit refeccionem feli
citatis eterne que refeccio a
tunc per cenam magnam describitur
quia nullo clauditur fine sed
ipsa erit finis et tunc omni
expectate delectacionis. sicut
cena finis est refeccionis diu
et erit magna per continenciam
omnis boni ad hanc vero re
multos vocavit quia evangeli
cam tubam constituit per quam
omnis status omnis etas ve
sexus vocatur ad regnum
hora autem cene huius. est
in ultima etate seculi que
.nunc est. sicut cena est in ultima
parte diei. Misit servum suum
hoc est ordinem predicatorum
qui eandem doctrinam ewangelii
divulgantes nichil aliud dicunt
invitatis nisi ut veniant

d cenam regis eterni qua ibi
sunt omnia parata. Parata enim
ibi est summa veritas afferens
se intellectui ad contemplandum
eam per visionem. Summa et
ernitas afferens se memorie ad
possidendum perpetuam. Summa
bonitas atque iocunditas afferens
se voluntati ad degustandum
ac fruendum. Sic igitur patet
anagogicus sensus. qui in mora
lem presupponit. hoc est bonos
mores in hiis qui nunc vocantur.
Potest eciam allegorice per
tractari hoc modo. homo quidam
xpus scilicet imminente passione
qua patuit veritas eius
caritas. fecit cenam magnam
quando cum discipulis manducans
agnum paschalem eisdem tribuit
corporis et sanguinis sacra
mentum quod vere fuit cena
ma hora cene. hoc misterium
stituit sicut dicitur. Jo xiij
ter quod apostolus primo Cor xi
eam vocat cenam dicens. Con
venientibus vobis in unum iam
non est dominicam cenam mandu
care. Fuit eciam magna quia
eum principaliter et sacramentaliter
tinens qui dicit celum et
terram ego impleo. Vocavit autem
multos quia cunctis fidelibus
tibus presentibus tunc et postmodum
futuris illud sacramentum voluit
e commune. existit vero serotinum
num. hora cene hoc est in fine
mundi in quo sumus. Dicere

dicte invitatis ut venirent. [illegible]
predicatores non cessat ammonere vo
catos ad fidem. ut parati et disposita
accedant ad eum altissimum sacra
mentum in quo parata sunt omnia
quia ibi verum xpi corpus vera
anima vera divinitas recipitur. corpus
per conversionem. anima per unionem
divinitas per concomitanciam ibi eciam
signis accidentibus preparata est gracia
in habundancia. hec est illa preparacio
de qua dicit psalmista. Parasti in con
spectu meo mensam adversus eos
qui tribulant me. Secundum autem hunc
allegoricum sensum. Cyrillus cenam
istam exponens dicit. hic ergo
conditor omnium atque glorie pater parat
cenam magnam in xpo paratam.
in novissimis enim temporibus et quasi
in occasu mundi seculi illuxit nobis
dei filius et mortem pro nobis
sustinens dedit nobis proprium corpus
comedendum. unde et agnus in vespere
immolabatur iuxta moysaycam legem
merito igitur dictum est cena dei
paratam in xpo communem. Predica
biliter autem homo quidam fecit
cenam magnam et vocavit multos
Ubi primo describit nobis xpus
sue clemencie benignitatem cum ait
homo quidam. 2o proprie munificencie
largitatem cum ait fecit cenam mag
nam. 3o prevenientis gracie pietatem
cum ait vocavit multos. Quantum
ad primum sciendum est quod sicut dicit
gregorius. quando insinuari debet nobis
in scriptura. iusticia divina xpi
nominatur nomine aliquo significante

austitatem et dulcitatem. sicut patet
Ys. ix. Ubi nomine virge vigilantis
manifestata est dulcedo iusticie
dei. Quando autem eius clementia
nobis debet ostendi. nominatur nomine
hominis qui mansuetus est per naturam
ut igitur ipse nobis sue clementie
benignitatem ostenderet dicitur esse
homo. homo quidam. sed eiusdem
benignitatem famis. Primo quia
factus est homo misericorditer
pro. homo factus est in ea iste 2o
factus homo humiliter Phi. ii. habitu
inuentus ut homo. 3o factus est
homo humiliter utiliter. Luc. ii. Cum
futurus est iam vocatum est
nomen est eius et salue quia
homo sit. hoc nomen eius est
ihesus quod est nomina plenum eo quod
salutem importat sicut dictum est
Mt. primo. vocabis nomen eius ihesum
ipse enim saluum faciet populum
suum a peccatis eorum. Quantum
ad secundum in quo manifestatur
eius largitas cum dicitur fecit ce
nam magnam. Sciendum est quod
hec cena celi fuit communis. primo
figuraliter prenunciata. 2 hester. 3
in cena assueri regis. 2o fuit ex
emplariter commendata in ista parabo
la luc. xiiii. fuit. 3o mentaliter
desiderata apoc. xix. Beati qui ad
cenam nupciarum agni vocati
sunt. Quantum ad tertium ubi
manifestatur pietatis affectus
quia vocauit multos. Sciendum
est quod ad sacietatem refectionis
diuine deus aliquos vocat mentali

inspiracione. ysa. xli. Quis susci
tauit ab oriente iustum vocauit
eum ut sequeretur se. Alios
vocat exteriori predicatione prouer.
ix. misit ancillas suas ut voca
rent ad arcem et ad menia ciuitatis.
Alios autem penali comminatione
Jer. xxv. Gladium enim ego vocabo
super omnes habitatores terre dicit
dominus exercituum. Sequitur 2a
pars principalis euangelii. Et ceperunt
omnes simul excusare etc. Ubi
ostenditur prouidencia christi contra
defectum introductum ab ini
tio quod primo ostendit eorum malig
num prauitatem dona dei re
cusantem. Et ceperunt etc. 2o pro
teruitatem alios substituentem
ibi. Et reuersus seruus. Malig
norum prauitas dona dei re
cusantis. Primo describitur generaliter
sub hiis verbis. Et ceperunt
omnes simul excusare. Sepe
enim accidit ut qui ex benignitate
dei ad fidem vocati sunt ma
le viuendo quasi sue fidei contradicunt
a regno dei excludunt. Unde
Gregorius in omelia. Non de infidelibus
qui et se ipsos per fidem subiecti
sunt operibus eius contrarie et
viuendo contradicunt et isti per
significantur de quibus. hic
ceperunt omnes simul excusare
de talibus enim generaliter dictum
est in psalmista. Omnes decli
nauerunt simul inutiles facti
sunt. Deinde ipsa prauitas
respuens dei gratiam. describitur

n spali cum dicitur. Primus
dixit etc. Ubi primo ponit
excusatio facta per superbiam ele-
vantem ad vana. Primus dicit
per avariciam inclinantem ad
infima. Et alter dicit Iuga
boum per luxuriam allicientem
ad mollia. Et alius dicit Ex-
cusatio superbus elevatus ad vana
dicat sic. Villam emi et necesse
habeo exire et videre illam. Et
iste primus qui cenam domini
excusat per superbiam excluditur
ideo quia sicut superbia primum
est vicium a quo omne aliud
sumpsit inicium. Sicut primus
homo per superbiam cecidit qui super
se deum habere noluit. Sic eciam
hic primus qui a cena domini
excluditur per superbiam voluit
aliis dominari propter quam dicit
Villam emi. Superbia enim est
qua inferiores despiciens paribus
et maioribus sathagit dominari.
Hic autem dicitur emisse vil-
lam ut pariter paribus sibi
et possit preesse dominari
et quoniam istud vicium quasi
radicatum in corde non sinit
hominem subici deo nec cognoscere
creatorem suum. Ideo sic trahit
eum extra terminos suos ut quasi
creature appetat et inquirat modos
dominandi. Propter quod subdit Ne-
cesse habeo. quasi cogor
necesse. Hoc est extra terminos
meos ire et videre illam hoc
est curiose et falliciter perquirere
modos et opportunitates dominandi.
Sed quia superbia parere consuevit
ypocrisim. Ideo pallium excusacionis
in humilitate vocis pretendit dicens
Rogo te habe me excusatum. Con-
tra tale vicium desiderabat propheta munniri
cum dicebat. Ne declines cor meum
in verba malicie ad excusandas
excusaciones in peccatis. Et bene dico
quod hic pretendit excusacionis pallium
sub humilitate vocis. quia quod non
venit superbiam in causa non veni-
endi allegat. quia emit villam.
Sed cum subdit Rogo te. humilitatem
in voce pretendit. Unde Beda super
Lucam. Cum dicit Rogo te et tamen
venire contempnit. humilitas so-
nat in voce superbia in accione. Huius
sic se excusantis similitudinem
tenet. quilibet peccator qui prava
que non agenda dinoscit agere
non desistit. Sicut enim dicit Gregorius
in omelia. Dum cuilibet perverse agenti
dicitur. convertere. Deum sequere. mundum
relinque. Ubi hic nisi ad dominicam
cenam vocamus. Sed cum viderit.
Ora pro me quia peccator sum hec
facere non possum. quid aliud agit
nisi et rogat et excusat dicens
Tamque peccator sum. Humilitatem
insinuat subiungens autem converti
non possum superbiam detegat. Ro-
gando igitur excusat qui et humilita-
tem supplicat in voce et superbiam
execat in accione. Potest autem lector
ex hiis verbis quibus se primus
excusat elicere quatuor effectus

superbie Primo enim indebite do-
minat ut appetat dominari. villam
emi .2o. oculum captivat ut coga(tur)
spectare se vagari Nota hec circa
3o Curiositatem amat volens
hec et illa perscrutari ideo dicit et
videre 4o ypocrisim generat ut possit
palliari Rogo te habe me excusa-
tum Sequitur et aliter dicit Juga
boum etc ubi ostenditur quod alii exclu-
duntur ab eterna refectione per
avariciam inclinantem ad infima
Avarus enim per desiderium terrenorum
inclinatus ad yma omnes virtutes
que vigent in sensibus suis qui
sunt quinque quorum quilibet in duo(bus)
organis vel instrumentis geminatur
quasi quinque iuga preponit occupare
in terenis quia volvunt et revolvunt
terrena videndo audiendo et ceteros
sensus occupando sicut boves ad
terram vertendam deputati sunt
dicit ergo avarus Juga boum emi
quinque hoc est paravi studiose
quinque sensus quorum quilibet duplex
habet instrumentum Et eo hoc
est me ipsum sponte immergo
Probare ea i. virtutem meorum
quinque sensuum exercitare et occupare
terrenis Sed quia sepe fit ut solli-
citudo superflua que habetur de terrenis
se ipsam sub palleo gubernande vite
et familie se cooperit Ideo addit
Rogo te habe me excusatum fit
enim plerumque ut avari invitati
predicacione ammonicione et consilio
ad regnum celorum desiderandum

taliter se excusent habeo fa-
miliam oportet me vivere inter
commanos et me conservare sta-
tum et honorem meum eciam
oportet me mercari vel usu-
rare vel similia si volo hec
predicta sed tamen rogo te ut
ores pro me quasi dicant Rogo
habe me excusatum Nondum
est quod sicut visus geminatur
in duobus oculis auditus in
duabus auribus sic quilibet
alius sensus et de gustu atque
odoratu clare patet Primus autem
hoc de tactu non sic pateat
tamen sicut dicit aug(ustinus). Et
ipse tamen intus quam exterius
habet gemina instrumenta sicut
patet in duabus manibus Et
Et alius dixit Uxorem duxi
etc ubi ostenditur quod alii excludi
ab eterno convivio per lasciviam
allicientem ad carnalia et vi-
lia nichil enim tantum immergit
mentem in delectabilibus terrenis
quam delectaciones carnales Nam
illis qui in ipsis immersi sunt
nichil omnino celestia sapiunt
Et ideo in ipsos licet quasi redduntur
ad spiritualis dulcedinis degu-
stacionem et hinc est quod iste ad
cenam invitatus quasi celestis
propter delectaciones carnales
contempnens dicit Uxorem
duxi et ideo non possum venire
Sicut enim dicit p(rimo) a(d) Cor. 7
Qui cum uxore est sollicitus
est que sunt mundi quomodo

placeat uxori et divisus est
et bene dicitur divisus eo quod
separatus a desiderio celestium
ad que degustanda eius affectus
est debilis totus deditus molli-
ciei carnali. Unde Basilius: In-
tellectus humanus vigens ad
mundanas illecebras debilis est
ad agendum divina. Sed dubi-
tari posset quomodo potest coniugium esse
causa quod aliquis excludatur
regno dei cum ipsum sit a
deo institutum et a christo confirma-
tum dicente quos deus coniunxit
homo non separet. Ad hoc dicendum
est quod multipliciter solvitur hec
dubitatio. Primo secundum Bedam
super Lucam. Sed licet coniugi-
um sit tamen aliqui non ipsum
trahunt ad finem suum ad
quem est institutum scilicet ad pro-
creandam sobolem sed pocius ad
...candam propriam voluptatem
in talibus reprehensibile est
causa separandi hominem a deo
et excludendi ipsum a vita
eterna. res illicita significata
est per licitam scilicet voluptas car-
nis per uxorem hec est sententia
Gregorii dicentis. Quamvis
licitum sit coniugium atque ad
propagandam sobolem prudentia
divina constitutum nonnulli
tamen hoc non fecunditatem
prolis sed desideria expetunt
voluptatis et ideo per rem

instans significatur potest non incongrue
res iusta. Alio modo secundum Ambrosium sin-
gulis perfectum aliquando pertinet
reprehensibile non simpliciter sed
comparatione magis perfecti et propter
imperfectionem potest esse occasio retar-
dandi a desiderio celestium et
hoc modo coniugium se habet ad
virginitatem et viduitatem quia
mulier innupta hoc est vidua et
virgo cogitat que dei sunt nupta
autem cogitat que sunt mundi
quomodo placeat viro sicut apostolus
ubi supra pro tanto ergo coniugium
hoc loco reprehenditur quasi aliquos
a cena divina excludens pro quanto
ex sui imperfectione potest esse occasio
quod aliqui a regno dei excludantur.
Allegorice autem secundum Ambrosium gen-
tiles propter immoderatum appetitum
significantur in emptore ville
quos voluptas talis affectionis a
regno dei excludit. Iudei autem
qui propter inordinatum zelum
legis Moysi que lex quinque libris
quasi quinque iugis boum continetur
christum non receperunt significati
sunt in emptore boum. Sed heretici
qui velut quodam affectu fedo
et molli temptantur et impugnant
stabilitatem fidei significantur
per ductorem uxoris. ~~Moraliter~~
~~autem exposicio patet~~ // Deinde
dicit Et reversus servus nunciavit
hec domino suo etc. Ubi describit
prudencie caritatem aliorum subse-

tuentem Deus autem sic punit
ex caritate illis quos glorifican
dos preuidet et zelat ex iusticia
contra illos qui propria malicia se
ipsos regno dei reddunt indignos
et ex caritate inducat alios ad
acquirendum ipsum et ex sapientia
quosdam compellit multos Et
ideo triplex actus hic describitur
Primus est zelatiuus 2us est
inductiuus 3us est compulsiuus
Describitur ergo primo actus
zelatiuus sub hijs verbis Re
uersus seruus hoc est ordine
iudiciarium conformante se diuine
sententie et iuste iudicante iob
rebellionem sive ingratitudinem
peccatorum et quasi iram inuitante
eo quia vocati ad gloriam vite
contempserunt irasci dicitur deus
non ira conturbante sed ira
per zelum quasi inflammante ad
puniendum iuste quod male factum
est et hoc est dicere nunciauit
hec domino suo Tunc iratus
est pater familias. Sicut enim
dicit gregorius in mor. Passio ire
non cadit in deum sed tamen
quando peccatores punit et sordi
detestatur furnora ad modum
irati se habet non ira turbante
racionem sed ira zelante ius
ticiam de qua dictum est psalmo
Iratus est dominus in populum
abhominatus est hereditatem
suam Describitur secundo actus

inductiuus quando additur
dixit seruo suo. Exi cito in
plateas et vicos ciuitatis
et pauperes ac debiles ce(cos) et
clau(dos) introduc huc ut impleatur
domus mea Inducuntur ad de
siderium intrandi cenam alim
enim qui sunt in platheis
hoc est in latitudine vie illius
que lata et spaciosa est ducit
ad mortem et qui in vias
hoc est quos inopia temporalium
tenet angustos primi quidem
scilicet qui sunt in lata via ut
ingrediantur artam que du
cit ad vitam. Secundi autem
qui sunt in vias hoc est
angustia temporalis inopie
ut propter christum pauperem dicunt
habentes hic alimenta et
quibus tegamur hijs conten
ti sumus. Sed ne credatur quod
aliquis defectus boni fortune
ut sunt defectus diuiciarum
vel defectus boni nature
ut est cecorum claudorum debilium
vel cecum excludat a regno
celorum subdit Pauperes
et debiles cecos et claudos
introduc huc. Vltimus sicut
dicit Beda tam isti qui in
troducuntur de plateis et
vias quam illi qui primo fuerunt
vocati intelliguntur fuisse
peccatores sed tamen in hoc
differunt quod illi fuerunt

peccatores superbi et propter superbiam
vel recusaverunt vel contemp-
serunt vocationem divinam
Isti autem significant peccatores
humiles qui vocati a deo et
humilitate conterunt ad ipsum
et per hoc introducuntur ad regnum
de istis enim dicitur a christo Math.
ix Non veni vocare iustos sed
peccatores .i. non veni vocare
vocatione habente effectum eos
qui ex superbia in propria reputa-
cione sunt iusti et hoc probat
contra illos qui ex humilitate se
peccatores cognoscunt Et est
advertendum quod isti qui introducuntur
ad cenam habent oppositas con-
ditiones illis qui venire contemp-
serunt Ipse enim emptor ville
divicies intelligitur et superbus di-
vicie autem paupertati videntur
opposite et superbia illi paupertati
de qua dicitur Math. v. Beati
pauperes spiritu etc. Negociator
boum per sollicitudinem volebat
re dicens. eo. et per diligentem
consideracionem volebat experi-
encia probare illa. Claudi autem
in usum eundi non habent
vel male habent ad officium
peccandi maxime eundo non
sunt apti sunt. Ceci autem male
possunt probare ea que in
usum audire cadunt. Sic isti
duo ceci et claudi aliquid habent
convenientis emptori et di-
centi eo probare illa. Sed
debiles ex impotencia virium

naturalium non mutilant immo iuvant. ad
copulam naturalem maritalem qua-
propter non videtur eis subesse occasio
ducendi uxorem. Sicut igitur
emptorem ville negociatorem boum
et ductorem uxoris mundi illece-
bra et temporalis affluencia occasio-
naliter excludit a regno. Sic pauperes
debiles cecos et claudos defectus
corporis occasionaliter introducit
ad cenam. Sicut enim dicit Beda
super Luc. Karitas derelinquit cui
deest illecebra peccandi. Hinc expo-
sicioni concordat quod dicit Gregorius in om-
hos salvat pauperes etc / elegit deus
quos despicit mundus quia plerumque
ipsa despectio hominem revocat
ad semetipsum et tanto celerius
vocem dei aliqui audiunt quanto
in hoc mundo despecti non habent
ubi delectentur. Describitur
3o actus compulsivus cum adiungitur
Et ait domine factum est et adhuc
locus est. hoc est per introductos
non est adhuc completus numerus
electorum. Et quia superna Ierusalem
mater nostra nulla civium suorum
numerositate fraudabitur sicut dicit
Augustinus in Ench. ideo ait dominus servo
Exi in vias et sepes et compelle
intrare ut impleatur domus mea
In hiis enim constituti sunt qui
iam in quodam bone voluntatis
termino positi a temporalibus cupi-
ditatibus quodam modo recedunt
et viam mandatorum utcumque
custodiunt sed isti compelluntur
ad regnum citius quam per ubium

predicacionis ad perfeccionis culmen
adducuntur. Dicentes cum propheta
Viam mandatorum tuorum cucurri
cum dilatasti cor meum. In sepibus
autem illi reperiuntur qui per claustra-
les observancias sunt inclusi
per quas a ceteris layce viventibus
distinguuntur. et hii compelluntur regnum
ingredi. quando per asperitates profes-
sionis observatas deo servire coguntur
Ista enim per sepes regularium
statutorum a mundo retrahuntur
et coguntur deo servire ut sic
arctati preceptis regularibus et sol-
licitati circa presidencium cogantur
intrare ad cenam regis eterni
de talibus enim verificatur illud
Naum. 3. Custodes tui quasi locuste
locustarum que consident in
sepibus in die frigoris. Allegorice aut(em)
in angulis de viis et plateis sunt
introducti. Judeos conversos sig-
nificant qui cultum divinum sub
quadam urbanitate legis tenuerunt
et isti dicuntur introducti propter
documenta legis et cum hiis
etiam expressiones propheticas que
loquebantur de Christo facilius fidem
receperunt. Vocati autem de viis
et sepibus gentiles conversos
significant qui in via publica er-
rores et in sepibus agrestium
morum prius errantes virtute
miraculorum compulsi sunt ad
Christum. Notandum autem sicut dicit
Gregorius in omelia quod ad hanc cenam quidam
vocantur et venire contempnunt
quidam vocantur et veniunt
quidam vero venire compelluntur

Vocantur et venire contempnunt
qui divinum intellectum acceperunt
sed quod agendum intelligunt
operibus non sequuntur. Vocantur
et veniunt qui acceptam intel-
lectus graciam operibus perficiunt
Compelluntur autem qui a carna-
libus suis desideriis per adversi-
tates mundi repelluntur. Sepe
enim aliqui ad temporalem
gloriam proficere valentes aut
longa egritudine tabescunt
aut afflicti iniuriis cadunt
aut percussi gravibus dampnis
affliguntur et in mundi dolo-
rem vident. quia nichil confidere
de eius voluptate debuerint
et per temporales molestias ad
cenam eternam desiderii intrare
compelluntur. Hanc compulsionem
quibusdam imprecans propheta dice-
bat Imple facies eorum igno-
minia et querent nomen tuum
domine. Horum autem similitu-
dinem tenuit prodigus filius
qui tunc ad patrem reversus
est quando cepit egere ut
dicitur Luc. xv. Sequitur ter-
cia pars principalis. Dico autem vobis
etc. ubi ponitur equitas iusticie
contra ingratos. Justum est
enim ut qui graciam oblatam
refutant vel contempnunt ipsi
a fructu gracie excludantur
iuxta illud propheta. Noluit bene-
dictionem et elongabitur ab eo
quia ergo vocati ad cenam
venire contempserunt ipsi
excluduntur ab ipsa. Dicit

ro. Dico vobis q nemo viror
lorum qui vocati sunt gusta
unt cenam magnam. Isti enim
unt illi, de quibus inrecata
apimat qui. Conqueritur dicens voca
i et renuistis extendi manum
eam et non fuit qui aspiceret
ultis enim modis deus vos
ocat ad gloriam. nemo ergo
ontempnat ne dum vocatus
emere respuit cum voluit
trare non possit. Sz potius
um fatuis virginibus excludatur
audiat finam ductum amen
co vobis nescio vos. hinc
xposicionem concordat Beda sup
iam dicens. Ecce ipse vocat
angelos vocat. p prophetas
ocat. p patres vocat. p aplos
ocat. p pastores vocat. plerumque
p miracula vocat plerumque
flagella vocat. aliquando p
uius mundi prospera vocat aliquando
adversa. nemo contempnat
dum vocatus excusat cum
oluit intrare non valeat

Erant appropinquantes ad
Ihesum publicani et pecca
es ut audirent illum Luc xv
ntat cristus sapientis est non
eteri de quibus novit et inte
ntem posse corrigere. sic cristus
et illius qui peccatores vult reuocare
d bonum conversos benigne recipe
c aversos dulcedine ad conversionem
vocare. Cum igitur salvator
d ad hoc venit in mundum ut

depravatos p viam trahet ad iusti
ciam mediante penitencia. hinc est
q et peccatores ad se conversos re
cipiebat clementer et perversos in viam
non querentes dulciter invitabat
ad graciam. Et hec duo ptur in pnti
ewangelio demonstrantur quia in ipso manu
festatur quomodo cristus peccatores fa
miliariter recipiebat ad se conversos
et murmurantes de tali conversione
ac recepcione exemplariter induce
bat ad bonum cum dicitur. Erant
autem appropinquantes etc. Et hec
duo scz benigna suscepcio conversorum
et solliciata admonicio peccatorum notantur
in pnti ewangelio. Beatus Augustinus sub
hys verbis dicit. Cum humana
fragilitas firmum nequit in tanto
seculi lubrico tenere vestigium erraz ideo
adversus errorem remedia sibi
bonus medicus demonstravit. scilicet
clementer recipiendo publicanos
et peccatores. Opem venie inde
inquisitoris non negavit. scz per
similitudinem congruam ad penitenciam
induxendo murmuratores. igitur
in ordinem predictorum pns ewangelium
dividitur in tres partes. Primo
enim describitur peccatorum humilla
devocio acceptanda. Erant enim
2o superborum hominum murmuracio
detestanda. Et murmurab. 3a
clemencie divine pietas admiranda
et ait ad illos. Aliter pt pns
ewangelium introduci. Sicut in rebus
naturalibus videmus quamquam que de
agere ad perpetuitatem. forme sue
ut scilicet producit fructus suos
et non alios et florem similem

quemadmodum dedicavit salvator
att vij. Numquid colligunt de spinis
uvas aut de tribulis ficus. Et
sicut videmus in habitibus artificia
libus unumquodque artificem opera
propria sue artis. sicut dicit Jero
ad paulinum. quod medicorum est
medica tractant fabrilia fabri. Ita
est in rebus moralibus quod unusquisque
agit secundum regulam virtutis. vel
vicij quam gerit in mente. peni
tentes autem gerunt in mente
habitum penitencie ex quo liber
appropinquant ad illum audiendum
a quo possunt miam consequi
Invidi et detractores. gerunt
habitum false iusticie per quem
dedignantur de recepcione illorum
qui aliquando pub et deliquerunt
Salvator autem tanquam fons
pietatis habitum gerit clemencie
incitabilis ex quo sic confusos ad
se recipit quod in bestiarum pusos
ad confusionem inducat. Et hoc
est quod dicit pres ewangelium. Erant
etc. hec introductio ortum habet
ex verbis greg et Bede super
lucam dicentium. Vera iusticia
compassionem habet. falsa autem
dedignacionem. Secundum autem
predicta pt hoc ewangelium dividi
in tres partes. Primo auditur
habitus penitencie querens miam
Erant appropinquantes ad ihesum
2o Affectus malicie non ferens
clemenciam. Et murmurabant
3o fons pietatis inducens ad
penitentiam. Et ait ad illos. Primo

ostenditur habitus penitencie
querens miam cum dicit Erant publi
peccatorum humilium devocio
acceptanda. vel secundum ultima
divisionem eorum habitus
prime querens miam cum
Erant appropinquantes ad ihesum
publicani et peccatores ut au
dirent eum. Ubi considerandus
est status. actus et affectus
Status quidem quia publica
ni secundum glosam sunt
in tali statu quod publica
vectigalia exigunt ut ped
gium vel conducunt. alios
publicani dicuntur. quia pub
licam seculi sectantur ut cen
sores et theolenarii quoniam
mathens sedens ad theolonium
dictus fuit publicanus. Et
peccatores qui scelus criminibus
et manifestis erant irre
petratis. nomine magdalena
valens dicitur fuisse peccatri
lucas vij. dicente Symone
phariseo. hic si esset propheta
sciret utique que et qualis
est mulier que tangit eum
quia peccatrix est. Ecce status
Sequitur actus. Erant ap
quantes ad ihesum. Sicut
enim amor et odium sunt
due affecciones. sic paciuntur
duos motus sive actus in
anima. ex amore oritus
accessus rei amate. Ex odio
oritur resilitio et fuga
rei quam odimus. Cum

conversi ad xpm ipsum volebant ut cum aquo poterant statum peccatorum sanari. Ideo ergo ipsum habebant accessum peccatorum qualis est appropinquare ipsum. Dicebant enim vim illud Jac. 4. appropinquate deo et appropinquabit vobis. vnde theologus hoc anus causa carnem suscepit admittens peccatores sicut medicus egrotos. vnde quamvis aliquis iste sic appropinquare potest bona et mala intencione fieri ideo additur affectus ut audirent illum. Auditus enim est discipulabilis. Ideo qui bono affectu ad xpm accedit ut audiat profecto eius vult recipere disciplinam ut dificetur in ea iuxta illud Deut. xxxiii. Cum appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius que doctrina accepta vera efficitur correctio disciplina iuxta illud ps. disciplina tua correxit me in finem et disciplina tua ipsa me docebit. Erant appropinquantes. In quibus describitur modus conversionis peccatorum ad deum ubi dicitur. Primo perpetrata malicia publicani et peccatores. Inchoata iusticia quia erant appropinquantes ad ihesum. 3o accepta reverencia ut audirent illum. Quantum ad primum sciendum est quod quidam publici peccatores propter maliciam perpetratam eternaliter sunt dampnati ut

puniantur. exemplum in Sodomitis de quibus dicitur Gen. xiii. homines Sodomite pessimi erant et peccatores nimis coram domino. Quidam sunt temporaliter flagellati ut convertantur de talibus enim dicit dominus ps. lxxxviii. Visitabo in virga iniquitates eorum etc. Quidam autem misericorditer recipiuntur ut allicientur ad bonum sicut isti de talibus enim dictum est Mt. ix. Multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum eo. Quantum ad secundum ubi dicitur inchoata iusticia cum dicitur Erant appropinquantes ad ihesum. Sciendum est quod appropinquare deo signum est probabile. Primo predestinate electionis Rom. xvi. Beatus quem elegit dominus qui ad se pertinet et sanctos applicabit sibi Et quos elegit appropinquabunt ei. Secundo future sanctificacionis Lev. x. Sanctificabor in his qui appropinquant michi. 3o desiderate glorificacionis ps. Hymnus omnibus sanctis eius etc. Quantum ad tercium ubi insinuatur accepta reverencia quia dicitur ut audirent illum. Sciendum est quod reverenter audire verbum dei disponit Primo ad gracie susceptionem. Eccli. xxxii. Audi tacens et pro reverencia accedet tibi bona gracia. 2o ad divinam acceptacionem ps. audi filia et vide et inclina aurem tuam et concupiscet rex decorem tuum. 3o ad vite stabilitionem Prov. i. Qui autem audierit me absque terrore quiescet et Mt. vii. Qui audit verba mea hec et facit ea similis

Exsequebantur

est hominis. Sequitur 2a po
puli. Et murmurabant etc. Ubi
defectus malicie describitur non
solum clementiam ut 2m primam.
dimissionem. superborum hanc mur
muracio detestanda que insinuatur
hiis verbis. Murmurabant scribe
et pharisei dicentes. Quare hic
peccatores recipit et manducat cum
illis. Ubi nobis ponuntur persone et
verba ipsorum. Persone quidem sunt
scribe et pharisei. Scribe quidem
officium legis exponende habentes
intencionem legis debebant cogno
scere quod predicabat dominum venturum
qui ad penitentiam induceret et inductos
reciperet peccatores. Pharisei autem
habitum et statum religionis pre
tendentes debebant inclinari ad
misericordiam super penitentes et congaudere
de conversione eorum ex hoc ergo
istorum notatur malicia quod directe
eorum facta erant contraria statui
infra quem erant constituti. propter
quod salvator ipsorum commendans
statum et officium opera autem
condempnans Mt xxiii. Supra
cathedram moysi sederunt scribe
et pharisei quecumque dixerint
vobis servate et facite. Secundum opera
autem eorum nolite facere. Dicens
enim super cathedram moysi
sedebant scribe et pharisei commen
dat statum addens autem quecum
que dixerint servate et facite. Commendat
officium. Sed annectens. Secundum
opera eorum nolite facere ipsorum

actiones condempnat. Nota
autem hic denotatur cum di
murmurabant. Murmur enim
in hoc differt a detractione quia
murmur est contra factum
vel opus. Detractio vero est contra
bonam famam persone. aliquando
igitur quis murmurat contra
malum opus vel factum ex
zelo iusticie et hoc ex
amore boni et sic discretio
sic est commendabile sicut qui
fit ubi potest prodesse et coram
illis qui prodesse possunt et cum
intencione ut proficiat hoc com
modo consueuit dici quod quis
rectis murmurat contra ma
Aliquando vero quis murmurat contra
bonum opus eo quod ex superbia
ipsum facere non potest et hoc
modo semper malum. Aliquando
autem ~~cum~~ quis murmurat
de bono opere et simul cum
hoc diffamat personam facientis
ita quod ratione facti de quo abl
murmurat ratione persone magis
opus illud tanquam malum
vel male factum retorquet
et detrahit de persona et hoc in
se habet in proposito. eo enim
quod de opere Christi quod potissime apparet
in susceptione conversorum scribe
et pharisei murmurant necnon
et de opere familiaris conversa
cum peccatoribus in manducando et
bibendo cum eis quod pertinet ad
summam caritatem ostendendam

e non posse fieri opa pendcia ·
et veritatis · Et hoc quod ista opa
aliqui mala per verba sua re
torquent in xpi personam dicen
tes quoniam hic peccatores re
cipit et manducat cum illis
murmuracionem facti retorquet
in detractionem persone · equale
mirum sonabant illud Sapiencie
capitulo · j · Custodite vos · a
murmuracione que nichil
prodest et a detraccione parcite
lingue · quoniam ob sermo
in vacuum non ibit · Et diligenter
considerandum est quo motu
ex parte sui · et qua racione ex parte
alterius quis murmurat de
operibus aliorum · vel indigne
contra operantem · dico primo
quo motu ex parte sui · Quidem
invidia vel superbia movet hominem
ad alterius opera detestanda · et
hoc modo murmur habet tamen
spem mali · Etiam quia ex mala
voluntate procedit · aliquando quia
attendit sibi displicere malum
in quantum malum · cum tamen
sibi displiceat racione persone aliquando
autem motivum hominis factum
malum detestantis est rectus
zelus iusticie · et tunc quia
ex bona radice procedit · potest
esse racionem meriti et unde
unde Gregorius in omelia · vera iusticia
compassionem habet · falsa dedig
nacionem · quamvis et iusti soleat
recte peccatoribus indignari

Sed aliud est quod agitur typo super
bie · aliud quod zelo discipline quia et
iusti et si foris increpaciones per
disciplinam exaggerant intus tamen
dulcedinem per caritatem servant
et contra hii qui de falsa superbie iusticia
solent · ceteros quoslibet despiciunt
nulla infirmantibus misericordia condescen
dunt · Secundo qua racione ex parte
alterius aliqui sunt attendentes ·
in illo qui male agunt et condicionem
nature et defectum iusticie ita
compaciuntur nature quod tamen vicium
indignantur et ideo · sic vicia de
testantur quod tamen personam dili
gunt et corrigunt quantum possunt
Nonnulli autem personam odiunt
et propter odium persone omnia eius
facta quantum possunt depravant
et tales ut plurimum non mur
murant de operibus iusti adhuc ut
detrahant de persona · tales autem
fuerunt scribe et pharisei qui
propter hoc tantum murmurabant
dicentes · Quoniam hic peccatores
recipit et cetera ut ipsum opus malum
retorquerent in xpm · Sequitur
tercia pars principalis evangelii · Et
ait ad illos parabolam istam · in qua
manifestatur clemencia divine
pietatis ad miseranda · vel · conver
sionem …am · fons pietatis indu
cens ad penitenciam · Huic medicinam
concordat Gregorius in omelia · et Beda
super lucam dicentes sic ecle
sie … erant ita ut egros se

assistent celestis me-
diis eos
blandis so-
nitis monstrat

de nescirent quomodo quod erant, be-
nignum paradigma obiecit et in eorum
corde dulcius timorem premit.
ondit autem suam clemenciam
ad recipiendum peccatores et comisse-
racionem. duplici similitudine quarum
prima sumitur ex proprietate boni
pastoris. secunda ex sapiencia sollicitate
mulieris. ibi aut que mulier
In illa autem parabola que sumitur
ex similitudine boni pastoris
primo describit errorem hominis
delinquentis in principio. secundo amorem pas-
toris inquirentis. Nonne dicit. tercio
exultacionem amici congaudentis
et veniens. quarto adaptacionem ser-
monis attrahentis. dico vobis
Describit igitur primo errorem
hominis delinquentis sub hiis verbis
ait ad illos parabolam istam dicens
Quis ex vobis homo qui habet
centum oves. et si perdiderit unam
ex illis. homo iste ille profecto
est de quo propheta dicit homo factus
est in ea. Iste centum oves habuit
quando omnes creaturas racionales in
sua innocencia creavit qui proprie
recte dicuntur oves. quia hoc animal
innocenciam significans. comprehendit
angelicam et humanam creaturam
in forma earum creacione designat
quia et angelica in statu primo
nichil innocencia viguit et humana
originalem similiter innocenciam pos-
sedit. ac per hoc quelibet istarum
naturarum pro innocencia ovis fuit
Unde iste dicuntur. Centum fuisse
quia propter perfeccionem istius

numeri datur intelligi creaturas
perfectas ~~iniales~~ racionales in
naturalibus suis fuisse creatas
ita quod nonaginta novem propter
nomes x. et illi x. angeli-
cas creaturas designant que
in novem ordinibus ~~sub~~ dispo-
sunt quarum nulla potest dici vel
fuisse perdita quia et si aliqui
angeli peccaverunt nullus
tamen ordo fuit qui totus per-
ierit. Centesima vero ovis
humanam designat naturam
que quia tota in primo pa-
rente tota ipso peccante peccavit
perdidit igitur ovem centesimam
pastor celestis. quando adam
peccante tota humana natura per-
didit innocenciam. quod bene atten-
dens propheta dicebat in persona
tocius humane nature. Erravi
sicut ovis que periit quere ser-
vum. Describit secundo amorem
pastoris inquirentis dicens Nonne
dimittat nonaginta novem in
deserto. et vadit ad illam que periit donec
inveniat illam. et cum invenerit imponit in
humeros suos gaudens. Et bene h
insinuatur amor boni pastoris
Christi. quia dimittat. vadit. impo
Dimittit quidem nonaginta no-
vem in deserto hoc est ordines
angelorum reliquit in celo.
et propter nimiam caritatem qua
dilexit hominem lapsum. venit
in terram. Unde dicitur quod illos in
deserto dimisit insinuans per
desertum ipsum celum quod tunc h

apostate angeli defuerunt
quando peccaverunt. Unde Gregorius
in omelia. Dimittit nonaginta novem
qua angelorum choros re-
linquit in celo quod desertum dicitur
a tunc homo celum deseruit
cum peccavit et ut perfecte summa
rum .i. creaturarum rationalium
gregaretur in celo homo perditus
rebatur in terra. Et ideo bene
bungitur vadit ad illam que
perierat querens supple eam donec
inveniat. De hac quippe salliatur (?)
ne viuendi et querendi. id est quod
perierat ipse christus sic loquitur
Luc. xix. Venit enim filius
hominis querere et salvum facere
quod perierat. Et hanc inventam
imponit in humeros suos gau-
dens. Hominem quippe perditum
Dei filius in mundum veniens
suscepit exemplis laboribus
predicationibus et doctrinis tandem
ipsum per ipsius redemptionem
recens redemit et homo re-
demptus dicitur tunc inventus
esse quod bene dicit beatus petrus
i. pe. ii. Eratis enim sicut
oves errantes sed conversi
estis nunc ad pastorem et episcopum
animarum vestrarum. Et valde
notandum est quod dicit imponit
in humeris suis. humeri enim
hi sunt brachia crucis in qua
filius mundi pependit. Vel
melius brachia salvatoris
in cruce pendentis de quo
dictum est ysa. ix. Factus
est principatus super humerum eius
In illo quippe misterio sic genus
humanum redemit quod eius peccata
dicitur in corpore suo super lignum
pertulisse .i. pe. ii. Peccata nostra ipse
pertulit in corpore suo super lignum
et hoc modo exponit Gregorius et
Beda super Luc. dicens Ovem in
humeris suis imposuit quia hu-
manam naturam suscipiens peccata
nostra ipse portavit sed hoc fecisse
dicitur gaudens quia teste apostolo ad
hebr. xii. christus proposito sibi gaudio
sustinuit crucem confusione contempta
Describit tunc exultationem anime
congaudentis hoc modo. Et veniens
domum convocat amicos et vicinos
suos dicens illis congratulamini
michi quia inveni ovem meam
que perierat. Venit quidem dominus
salvator ihesus quando completo my-
sterio redemptionis humane ascendit
in celum ubi sua est propria domus
eius est quia ipse proprie est caput
et primicias ecclesie triumphantis
hec est illa domus de qua dictum
est baruch. iii. O israhel quam magna
domus dei et ingens locus pos-
sessionis eius. Et Jo. xiv. In
domo patris mei mansiones multe
sunt. Ad hanc domum insinuabat
christus in primo se iterum cum
dicebat Jo. xvi. Exivi a patre et
veni in mundum iterum relinquo
mundum et vado ad patrem. Et
additur Convocat amicos et
vicinos. teste Gregorio in omelia amici
enim hic intelliguntur angelorum

chori qui per omnia voluntatem
illius perficiunt. Vos inquit amici
mei estis si feceritis que precipio
vobis et ipsi idem angeli. Ciues
ipsi sunt quia vicinius et propius
eius gloriam contemplantur propter
quod dicit beatus petrus i. Pe. i.
ca. in ipsum desiderant angeli
prospicere. Hanc exposicionem Beda simi
liter concordat dicens. amicos et
amicos vicinos conuocat illos vide
licet angelorum choros qui amici
eius sunt quia voluntatem eius
continue in sua stabilitate custodiunt
vicini quoque eius sunt quia clari
tate visionis illius sua assiduitate
perfruuntur. Et quod dicit eis con
gratulamini michi non dicit. ami
mee sed michi. quia eius gaudium in
domino. Cuius gaudium est vita nostra
et cum ad celum reducimur solem
pnitatem leticie illius implemus
est enim tanta connexio inter caput
et membrorum ipsius quod sibi attribuit
ea que sunt membrorum eo modo
quo in fine dicturus est quamdiu
fecistis uni ex hiis fratribus meis
minimis michi fecistis. Dicit ergo
suum reputat quod fit in nobis ita
suum dicit esse gaudium quod nasci
tur de nobis. Describit quarto
adaptacionem sermonis attrahentis
vel inducentis ad penitenciam et
dicit Dico vobis. Quia ita gau
dium erit in celo super uno
peccatore penitenciam agente quam super
nonaginta novem iustis qui non indigent
penitencia. Ubi primo nobis occurrit

inueni quod hec verba optime
attrahunt peccatores et ad penitenciam
inducunt. Cum enim quilibet
desiderat auxilium. Civitatem
angelicarum. Dicit est naturale
cuilibet facere opera que placent
illis quorum presencia indiget
et quorum auxilium optat sic
naturale debet esse peccatori facere opus
ex quo angelis sit gaudium
quale est opus penitencie ut
hic aperte dicit salvator. Item
quilibet naturaliter appetit illi
complacere in statu suo quibus
expectat sociari in patria. Sed
homo ad hoc factus est ut
vitam in qua nunc positus est
sit status angelorum in patria
igitur si est in peccato naturaliter
debet appetere facere penitenciam
de qua tantum gaudent angeli
quorum socius est futurus. Bene
igitur hic sermo attrahit ad
penitenciam. Occurrit sed
videtur quare generatur gau
dium angelis dei super uno
peccatore penitenciam agente. Ad
cuius evidenciam sciendum
est quod iusticia est communis b
que inchoatur in hoc mundo et
perficitur in futuro. Quia igitur
angeli bonum commune diligunt
quod in futura vita consummari d
bene est quod eis est gaudium
de multiplicacione iustorum
Aliter eciam dici potest quod de pec
toribus conversio ad primam

et angelica restaurari ruina
[qua]ndo ergo venis ad primam.
[mul]titudo augetur numerus eorum
[per] quos numerus angelorum re-
[int]egrari debet. Et quia de tali
[int]egritate gaudent angeli conse-
[qu]ens est quod de uno peccatore
[g]audeant qui penitentiam agit
[Se]d quereret aliquis quomodo
verum est quod de uno peccatore
[penite]ntiam agente magis gaudeant
angeli quam de multis iustis qui
[no]n indigent penitentia videtur
[en]im hoc non esse verum. quia
[...]quo angeli gaudent de iusticia
[ut] dictum est supra magis
gaudent de maiori maior autem
est in nonaginta novem iustis
[qua]m in uno peccatore penitentiam agente
[...] dicendum est quod secundum glossam in
[...]in. hic non intelligitur. de
[qua]libet peccatore penitentiam agente
[in] comparatione quorumcumque iustorum
[se]d tantum de peccatore aliquo
[re]spectu aliquorum iustorum
[...] enim sunt aliqui iusti qui
[i]llicita non commiserunt et propter
[ho]c non assumunt laboriosas
[o]perationes quia non videtur eis
[quod] indigeant quia non peccaverunt
[i]mmo hoc etiam utantur cont[inue]
[re]bus licitis et concessis sic
[a]liquis peccator qui conversus
[ad] penitentiam dura sibi indicat
[...]mina asperam vitam ducat
[ora]tiones frequenter operibus
[...]de insistat de huius questione

perfecta maius gaudium est in celo
quam de illorum vita remissa. de tali
enim illud quod dicitur. plerumque
magis placet deo vita post culpam
quam securitate torpens innocentia
et ponit exemplum ducis in prelio
qui plus congaudet militi qui post
fugam reversus fortiter pugnat
contra hostes quam illis qui numquam
fugerunt et tamen non fortiter
pugnaverunt. Exemplum etiam
adducit de agricola. qui plus terram
illam diligit que post spinas
et tribulos bonas et copiosas.
segetes producit quam diligat eam
que numquam spinas habuit. et
cum hoc raros fructus producit
Aliter dici potest quod hic loquitur
christus usitato modo consuetudinis
humane. omne enim assuetum propter
usitationem eius novum gaudium
non generat sed de novis gaudes
Sicut ergo pater plures habens
filios vivos plus gaudet de uno
recenter nato vel a mortuis su-
scitato propter novitatem quam super
omnibus aliis prius viventibus
propter consuetudinem qua sibi
erant noti vel conviti ita propter
novitatem peccatoris conversi maius
gaudium est coram angelis dei
quam de multis qui continue iusti
extiterunt. Vel aliter quamvis sit
eiusdem potencie [illegible] actuales
et iustificare peccantes tamen magis
viget vel patet misericordia dei super uno
peccatore penitentiam agente quam

super multos qui penitentiam non agent. Et quia angeli plus congaudent ubi cum eadem ratione potentie plus reperiunt. De ratione mee hinc est quod dicitur magis gaudere super uno peccatore agente penitentiam et hec solucio ponitur in glosa. Quarto modo solvi potest secundum augustinum ut per peccatorem penitentiam agentem intelligatur peccator ex humilitate conversus per nonaginta novem iustos intelligantur illi qui cum sint imperfecti sicut hic nullus perfectus est qui deficiat ab ipso contenancio in uno. tamen per superbiam reputant se ipsos iustos. et certum est quod plus placet angelis unus humilis quam centum superbi. Sequitur autem que mulier etc. Ubi ponitur similitudo inducens ad primam partem sumpta ex sapientia sollicitudine mulieris. Mulier enim propter mobilitatem cordis aliquando ponitur in scriptura ad significandum aliquid imperfectum. Interdum vero per sapientiam et sollicitudinem circa domum gubernandam ponitur in bonum et ad significandum bonum sicut hic ponitur ad significandam sapientiam divinam. Ubi tria describit. Primo perfectionem nostre rationalis create que mulier habens etc. Secundo lapsum ymaginis deforme est si perdidit etc. Tertio ordinem sapientie materiatur. Nonne accendit lucernam. Tertio applausum nature reparate et cum invenerit etc. Ultimo sententiam parabole iterate. Ita dico vobis

Describens ergo primo perfectionem nature rationalis creatae dicit que mulier habens dragmas decem. hec mulier sicut dictum est sapientiam divinam insinuat sicut luce. xv. hetur. cum assimilabo regnum dei. simile est fermento quod acceptum mulier dei. sapientia abscondit in farine satis tribus et hec sapientia habet decem dragmas hoc est decem rationales naturas ix. ordines angelorum. et unum ordinem hominum qui recte dicuntur dragme quia omnes sunt ymagine regis eterni insigniti. dicitur enim dragma auis. a dragme. quia dragma. me est genus ponderis quod est quarta pars stateris quod vocatur mediana. dragma auis est quedam generis cantus musica unde dicit glossa ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. alio modo dragme est genus monete habentis ymaginem imperialem vel regalem et hoc modo vel forte proprie accipitur dragma. 2. machabeorum decem milia dragmas argenti misit rex etc. et hoc modo hic accipitur ad insinuandam ymaginem regis eterni insignitam in rationali creatura. Describens. Secundo lapsum ymaginis deformatum est si perdiderit unam ex illis. una enim dragma perdita

(odii)
…t quando ymago in homine peccatum
…formata est · Certamus enim
…mago dei in homine desterii re-
…fisit · tamen quando deforma-
…ta quasi perdita reperitur
…ca aut sui creatoris conform-
…ate recedit et in eius approba-
…ne quasi in eius notitia non
…estit sic enim se dicturum
…simat fatuis virginibus et
…non ceteris reprobis in fine · Amen
…co vobis nescio vos · hoc est
…a facta non approbo sic igitur
…didit sapientia dei dragmam
…iam quis per peccatum qui ipsa
…formata per vitium in divina
…probatione non fuit · Unde Gregorius
… omelia · est quia in dragma ymago
…primitur · mulier dragmam
…didit · quando homo qui conditus
…ymaginem dei fuerat peccando
…similitudine sui conditoris
…cessit · Describens quomodo
…pius incarnate adiungit · Nonne
…cendit lucernam et evertit
…um et querit diligenter
…nec inveniat · Ubi exprimitur
…odus incarnationis effectus
…rationis et sollicitudo regressio-
…is · Modus quippe incarnationis
… accensione lucerne · attenditur
…igitur lucernam · Nam in luc-
…a est considerare vas sine
…estam · liquorem · et licinium
…o mediante lumen et liquori
…ungitur et testa · Sic in misterio
…carnationis occurrit considerare
…rpus humanum quod est de materia

terrea admodum teste · spiritus animales
et vitales admodum liquoris
animam rationalem admodum licinii
qua mediante ut Augustinus epistola 3a
ad Volusianum et Damascenus 3o sentenciarum
divinitas tamquam lumen corpori est
unita · lucerna ergo accensa est
quando aut lumen divinitatis unita
est teste humanitati · Unde Gregorius in omelia
accendit mulier lucernam quando
dei sapientia apparuit in humanitate
lucerna quippe lumen est in testa
lumen vero in testa est deitas
in carne · Effectus autem operationis
ostenditur cum dicitur subditur · Et
evertit domum · domus enim hic pro
hominis consciencia ponitur que evertitur
quando per diligentem examinationem
et contricionem concutitur ut sic con-
tersa mundetur · dei ergo sapientia
dicens · penitentiam agite appropinquabit
enim regnum celorum · et item
securis ad radicem arboris posita
est · Et iterum quid cogitatis
mala in cordibus vestris et multa
talia · hic quid aliud fecit quam nostras
conscientias evertit · hoc est concussit
et commonuit ut hac faciendo
mundaret et mundando ymaginem
reformaret qua reformata dragma
est inventa · Unde alia translacio
dicit emundat domum vel purgat
Unde Beda super Lucam · accensa autem
lucerna evertit domum · quia mox
ut eius divinitas per carnem
claruit omnis se nostra conscientia
concussit · domus namque evertitur · cum ·

consideratione reatus sui. humana
conscientia perturbatur. euersa vero
domo inuenitur dragma. quia dum
perturbatur consciencia hominis reparatur
in homine similitudo conditoris.
Sollicitudo autem requisitionis
ostenditur quia querit diligenter
donec inueniat. Quanta diligentia
dei filius hominem perditum requisi-
uerit. patet ex supius dictis. et
patet ex hys que gessit in vita
pariter et in morte. Describit
secundo applausum iam reparate dicens
Et cum inuenit conuocat amicas
et vicinas. dicens. congratulamini michi quia
inueni dragmam quam perdideram. hoc
loco per amicas et vicinas intelli-
guntur virtutes celestes sicut
supius per amicos et vicinos
ipsi eidem angeli intelligi dicebantur
Quibus dicitur eis congratulamini mi
quia secundum Gregorium Nazanzenum. dei
sapiencia virtutes celestes facit
participes gaudii de conuersione
hominis perditi quas facit ministras
dispensacionis eiusdem salutis.
ipsius omnes enim sunt administra-
torii. spiritus in ministerium missi propter
eos qui hereditatem capiunt
salutis ad Heb. primo. Ultimo concludit
sententiam parabole. Ita dico vobis
gaudium erit coram angelis dei super
vno peccatore penitenciam agente
hic enim est ultimus finis tam
istius parabole quam precedentis. ex
gaudio angelorum gaudencium
de penitentibus inducere peccatores
ad penitenciam quia sicut bonos terret

per comminacionem ne recedat a bo-
nis ita malis promittit veniam ut
recedant a malo. vnde Gregorius. Pen-
semus si possumus dispen-
sacionem superne pietatis. stanti-
bus si ceciderint ceciderint minatur
penam lapsis vero ut resurgere
appetant promittit veniam. illos
terret ne presumant in bonis
refouet ne desperent in malis
Iustus es ita pertimesce ne ca-
dias. peccator es spera de misericordia
ut resurgas. quia gaudium
erit coram angelis etc.

Cum turbe irruerent
in Ihesum ut audirent
verbum dei. et ipse stabat se-
cus stagnum Genazareth. Luce
v. Sicut iustum est quod cum
quodammodo sunt actorem ma-
nifestent sic conueniens fui-
t ut dei filius incarnatus per
actiones suas deus et creator
manifestaretur cunctorum.
ideo postquam mirabilia operatus
est in terra tam opere quod verbo
ex quibus deus terre cognosceba-
tur transit ad mare ut in eodem
docendo et operando dominus maris
appareat quod bene sanctus Lucas
ostendit dicens. Cum turbe
vnde glossa. magna facit in terra
transit ad mare ut ibi manife-
staret et dominus maris terreque
appareat. cum hanc introductionem
cum habeat partes duas
cum ostenditur qualiter Christus in
mari nouo modo docuit. Cum

urbe convenerent. 2o. Secundo
ordem mirabiliter operatus fuit
cessavit autem loqui. Vel
sit Unumquodque agens sive per naturalem vim
ve per intellectum et voluntatem
debet agere huiusmodi si hoc exigit
diversa dispositio paciencium diu
ersum sicut patet in patrefamilias
una alia precepit filijs et alia
vis Similiter ergo aliter sunt
dispositi ad xpm audiendum
ali qui iam ipsum secuntur
cupiditate audiendi verbum dei
aliter illi qui actualiter sunt in
mundanis actionibus occupati
Ideo aliter xpus operabatur respectu
torum et illorum. nam erga
turbarum audarum audire
verbum eius operabatur ut doc
re. erga vero piscatorum ut
ipsum sequentur relictis mundi
sollicitudinibus operatus est ut
ius et hoc quod dicit piscis cum
cum turbe etc. huic meditacioni
ccordat dictum Cyrilli dicentis
ostquam sufficienter populum doc
erat regreditur iterum ad mag
nificencias proprias et piscatoria
magisteria piscatur discipulos
ocat autem magnificencias proprias opera
supra deitatis que fiunt a xpo
supra naturam. Secundum hanc medi
tacionem cuius primus dividitur
in tres partes. ondit enim primo
a dno ihesu xpo novum et Uti
lem modum docendi. Cum turbe
2o. latentem et efficacem modum
capiendi. Ut cessavit autem loqui.
3o singularem et amicabilem modum
attrahendi. Et ait ad symonem
Circa primam partem
in qua ondit novum et utilem mo
dum docendi describit cuius primo
devotionem sive dispositionem
populi in principio. 2o congruitatem loci et
ubi stabat secus stagnum. 3o.
humilitatem xpi ascendens autem
4to humilitatem utilitatem xpi ubi
cum pulchritudine modi ibi. Et
sedens. dispositionem populi manifestat
in hoc quod veniunt in magnum. et
in hoc quod audire sunt dei verbum
audire de quibus sic dicitur. Cum
turbe venerent in ihesum ut
audirent verbum dei. Veniunt
enim in aliquem quod tunc dupliciter uno
modo ipsum cum ira vel odio impetu
ad ledendum vel obiurgandum
et hoc non reddit ipsum dispositum
ad eius acquirendam graciam
vel eternam ymo pocius ipsius
indignacionem. alio modo quod quis in
alium veniunt amore vel devocione
desiderio doctrine ipsius audiendo
vel beneficio capiendo ab ipso
amore quidem. Sicut dilectus filius
currit in brachia matris quasi veniens
in eius sinum devocione sicut peregrini
veniunt inter loca in quibus
sunt reliquie sanctorum quos
visitant desiderio doctrine sicut
scolares audi discipline currunt

ad locum cathedre magistralis desiderio
capiendi. bursam sicut pauperes
importune ruunt in eos qui elemosinas
largiuntur. Cum ergo turbe premerent
non ira vel odio. Sed amore christi
quem sicut deum diligebant vel
devocione qua eius sanctitatem vene-
rabantur vel desiderio doctrine eius
audiende sicut Crisostomus exprimit in
christum irruerunt multo disposi-
ciores erant ad eius bursam prehendendam
Unde Crisostomus Erant enim ei conexi
diligentes eum et tenere cupientes
nec te moveat quod hic dicit irru-
entes eum tenere et Crisostomus dicit
irruerunt quia amor fervens
et devocione excusat quosdam actus
qui videntur sonare irreverenciam
et incivilitatem quando tales
non ex malicia sed ex fervore
devocionis procedunt. Probum autem
sicut dictum est tam irruendi
in christum quam audiendi verbum ipsius
potuit esse amor et devocio tamen
ad hec duo scilicet amorem et
devocionem christi movebantur ex
miraculis et ex gloriositate facie
et ex sublimitate doctrine eius. Unde
Crisostomus Cum enim discessisset dominus
hec miracula faciebat. Cum vero no-
luisset solam presenciam faciem et
ad talia loquens. neque enim in
agendo miracula mirabilis erat
solum sed et visus eius habunda-
bat plurima gracia. Unde et loquen-
tem eum audiunt in silencio.

secreciori locucionis non interrum-
tes. Sequitur congenitas l[...]
et ipse stabat secus stagnu[m]
que in duabus attenditur [...]
erat ipse locum in quo pote[rat]
separari aliquantulum a turb[is]
ut sic comodius eum omnes aud[irent]
et ideo dicitur Et ipse erat [...]
stagnum Genazareth. quasi
propinquus spaciositati aquar[um]
ut posset aliqualiter separ[ari]
a turbis irruentibus. sed quia
non semper voluit separari s[...]
naturam ideo voluit sine [...]
misterio navis ascendere super
aquas. sed pocius ubi secun[dum]
creature. et ideo secundo. ad
oportunitas vel congenitas q[uia]
ibi erant naves piscatorum
qui descenderant et lavaba[nt]
retia sua. Secundum Bedam su[per]
lucam. Stagnum genazareth
idem est quod mare gallilee
et quod mare Tyberiadis. Sed m[are]
gallilee dicitur a regione c[ir]-
cumiacente. mare tyberiadis. a
proxima civitate que olim cen-
reth vocata sed ab herode t[e]-
trarcha instaurata in honore
tyberii cesaris tyberias est
appellata. porro stagnum
genazareth a latere ipsius [...]
qua crispantibus aquis de se ipso
sibi excitat auram prohibetur
greco vocabulo nuncupatur
quasi generans auram.

pisterr. xpus. factus stagnu.
erat quando. iuxta munde-
mu fluctuantes actiones
mobilis pmansit. Dic enim
, tas visus est et cum hoibus
conversatus est q tamen in suis
ribus nulla fuit instabilitas
[illegible] sed omnis imobilitas
ramis pfecte sed in hoc mundo
uas naues vepit quia. duos
opolos iudeos et gentiles
ucrsis ritibus et moribus
uientes iuuenit. piscatores
utem istarum nauium pdicato-
res futuros veniens ipse in ope-
dicatonis et in familiari con-
versatione lbeant recia sua
uiaz ut q verbis tanquam
etibus dicunt operibus dicunt
iaendo decorent. hanc misticam
expositionem. Beda sup lucam
confirmat sic dicens. due
naues. fetus litus posite. circu-
mcisionem et pputiam iudeos et
gentiles figurant. quas bene
Jesus vidisse phibetur. quia
, utroque ppulo nouit dns qui
unt eius. eorumque cor a fluctibus
culi huius ad soliditatem litoris
tendo. hoc est misericordie vis
ando puehit. Piscatores aut
unt eccle doctores qui nos
rethe fidei comphensos. et
pfundo ad lumen eleuatos
uasi pisces ad litus trahunt
uasi quedam recia piscancium
unt complexe pdicantium
ctones que eos quos cepunt
fide non amittunt. unde

sunt q(ui) des-
cendentes i-
adesien tes
utsq ipsis

et recia quasi retinencia. sunt
vocata. sed hec recia nō lauant
in capturam modo lota plicant
quia non omne tempus est ha-
bile docerine. sed nūc extendenda
ligwa doctoris nūc sumenda cura
gerenda. Deinde cum dicit ascē-
dens autem in unam nauim que
erat symonis. rogauit ut a tīra
reduceret pusillum. audit humilitas
xpi. quia cum sit dns non
precepit sed rogat. unde. Theo. vide
autem xpi mansuetudinem quo
rogat petrum supple cum posset
tamen dns imparare. Mistice hec
nauis petri sm Bedam super luca
ecclia est primitiua de qua paulus
dicit. Qui operatus est petro in
aplatum operatus est et michi
inter gentes. que bene una dr
quia credencium erat cor unum
et anima una. Super hanc dns
ascendit quando p incarnacōnis
misterium semen abrahe apphendit
de quo dicitur Jo. 1. In ppria venit
quia carnem de ppl'o illo suscepit.
uel ascendit in nauim petri
eo q initium sue pdicacōnis
pmo in ppl'o iudeorum erauit q
autem rogat duce pusillum hanc
nauim a tra sm Bedam significat
q temperate et non nimis pfunde
est utendum verbo ad turbas. sm
beatum aug. significat q prius
in regionibus proximis xpi iudee
verbum sancti euangelij fuerat p
dicandum pdicandum. postea toto
mundo. et ideo post hoc pusillum
dictum est duc in altum. Deinde.

sequitur. Et sedens docebat de navi
cula turbas. ubi describitur utilitas
verbi cum pulchritudine. modi. Nam
sedendo docere ut augustinus de s. dni
in monte pertinet ad dignitatem
magistri pulchritudinis. modus tamen
docentis est ut tamquam superior magis
sedens doceat. Verum quoniam
sedere non est utile ad spiritualem
vitam nisi quantum ad aliud ordinatur
ideo additur utilitas. docebat
turbas. Dicit enim non indiget
medico qui sani sunt. sed male
habentes et ipsis tantum est uti
lis medicina. sic solis humilibus
et simplicibus qui significantur
per turbas est utilis predicatio vitae
sed quia salutaris doctrina non
de humana sagacitate. sed potius de
sacre scripture auctoritate procedit ideo
additum est de navicula id est de
auctoritate sacre doctrine. Unde Beda
super lucam de navicula docebat
turbas quia de auctoritate ecclesie usque
hodie gentes docet. Sequitur
secunda pars principalis evangelii. Ut
cessavit autem loqui dixit ad Sy
monem etc. In qua ponit evangelista
latentem et efficacem modum
operandi. Et iste primo consistit
in precepti qualitate que additur
in principio ut cessavit etc. Secundo in obe
dientis animi fidelitate que patet
cum additur. Et videns Symon. Tertio
in consequente operis utilitate que
manifestatur cum adiungitur. Et
cum hoc fecissent concluserunt
etc. Ponit ergo evangelista primo

precepti qualitatem hoc modo
Ut cessavit autem loqui s[...]
ad turbas. dixit ad Symonem d[...]
in altum et laxate retia ve[...]
in capturam. attendas quod ben[...]
hoc preceptum qualificatum e[...]
quia mandatur post congruam
dispositionem precedens enim
locutio Christi ad turbas a petro
audita. dispositio quedam fu[...]
aptans animam petri ad hoc
ut faciliter inclinaretur ad ob
ediendum precipienti. Et ideo
bene premissum est. Ut autem ces[...]
loqui. Mandatur etiam homini
qui ex naturali aptitudine habe[...]
tur indolis bone et ex nomi[...]
suo obedientiam pretendit s[...]
Symon. de quo additur. dixit
ad Symonem. Symon quippe
interpretatur obediens. Mandatum
etiam res que et assueta
fuit a petro fieri et que in[...]
terim aliquid figuraret ab ip[...]
petro spiritualiter adimplendum
et hoc cum dicitur. Duc in a[...]
et laxate retia vestra in cap[...]
dico autem hoc significare
spiritualiter adimplendum. petrus
enim typum gerit sui ipsius
futuri pastoris ecclesie et pre
dicatoris atque doctoris. Cum
ergo aliis dicatur laxate re[...]
soli tamen petro dicatur d[...]
in altum quia nullus de p[...]
misteriis et sacramentis ...
divine scripture debet dispu[...]
nisi solus petrus et alii qui
significantur per ipsum. Et

..ne mc papitur petro. Duc
.. altum cum pus ipsum xpus
..gauit a terra duce pusillum.
..ia secundum Bedam super lucam
.. primo ad propinquas gentes
..um predicauit postea ad ex
..tras predicare debebat. uel quod
..imo verbis simplicibus et ad
..mplices postea profundis mis
..teriis et mundi sapientibus debat
..om ut sic per terra predicacio
..um mundi principes et sapientes
..renon cum eis et multitudinem
..ssunt continere plurimum agi
..e autem terra iuxta litus
..ut verba predicacionis xpi hu
..manitatem qua mediate iuxta
..midies apparuit et cum habi
..conuersatus fuit exprimencia sicut
..t loqui de eius natiuitate
..onuersacione in mundo morte et
..milibus. Duc in alto terra laxare
..ando ea que ad diuinitatis
..us excellenciam pertinent predi
..ant uel quando illa dicuntur
.. plus que ad eius gloriam
..am non videmus pertinent
.. describit 2o cum ista obedien
..di fidelitatem d. Et eciam
..mon dicit illi Tamquam
..um humilis et obediens sicut eciam non
..num sonat virtute verborum
..n allectus obtemperat ipam..
..rens. Preceptor per totam
..octem laborantes nichil cepimus
..m addit. ideo fatigatus et ..
..batus nolo me frustra expo
..re difficultatibus laborum

et periculis maris. Sed magis subdit
In verbo autem tuo laxabo rethe.
attendas cum iam fidelem. Tempus
et ars in ipso fuerant sine fructu
tempus quidem quia tota nox per
totum inquid. nu. ars vero quia
labor piscatorius nichil per artem
illam potuerant cepisse piscando
ideo dicit laborantes nichil cepimus
plus ergo confisus de virtute xpi
quam de temporis aptitudine uel de
industria artis fide plenus adiungit
in verbo autem tuo laxabo rethe
Allegorice per totam noctem
veteris legis laboratum est et quia
defecit gracia que facta est per xpm
ideo tunc nichil ex opere operato
capi potuit de gracia sola circumci
sione excepta In verbo autem xpi
sanctificata sunt sacramenta legis
gracie que realiter efficiunt quod
figurant nisi homo fictus accedat
Moraliter vero secundum Bedam super
lucam per totam noctem laborat
predicator quando auditorum cor
nullius inspiracionis munere illus
tratur. et tunc nichil capit quia
nichil proficit ad conuersionem.
audientis. unde Beda. Nisi deus
cor illustrauerit auditorum doctor
in nocte laborat nisi in verbo
superne gracie laxata fuerint instru
menta disputacionum frustra vocem
suae predicator iaculum mittit
quia fides plurimum non sapiencie ubi
composita sed diuine vocacionis
munere prouenit. Describit 3o
gratias apis vtilitatem dicens
Et cum hoc fecissent etc. Et

hec utilitas manifestatur in tribus.
Primo in exteriori piscatione. Et
cum hec fecissent. 2o. In interiori
dispositione. quod cum vidisset. 3o. In
vehementi admiratione. Stupor
enim. Est ergo primus fructus
obediencie symonis copia exterioris
piscationis de qua sic dicitur. Et cum
hec fecissent. scilicet laxassent recia
in capturam concluserunt piscium
multitudinem copiosam. In tantum
copiosam quod rumpebatur rethe eorum
pre multitudine piscium. Et annuerunt
socijs qui erant in alia navi. ut
venirent et adiuvarent eos dicitur
autem annuerunt et non dicitur vo-
caverunt quia secundum theoph. tanti
stuporem ex captura insperata inci-
derant ut vix loqui possent. Et
ideo per nutus non per verba
auxilium postulant. Et illi per
nutum et signa vocati venerunt
et impleverunt ambas naviculas
ita ut pene mergerentur. id est. quasi erat
propinqui ut naves eorum pre nimia
grauitate piscium submergerentur. Atten-
tendum est quod obedienciam et
credulitatem petri debuit tale
premium consequi. quod ipsum temporaliter
remuneraret et quod silencium erat
in ipso prefiguraret et quod ipsum
ad apostolatum vocaret. Unde theoph.
Christus verbo de navicula turbam
sustentaverat non sine mercede
dominum navicule dereliquit dupliciter
beneficians ipsum. quia primo
dedit ei multitudinem piscium
et deinde discipulum ipsum fecit

Notandum etiam quod fructu-
osum opus sic perficitur quod opus
consistit de naturali virtute vel a
ingenio in vacuum laborant
consistit autem de multitudine
inspiracionis divine magnum ca-
piunt fructum quod bene signifi-
catum est hoc loco quia per
totam noctem laborantes nichil
ceperunt in verbo autem christi
consisti incluserunt maximam
piscium multitudinem. Unde g
quod vacua presumpcio. quia nichil
ante ceperunt scilicet de sua pre-
sumentes industria vel arte
quod humilitas fructuosa. quia
in verbo christi magnam multi-
tudinem incluserunt. Notandum
3o secundum aug. de questionibus
ewangelij quod rethe rumpitur quia
tanta carnalium hominum multi-
tudo intrat ecclesiam. ut ipsam
ecclesiam per hereses et scis-
ta scindant. sed tamen piscis
non elabitur. quia secundum Bedam
super lucam christus suos di-
mittere persequencium scandalis
fecerat. Notandum 4to quod
ante rethe rumpitur quam alia
navis impleatur. dictum est
enim supra quod navis petri
significat ecclesiam congregatam
de iudeis. hec autem alia na-
vis secundum Bedam significat
ecclesiam congregatam de gen-
tibus sed ista non impleretur
piscibus hoc est fidelibus
priusquam rethe illius rumpa-

ca spus fuit suscitatum scisma
ecclia iudeorum et verbum
d. repulsum ab ipis q aplici
transirent ad gentes sic enim
habetur actuum xiii. dicentibus
paulo et Barnaba. vobis opor-
tebat primum loqui verbum dei sed
quoniam repulsistis illud. et
indignos vos iudicastis eterne
vite. ecce convertimur ad gentes
ruptum etiam fuit rethe ecclie
de iudeis congregate quia cum iudas
simon magus. anania et sa-
phira de ecclia exierunt. q.
multitudo catholicorum congre-
gatur in gentibus. Notandum
autem q sic implentur naves
ut pene mergerentur non tamen
mergebantur quia tot intrantes
ecclesiam sive de iudeis sive de
gentibus congregatam ad finem
seculi venient ut quasi ipsa
ecclesia videatur subvertere. sed tamen per
fideles perseverantes semper talis
stabilitur q non subvertitur.
Notandum verbum xiii. cum sup-
erius q qui in alteram rethe du-
cunt ceperunt multitudinem
copiosam quia in principio nascentis
ecclie parva multitudo fidelium
congregata est sed in processu
temporis tanta multitudo venit
ut totum mundum impleverit.
Deinde ponitur 2us fructus. qui
consistat in interiori dispositione
de qua sic dicitur. Quod cum
vidisset petrus procidit ad genua
Jesu dicens. Exi a me quia

homo peccator sum domine. Iste enim
fructus est cordis mentium devotarum
ut in magnis operibus vel visio-
nibus vel revelationibus. seu
beneficiis divinis ad seipsos retor-
queant oculum consideracionis
et seipsos despiciant atque nichil esse
cognoscant in tantorum magnitudine
operum divinorum q bene abra-
ham significavit qui post colloquium
divinum post angelorum familiare
convivium post promissiones magnas
sibi factas dicebat. loquar ad dominum
meum cum sim pulvis et cinis
ex eadem dispositione mentis. petrus
considerans magnitudinem operis q
ex xpi precepto secutum fuerat
seipsum ad illam non reputavit
dignum nec presumpsit suis meritis
eam attribuere sed potius se indica-
vit indignum presentia salvatoris.
dicens Exi a me domine. unde
Ambrosius admiratur petrus dona divina
et quo plus meruerat hoc presume-
bat minus. et talis pietas humilitatis
meretur piam domini consolacionem
Quamvis autem petrus ex humilitate
sic dixit tamen simpliciter loquebatur
quia si peccatorem se senciebat ad
dominum tamquam ad medicum potius debe-
bat accedere q dominum a seipso repel-
lere. unde gregorius. Petre ymo si te
peccatorem consideras oportet ut
a te dominum non repellas. Deinde
ponitur tercius fructus qui consistit
in vehementi admiracione. cum ad-
iungitur Stupor enim circumdederat eum
et omnes qui cum illo erant in
captura piscium quam ceperant

Stupor enim ut dam. li° 2°. c° de
timore est passio timoris proveniens
ex insueta ymaginatione quia
ergo tale quid nunquam petrus et so
cii erant experti ideo incurrerunt
mentis stuporem. Et quoniam
talis timor inductivus fuit ad
cognoscendum quantus fuit xpus
in cuius verbi virtute tot pisces
ceperant ideo posui ipsum dominum fore
tam valentem et ad bonum disponens
verum quoniam ubi est eadem
causa operis idem debet sequi effectus
et hoc opus fiebat a xpo ut esset
signum et motivum quod piscatores
ipsum sequendo homines predicando
piscarent[2] que causa ita tangebat
iacobum et iohannem sicut et
petrum ideo et ipsi stuporem in
cur
rerunt de quibus subditur Similiter
et Jacobum et iohannem filios zebedei
qui erant socii symonis. Sequitur ultima
pars principalis ewangelii. Et ait
ad symonem. In qua ponit ewangelista
quadruplicem modum attrahendi. Nam
ut trahat ad se. Primo confortat
2°. Promittit. 3° attrahit. Confor
tat ergo primo dicens. Noli
timere. Nemo enim ex suorum
peccatorum formidine debet timere
ad xpm accedere et viam aggredi
sanctitatis. sed potius cum timore
reverentie debet ad xpm currere
et viam salutis inire. Unde
petro sua cognoscenti peccata
et dicenti quia peccator sum videt
xpus noli timere. significans

quod nullus peccator timere debet
ad xpm accedere et sua confiteri
peccata. Unde amb. Dic et tu
exi a me domine quia peccator
sum. ut videat tibi deus noli
timere indulgentiam deo peccatum
fatenti. Secundo ut attraheret
promittit dicens. Ex hoc iam
eris homines capiens. Unde
Amb°. vides quod bonus dominus
qui tantum tribuit hominibus ut
vivificandi habeant potestatem et
hoc ipsius ad solum petrum dicitur
Ex hoc iam eris homines capiens
ut exponatur eidem quid piscium
captura significet quia sicut
tunc piscator pisces sic postea
per verba homines convertit
tamen ad totam ecclesiam hoc
pertinet que per verba predicationis
capit homines quos de profundo
huius mundi pelago trahit
ad celum. Ultimo attraxit
quia subductis ad terram na
vibus secuti sunt eum. Se
cuti quidem sunt eum fu
cius discipuli pro vite merito
et mundi contemptu. Precep
tor per totam noctem la
borantes nichil cepimus in verbo
autem tuo laxabo. In quo verbo
ex parte xpi describitur primo
excellentia dignitatis quia
preceptor. Secundo ex impio dimin
uto ex parte nostra describendo
claritatis quia per totam
noctem laborantes. 3°

c parte operis desiderata utili
tatis quia nichil cepimus. Ex
c parte devote mentis obse
um humilitatis. in verbo autem
o laxabo rethe. Quantum
d primum faciendum est quod p[re]po
natur preceptor etc. Primo
d instruendum. ysa. 22. non
poterunt avolare a te ultra. Et
erunt oculi tui videntes
preceptorem tuum
2o. ad protegendum. ysa.
h. ecce testem populis dedi
um ducem ac preceptorem
entibus et luc. viii. preceptor
lua nos. 3o ad compaciendum
c. xvii. Ihesu preceptor miserere nobis
Quantum ad 2m faciendum
quidam laborant in nocte
gnorancie. Job xxxvii. Nox
a eorum et ideo induret
etem et contrahitur. et Jo.
Si autem ambulaverit in
octe offendit quia lux non est
uidam in nocte malicie. Jo.
um cum accepit buccellam
ivit continuo erat enim
ox. Quidam in nocte ne
gligencie. ysa. xxi. ad me cla
at ex seir custos quid de nocte
stos etc. Quantum ad 3m
ciendum quod laborantes nocte
gnorancie nichil capiunt
tatis. eze. xiii. ve prophetis
sipientibus qui sequntur
um suum et nichil vident

laborantes nocte malicie nichil
capiunt sanctitatis Judic. vi. Madian
et amalech nichil omnino ad vitam
pertinens relinquebant in israhel.
laborantes nocte negligencie nichil
capiunt utilitatis. ps. dormierunt
sompnum suum et nichil invenerunt
Quantum ad ultimum faciendum est
quod ad verbum xpi sunt laxanda retia
predicacionis luc. v. duc in altum et
laxate retia vestra in capturam. Contemplacionis. Jo. xxi. mittite in
dexteram navigii rethe. 3o. retia
operacionis mt. iiii. vidit duos fratres
Symonem et andream mittentes
rethe in mare

Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum
mt. v. Consonum est tam racioni quam nature
ut dum augetur rei insunt opera congruencia
suo statui. Insit eciam eidem rei
virtus operibus conveniens. Unde status
rei variatur natura est et virtutes
et opera variari. hoc enim patet
in homine cui inest alia virtus
in statu puericie. alia in statu ado
lescencie. et alia in senectute.
Et eciam aliud opus convenit sibi
in quolibet illorum statuum. hoc enim
manifestat apostolus. 1. Cor. xiii. Cum
essem inquit parvulus loquebar
ut parvulus sapiebam ut parvulus
cogitabam ut parvulus. Cum autem
factus sum vir evacuavi que erant
parvuli. videtur itaque hoc generaliter
esse verum. quod magnus status competit
magna virtus et magnum opus.

Sapientia iusticia
respectu ea ac
moribus

et quia status evangelice sive christiane
perfectionis est magnus inter omnes
status quos genus humanum habuit
post peccatum. ideo sibi congruit
magnum opus et per quod magna virtus
est hoc est quod salvator dicit in evangelio
presenti. Amen dico vobis nisi habun
daverit etc. Et quoniam ubi status
est altior ibi casus periculosior ubi
autem periculum maius imminet ibi
est providencius subveniendum hinc
est quod in presenti evangelio salvator hunc
ordinem describit. Primo manife
stat statum christiane vel evangelice
perfectionis. Nisi hab. 2o adiungit
periculum future offensionis. ibi audi
stis quia dictum. 3o declarat mo
dum debite reconciliationis ibi si
ergo offers. Manifestans ergo
statum christiane perfectionis dicit amen
dico vobis nisi habundaverit iusticia
vestra plus quam scribarum et phari
seorum non intrabitis in regnum
celorum. Adiutus quid debet habun
dare. quia iusticia vestra hoc est chri
stiana que saltem debet haberi tempore
legis nove. est enim dupliciter
dicta iusticia. uno modo virtus que
regulans hominem in hiis que sunt
ad alterum in rebus commutandis
sicut vendentes et ementes com
mutant et in rebus distribuendis
sicut est dare cuilibet primum pro
tanto merito et tantum suppliciu
pro tanto demerito et hoc modo iusticia
est una virtus cardinalis divisa
contra prudenciam temperanciam et
fortitudinem. De tali autem iusticia
non est hic mencio. alio modo

accipitur iusticia prout est virtus
generalis regulans hominem in
omnibus agendis et operandis
et declinandis et hoc modo
hic accipitur iusticia cum dicit
Nisi habundaverit iusticia vestra
Unde Crisostomus Iusticiam autem hic
dicit universalem virtutem.
Et in hoc quod dicit vestra attende
in christianis additamentum gracie
quia discipulos suos ad hoc
rudes et novos in fide vult
esse meliores magistris legis antiquis
ideo subdidit plus quam scribarum
et phariseorum ubi insinua
respectu quorum debeat nostra
iusticia habundare quia respectu
iusticie quam ex observancia
legis habere poterant pharisei
et scribe ubi sciendum est
quod aliquando iusticia scribarum
et phariseorum describitur ut
reprehensibilis. luc. xvi. Ve vobis
et pharisei et ypocrite qui iu
stificatis vos coram hominibus
Quandoque describitur ut con
temptibilis. luc. xviii. Dicit
Ihesus ad quosdam qui in se
confidebant tamquam iustos et
aspernabantur ceteros parabolam
istam dicens. Duo homines
ascendebant in templum unus
phariseus et alter publicanus
et de phariseo concludit quod eius
iusticia est contempta. quia
qui se exaltat per reputacionem
propriam humiliabitur per iusticiam
Quandoque autem eorum iusti

da ac no
ut tenda
veri

[illegible] 2 [illegible] ponit [illegible] in [illegible]
et iusticiam in [illegible]

scribitur ut commendabilis sed
imperfecta quando penitur cum abs
…ntia legalis et hoc modo de
… nisi habundavit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum
…m plus enim et minus rem
…sonam comparativa sunt et debet
…om cetera rerum que sunt eius
…us. Justicia ergo scribarum
et phariseorum attenditur in
impletione mandatorum legis
Moysi que iusticia bona quidem
…it. Sed quia imperfecta ideo
ille qui non venit legem solvere
sed adimplere dicit quod ad intrandum
regnum celorum oportet amplio-
rem hanc iusticiam. Sed queritur
… quare iusticia novi testamenti
debet superhabundare veteris iusticie
veteris legis. Ad hoc dicendum
est quod quadruplex est racio
huius superhabundancie. Prima
est accepta a radice omnis opera-
cionis. Nam omnis operacio inci-
pitur vel ex amore vel ex
timore ita quod bonus amor bene
inflammans est radix boni operis
et malus amor male inflammans
radix est mali operis. Similiter
bonus timor bene humilians
radix est boni operis. Et malus
male humilians radix est mali
operis. Quamvis autem tam bonus
timor dei quam bonus amor sit
radix faciendi opera iusticie tamen
timor est imperfectum principium ope-
randi amor autem perfectum

Justicia ergo cuius principium est amor
debet superhabundare iusticie cuius
principium est timor et quia radix
operandi in novo testamento amor
est eo quod est lex amoris. Racio
autem operandi in testamento veteri
timor est eo quod est lex timoris
hinc est quod iusticia discipulorum
legis nove debet habundare super
iusticiam discipulorum legis antique
Confirmatur quod dictum est per id
quod dicit beatus augustinus. Brev-
ius inquit differencia legis et evangelii
est amor et timor. Secunda racio
sumitur ex adiutorio et quasi
causa operandi scilicet ex gracia. Sicut enim
opera iusticie sumunt valorem boni
ex gracia necesse est ubi iusticiam
habundare ubi et gracia habundavit
Sed maior est gracia in lege evangelica
quam in lege mosayca ergo et in eadem
debet superhabundare iusticia quod bene
prudens Osee dicebat vi. Justicia
vestra sicut nubes matutina et quasi
ros mane pertransiens. Quod autem
quare maior est gracia in novo quam
in veteri testamento est duplex
una quia sacramenta nove legis con-
ferunt graciam ex opere operato et in
magna copia. Sacramenta vero legis
antique non conferebant graciam
circumcisione excepta. Secunda racio est
presencia Christi et passionis eius effica-
cia. quia Jo. i. dicitur vidimus gloriam
eius gloriam quasi unigeniti a
patre plenum gracie et veritatis. Et iam
lex per moysen data est gracia
et veritas per ihesum christum facta

est // 2a ro. sumitur ex euidencia ex.
euidencia enim ex. manuducitur
homo et animatur ad opera iusticie
ergo per euidenciam exemplum iusticie
debent opera iusticie habundare in
lege autem moysi exempla erant
iusticie in viris sanctis. Sed in lege
noua exemplum iusticie est sanctus
sanctorum. quantum ergo distat christus
cuiuslibet creature a perfectione que
fuit in christo tantum distant omnia
exempla bene agendi que sunt
in veteri testamento ab exemplo
iusticie quod nobis tribuit dei filius
incarnatus. et ideo debet tantum
habundare iusticia nostra super iusticiam
iudeorum. Vnde aug. in sermone domini
in monte. Si queritur quid significet
mons. bene intelligitur significare
maiora precepta iusticie quia mi
nora erant que iudeis data sunt
et infra. de hac autem iusticia
que maior est dicit propheta iusticia
tua sicut montes dei. hec de 2a
3a racio sumitur ex parte premij
ad maius quippe premium non venitur
commbiliter nisi per maius meritum
agamus autem meritum maiorem
requirit iusticiam. quia igitur
in testamento veteri premium
promittebatur terrenum. in nouo
autem celeste. quanto celeste
premium excellit terrenum tanto
iusticia noui testamenti debet
veteris testamenti iusticiam supera
re. Et hoc est quod saluator premi
ans dicit. Non intrabitis in
regnum celorum. Ad insinuand

autem hanc differenciam inter premium
noui et veteris testamenti reg
num celorum ut augustinus vel raro
in testamento veteri nominatur
in nouo autem frequenter explicat
quod forte ideo factum est. quia
tam excellens premium et inex
timabile bonum. non nisi pro
filij dei fuerat promittendum.
Vnde aug. contra faustum hoc
autem nomen regni celorum
quod tam crebro nominat dominus
nescio utrum in libris veteris
testamenti quisquam inueniat pro
enim pertinet ad reuelacionem
noui testamenti quod eciam eius
eciam nominandum seruabatur
quod regem ad regendum seruo
suos vetus testamentum pre
figurabat. hic ergo finis. quo
precepta referenda sunt occul
tauit in veteri testamento qui
etiam enim eciam tunc viuerent
sancti qui futuram eius reue
lacionem videbant hec aug.
Sequitur pars 2a principalis audistis
quia dictum est antiquis &c
In qua describitur periculum pre
offensionis. Et quoniam ubi
periculum maius imminet. ibi est
diligencius precauendum in offen
sione autem fratris maximum
imminet periculum. ideo eciam
primum est eciam ab antiqui
tatis prohibicionis preceptum saluator
commemorans dicit audistis
quia dictum est antiquis &c

In qua pte audit primo quo
similis offendiculo ab antiquo
fuerit obviatum. Audistis
2o qualiter tempore gracie p̄cep
tum obviamus fuit augmentatu
Ego autem dico vobis. Fuit
igitur ab antiquo similis offen
diculo obviatum sicut recitat
salvator dicens. Audistis quia
dictum est antiquis non occides
qui autem occiderit reus erit
iudicio. Quamq̄ enim naturale
iudicatorium dictat ut homo
alt̄i homini non debeat nocere
nec in rebus nec in psona tn̄
qr viciata est humana natura
transgressione peccati ut prna
sit ad nocendum alteri etiam
sine causa. quadmod in Caym
cuilibet patet qui ex sola invi
dia fr̄em innocentem occidit
Et ergo timore pene retrahat̄
quilibet ab offensione fr̄ua dictum
est ab antiquo qui occiderit reus
erit iudicio. Istius ergo p̄cepti
iusticia consistit in phibicione
mali exterioris ita q̄ tantum ma
lum opus phibetur et hoc suf
ficit pro tempore illo quo po
pulus erat rudis in cognicione
divina. Nam sicut tunc fuit
imperfecta cognicio veri boni sic
imperfecta fuit eius dilectio et
consequens imperfecta fuit
dilectio proximi quia ipsa ex dei
dilectione dependet ne igitur
ex imperfecta dilectione proximi
homicidium perpetraret. phibendum
fuit sub pene alicuius comminacione
verum quoniam iusticia novi testa
menti in declinando offensionem
proximi debuit crescere tempore
legis gracie. Ideo additur 2o quo
hoc p̄ceptum fuit augmentatum
cum dicitur. Ego autem dico vobis
etc. Ubi attendenda est imparit
auctas et p̄ceptorum integritas
dissimilitas quidem imparitas cum
p̄mittit. Ego autem dico vobis
ac si dicat antiquis p̄ suorum
ministerium dictum est. Hic dicit dominus
non occides. ita q̄ ex auctoritate ppria
non sapiebant eo q̄ non erant
domini sed servi. non erant legis
latores nec principales actores sed
tantum ministeriales promulgatores
Ego qui dominus sum qui legis lator
principalis existo. per me ipsum ex mea
auctoritate sapiens dico vobis. Omnis
qui irascitur. Unde Crisostomus in omni
Ego autem dico vobis. Considera
legis latoris potestatem. nullus enim
antiquorum ita locutus est. sed
sic. Hec dicit dominus quia illi ut servi
ea que sunt domini annunciabant
hic autem ut filius ea que patris
et que sua sunt. et illi conservus
predicabant. hic autem suis sine
legem ponebat. Ecce igitur imparitas
auctoritas. Secundo attendenda
est p̄ceptorum integritas de qua
subditur. Omnis qui irascitur
fratri suo etc. pfectius enim evellitur
mala arbor quia non tantum rami

vel fructus verum etiam ipsa radix
funditus extirpatur. Constat autem
quod radix omnis male actionis a corde
tamquam a radice procedit. et ideo
qui prohibet primum affectum cor
dis perfecte extirpat offensionem
fraternam. ut igitur eum ex iusticie
perfectio et superhabundancia demonstraret
non solum ultimum motum cordis
sed etiam primum iudicium vocis
precipit amputari dicens. Omnis
qui irascitur fratri suo. Ubi quatuor
per ordinem sunt consideranda primum
est differencia preceptorum. secundum est
correspondencia suppliciorum. tercium est
ro animis. quartum vero est gradus
falsitatis. Circa primum ad dictum
preceptorum prohibetur primo omnis
motus cordis illicitus ibi Omnis
qui irascitur fratri suo. 2o quilibet
sonus vocis indebitus ibi Qui
dixerit fratri suo racha. 3o quilibet
excessus iniurie expressus cum
dicit fatue etc. Prohibetur
ergo primo omnis motus cordis
illicitus cum dicit Omnis qui ira
scitur fratri suo. Ira enim secundum damascenum
est motus cordis accensus. ex
fervore sanguinis. existentis. circa
cor inflammati ex evaporacione
fellis vel ex aliqua alia occasione
seu causa. ita tamen quod aliquando potest iste
motus esse debitus et meritorius
ut quando procedit ex discreto
zelo iusticie quemadmodum habemus
exemplo salvatoris marci iii. Cir
cumspiciens eos cum ira contristatus

est super cecitate cordis eorum.
Aliquando autem hic motus
est naturalis et carens tunc peccato
quando ex quadam naturali subrepcione
procedit que subrepcio prevenit
racionem et tamen racio eidem
non assentit sed magis refrenat
eundem quomodo dictum est pre
tactum. Iracundus et valde pronus
irascitur enim et non peccat
qui ex provocacione quadam indigne
contra aliquem subito tamen
iudicium tamen regulat et re
frenat iram conceptam. Aliquando
autem hic motus est indebitus
quando. scilicet ex livore vindicte
videtur vel odii rancore procedit
De tali enim dictum est Eccli
xxviii. homo homini servat
iram et a deo querit medelam.
Hanc igitur iram tamquam
indebitum motum cordis contra
fratrem prohibens salvator dicit
Omnis qui irascitur fratri suo. etc.
Secundo prohibetur quilibet sonus
vocis indebitus cum dicit qui
autem dixerit fratri suo racha.
hec vox racha secundum augustinum
de sermone domini in monte.
Interiectio est significans motum
animi indignantis. Sicut heu
est interiectio dolentis. Secundum Crisostomum
in omelia est verbum contemptus
et vilipensionis ut sicut nos
volentes in aliquo facto nos
vilipendere. dicimus. tu ad
Trapius vel vade tu vel simus

verbum turbans. ita sicut p.
tu. dicit racha. secundum vero Ieronimum
racha verbum est hebreum
et interpretatur levis aut vanus
quem nos possumus vulgato iniurie
despiciendi sine cerebro nun
cupare. crudelitatemque exponitur
demonis predictis signum importat
signum vocis indebitum non
tamen determinate expressum
quia ergo talis sonus ita est
iudicium indignacionis intellis
contra proximum quod per ipsum
sit alteri nota indignatio cor
dis contra ipsum quod quidem
periculosum est et offensivum
amoris fraterni. ideo ipsum
oportuit distincte prohiberi
quando ipsum est elatum. fr
fratri dicere. Prohibetur 3o
quilibet expressio verborum
in quo sit ratio improperii ex
pressi. quando subiungitur. Qui
autem dixerit fatue. Ille autem
fatuus est qui nullius discre
cionis sale conditus est. sus
picari autem de quocumque
fideli quod careat sale discretionis
fidei et cognitione veri et boni.
atque hoc sibi improperare expressa est
verborum iniuria. est et grave
periculum. hinc est quod salvator
ipsum prohibens dicit. Qui
autem dixerit fatue super fratri
suo. Circa ergo dicta preceptorum
Secundo videndum est corre
spondencia suppliciorum ergo

iustitie est ut graviori pecca(to)
gravior pena rendeat. igitur
secundum gradum gravitatis in culpa
debet esse ordo gravitatis in pena.
Gravius autem est dicere fratri
racha quam irasci tantum. quia in
sola ira offensio tenetur in corde
in racha vero ipsa mentis indignatio
manifestatur in signo. Et ideo
qui fratri irascitur reus erit
iudicio id est accusatione qua posset
trahi ad iudicium tamen datur
ei locus ad defensionem. Qui
autem gravius offenderit dicendo
racha gravius punietur. quia
erit reus concilio id est obnoxius
concilio hoc est consensui iudi
cum de sententia danda in ipsum
ita quod de ipso cernetur quod puniri
debet nec habet locum defensionis
tamen per discussionem iudicum
et concilium eorundem puniri debet.
Qui autem gravius adhuc offen
derit dicendo ei fatue gravissime
punietur quia erit reus gehenne
ignis id est pena inferni. gehennam
quippe secundum Rabanum hic salvator
nominat cruciatum inferni
quod nomen dicitur tractum esse
a valle ydolis consecrata. que
dicitur ennon ennom. hoc est vallis
filiorum ennon et est iuxta
Iherusalem que olim repleta
fuit a caldeis cadaveribus mor
tuorum quam contaminavit
Yosias ut legitur in libro
Regum. Ad evidenciam istius

correspondere quod pena gravior infertur
pro maiore offensa. Sciendum
est sicut dicit Augustinus de sermone domini
in monte quod in predictis verbis est
gradus culpe. Malum quidem est
irasci contra fratrem suum sed in
hunc cum motum retinet intra
se. Minus est malum quam ipsum quidam
vocem interiectionis vel dictionis
non expresse sed quasi indeterminate
exprimere quod significat racha
Istud autem adhuc minus malum
est quam prorumpere in expressum
verbum improperii vel iniurie quod
importat nomen fatui. Istis ergo
gradibus culparum correspondent
gradus penarum. Cum irascitur
fratri suo culpam committit tantum
in corde et motu suo et ideo
reus erit iudicio hoc est obnoxius
erit pene sed minori et indeterminate
a qua potest evadere eo quod ipsa culpa
non accusat eum eo quod non est
manifesta tamen posset accusari
quia si fieret adhuc haberet locum de-
fensionis. Cum autem dicit fratri
suo racha ubi est expressio vocis
indeterminate indignationem irati o-
stendentis parum ibi est manifes-
tum licet quasi indeterminatum et
ideo talis puniendus est hoc modo
quia reus erit concilio. Cum
enim concilio dignus et reus
est sic iudicatus est in parte quod
in parte restat discussio fienda
Iudicatus quidem est quia certum
habetur quod puniri debet eo quod eius

dentia pro peccato ipsum iudicat puni-
endum. adhuc tamen restat
discussio quia sicut non fuit in
peccato specificata ideo et determinata
offensa sic ei non est determinata
quantitas pene sed per concilium
sive consilium iudicum est
taxanda. Cum vero dicit fatue
ita exprimit verbo indignationem
mentis quod etiam manifestam
est etiam et determinatam dicit
iniuriam. Et ideo hic erit dignus
gehenna ignis ut sit offense
determinate et publice determinata
et publica correspondeat pena sic
igitur sicut gradus culparum est
etiam et gradus penarum.
Attendendum secundo quod iusticia
non solum attenditur in operando
bonum sed etiam in corrigendo
malum. Dicit ergo eis nisi iusticia
habundaverit plus quam iusticia scri-
barum et phariseorum in opera-
tione boni ita habundat in declinacione
mali et punicione eiusdem. Et
ideo in lege Moysi qui occidit
fratrem reus erat iudicio. In
ewangelio autem ille qui facit irasci
reus erit eadem sententia ergo
hic tantum punitur ira quantum
ibi homicidium. Quanto magis
igitur hic punietur qui occidit
fratrem suum cum sit reus gehen-
ne ignis qui dixerit ei fatue
Tercio videnda est racio cuius
sit qua cum irasci sit est peccatum
et dicere eidem racha vel fatue
Ubi sciendum est quod irasci

pt quis contra aliquem propter peccatum ita quod indignationem habet ad vitium compassionem ad naturam et hoc modo nullam habet rationem peccati. Unde augustinus in libro xxiiii de civitate dei. Irasci autem fratri ut corrigatur nullus sane mentis reprehendit. huius enim motus de amore et de sancta caritate venientes. vitia dicenda non sunt sed tamen irasci vere et indigne contra eum quem ex caritate tenemur diligere est facere contra preceptum diligendi fratrem. Et in hoc consistit ratio criminis in hoc peccato. Dicere autem fratri racha. hoc est vanum. gratia quem tamen spiritus sanctus replet gratia fidei vel gratia caritatis est peccare contra bonitatem sancti spiritus. Dicere autem fatue est illum vocare infatuatum quem spiritus sale sapientie condivit unde glossa Non modicus furor est quem deus sale sapientie condivit infatuatum dicere et salienti deo derogare patet igitur in quibus consistit ratio peccatorum predictorum. patet etiam quod irasci pro solo propter peccatum tantum. vel dicere ei verbum indignationis contra peccatum ostendens. vel dicere ei fatue propter fatuitatem non est facere contra precepta domini quia hoc non est irasci vel dicere aliquid fratri suo sed magis est irasci vel indignari peccato. Et ideo non oportuit addi sicut quidam volunt. qui irascitur fratri suo sine causa. quia nulla causa potest subesse ex qua quis posset irasci iuste fratri in quantum frater. Non est ergo reus aliqua predictarum penarum qui propter maliciam alicuius vel ut corrigatur vel ut cognoscat gravitatem sui sceleris alium indignatur vel ei dicit racha vel ipsum vocat fatuum. alias enim apostolus paulus reus fuisset aliqua predictarum penarum ymo gehenna ignis quando galathas insensatos vocavit dicens o insensati galathe quis vos fascinavit veritati non obedire. Tertio videnda est gravitas scelerum in hiis culpis posset enim quis dubitare quomodo verum est ut pro culpis predictis que multum leves videntur. tam graves pene debeant irrogari. Et ideo pravitas et iniquitas ipsarum culparum observanda et examinanda est. Cum irascitur fratri suo. ira quando est indebita quia nec per zelum nec per furorem sed ex aliqua odii ratione. est indebitus motus cordis. A corde autem indebite moto exeunt omnia mala Et ideo qui in corde prave affectus est contra fratrem in quantum in se est habet principalem rationem peccati scilicet odii. qui ergo fratri irascitur totam rationem odii scilicet in radice sua ut ipsum odium peccatum est. habet quae autem peccatum est scilicet in se plus odii scilicet cum ipse frater sit equaliter tibi diligendus. Cum dicit fratri suo

Gal 3

racha. Omne enim racha sit vitiosum
animi indignationem exprimens sive
sit verbum generalis iniurie ut vani
us vel sine cerebro. grave peccatum
est dictum contra fratrem. primo
enim modo constat ipsum esse verbum
vilipensionis et contemptus. Qui
autem contempnit illum. pro quo
christus mortuus est non ambulat
secundum caritatem sed potius contra. proximum
autem contra caritatem magnam iclu
dit iniquitatem. Si vero racha
vanum sonat. importat quod ille cui dicitur
ipsum. vanus est munere sancti
spiritus. grave autem peccatum illum.
dicere vanum quem spiritus sanctus
replevit vel replere potest. quia quodam
modo est iniuriam facere repletori
Unde Jeronimus. Racha verbum he
breum est et interpretatur cenos et
id est vanus quod dicimus sine cerebro
quod est magna contumelia. Qui ergo
hoc dicit fratri qui spiritu sancto.
plenus est. iniuria est contumelia
spiritus sancti iudicio sanctorum et
hoc est ecclesie reum concilio. Qui
autem dicit fatue etc. Attendas
istius peccati duplicem gravitatem
Prima talis est. christus est dei
sapientia. Et ideo omnis qui credit
in christum et habet eius perfectam
notitiam. plenus est sapientia per
fidem. fatuus autem sapientiam
prestare non potest. dicere ergo illum
fatuum quem constat habere fidem
quia talis est verus frater cuilibet
fidelis est dicere quod ipse nichil habet
commune cum christo. Unde. Crisostomus Sicut

nemo est vanus qui habet
spiritum sanctum. ita nemo est
fatuus qui cognoscat christum. Alia
gravitas est in hoc continua.
nullus potest pervenire ad vitam
eternam nisi sit particeps
rationis et nisi per sapientiam et
consilium possit habere operationes
que sint recte rationi confor
mes. loquor de adultis. Qui
autem fatuus est similis est
animantibus brutis caret opere
rationis. et nullo consilio pertinge
re potest ad salutem. Dicere ergo.
fratri qui creatus est ad hoc
ut perveniat ad vitam eternam
adhuc etiam salitus sale sapientie
fidei quod ipse sit fatuus est grave
peccatum. Unde glosa Non modicus
furor est quem deus sale sa
pientie condivit infatuatum dicere
et salienti deo derogare. Con
cordat autem huic glosa Crisostomus
dicens in omelia. Nec parvum
existimes fratrem stultum vocare
aufferens et prudentiam et
intellectum. quo homines sumus
et ab irrationabilibus distamus
sic ergo patet gravitas pre
dictorum ~~peccatorum~~ et culparum
Sequitur pars tertia principalis
Si ergo offeres munus tuum
etc. ubi declaratur modus de
bite reconciliationis. quia enim
humana fragilitas ad malum
proclivia faciliter proximum offen
dit aliquo modo predictorum offen
sionum ideo salubriter premisso

-st medicina. ut si quis fratrem
offenderit reconcilietur ei. si
vult placere conspectui divino.
et ideo bene dicitur quod hic describit
et declarat modum debite re-
conciliacionis. unde Remigius super
-t huic continuacioni concordans
-dicit. Ille medicus celestis descen-
-dens de celis ad terras reperit genus
humanum egrotum. ideo tribuit
ei salutare antidotum quo sanetur
preceptum non irascendi non
racha dicendi non fatue. Sciens
cognovit genus humanum a deo
-clinum ad malum et infirmum
-t hoc preceptum semper servare
non posset. ideo si quis transgre-
-ditur hoc preceptum dedit ei con-
-silium quo sublevetur. egit
-num dominus more boni medici
-centis infirmo. cave tibi ab
hoc vel illo cibo quod si sumpseris
-t et nocuerit statim veniens
-num adhibet sanativum. sic fecit
-us hic dicens. Si ergo offers
ad aras evidenciam facit
-st quod sacrificium et munus sive
-e peccatum et deo gratum tres
conditiones requirit. Primo
ut sit iustum. 2o quod racionabile
-o ex hoc redditur acceptum.
-uas condiciones eius audit
-s verbis premisse in quibus.
insinuatur nobis offendi iusticia muneris
-m dicitur. Si ergo offers.
debet autem iusticia ista attendi
-s tribus. scilicet in re oblata in
-o et offerente. In re quidem

ecclesiastici 34 a cum offert sacrificium ex substancia pauperis
quasi qui victimat filium in conspectu patris sui

ut de proprio quod iuste possidetur fiat
oblacio quia qui facit elemosinam
vel oblacionem de rapina pauperum quasi qui
victimat filium ante patrem. Et
hanc iusticiam satis insinuat hoc
pronomen tuum cum dicitur. Si
ergo offers munus tuum. hoc est
si offerre paras munus de proprio
tibi a deo concesso vel licite acquisito
proverbiorum iii. honora dominum de tua substancia
et de primiciis tuis frugum tuarum
et implebuntur horrea tua satu-
ritate et vina torcularia redun-
dabunt. Debet eciam hec iusticia
attendi ex parte loci quia ut augustinus
de sentenciis prosperi. sicut videndum
est quid offeras et cui offeras ita
videndum est ubi offeras. quia
extra catholicam ecclesiam veri
sacrificii non est locus. Unde et
moyses deuteronomii xii precepit filiis
israhel dicens. Caveas non offe-
ras holocausta tua in omni loco.
Hec ergo iusticia que attenditur
racione loci insinuatur cum dicitur
ad altare quia videlicet ibi deputatus
est proprie locus debitus offerendi.
Debet 3o hec iusticia reperiri
ex parte offerentis quia non est
munus acceptum nisi prius offerens
sit acceptus. hoc enim bene insi-
nuatum est Gen. 4. ubi ostensum
est quod deus ideo aspexit ad munera
que obtulit abel quia prius aspexit
ad ipsum abel. aspexit inquit dominus
ad abel et ad munera eius quia
prius fuit acceptus deo abel quod
eius munus erat acceptum. Debet

igitur ee iustus offeras ut eius
oblacio acceptetur et hec iusticia
insinuatur cum dicitur. ibi recordatus
fueris quod frater tuus etc ad .a. tunc
enim frater tuus aliquid habet adversu
te quando ipsum lesisti vel offen
disti. Nam si te offendit non ipse
aliquid habet adversum te. sed tu
adversus eum. et tunc non tu debes
ei reconciliari sed ipse tibi. Secun
da ergo prius te debes fratrem
lesis et postea poteris deo munus
offerre cum fueris satisfaciens de offensa
Et attendas quantum bonum sit pax
fraterna et quantum sit deo accepta
quia sine ipsa nullum sacrificium est
deo gratum nec deus munus sibi
oblatum acceptat nisi pax fraterna
precedat unde crisostomus super mattheum plus
diligit deus concordiam fidelium
quam munera vide autem misericordiam dei
quomodo hominum utilitates amplius
aspicit quam suos honores. Quando
enim fideles homines aliquam dis
sensionem habuerint munus eorum
non suscipitur oracio non exauditur
nemo enim inter duos inimicos
potest esse amicus amborum. ideo et
deus non vult esse amicus fidelium
quamdiu inter se non fuerint amici.
Concordia igitur prius est habenda
cum proximo ut oblacio possit esse
accepta et hoc bene insinuatur cum
dicitur ibi Recordatus fueris quod
frater tuus habuit aliquid adversum
te ~~unum~~. Secundo audietur munus offendi
Racionabilitas. quia debet esse racionabile

iuxta illud Ro. xii. Racionabile ob
sequium vestrum. et hec racionabili
tas declaratur hiis verbis. Re
linque ibi munus tuum etc. Ubi
super racionabilitas denotatur. una
ex parte bone voluntatis con
tinuande cum dicit. Relinque
ibi munus tuum. Racionabile enim
est ut qui vult deo sacrificium
laudabiliter offerre continuet bo
num propositum voluntatis quod prius
de devocione concepit et hec
satis insinuatur cum dicitur
Relinque ibi scilicet ante domini
conspectum. non enim dicit repor
ta sed potius relinque ibi
ut videat se non videre propositum
boni operis. Sed potius velit propo
sitam continuare. et tamen ut ac
ceptum sit requirit caritatem
et reconciliacionem fratrum de
qua subditur. Et vade prius
reconciliari fratri tuo. unde glossa
non ait refer quia quod rite
offertur mutari non licet. Sed
ait relinque donec saltem
placabilius offeras non enim
munus repellit sed caritatem
proximi querit sine qua nemo
ad caritatem dei pervenit. unde
plus caritatem proximus salu
tis[?] munus suum deo placere
optat. Et hec est secunda
racionabilitas que requiritur ad hoc
quod obsequium nostrum oblacionis sit
racionabilis. reconciliacio fratrum
Explicat enim racione cagiosa[?] quod
quod fraterna reconciliacio est racio

Prima talis est. Racionabile
est ut unusquisque operis perfec
cionem sui operis intendat. et
quantum potest assequatur. Sed opus
oblacionis non est perfectum
in conspectu domini nisi offensus
reconsiliatus sit fratri suus ergo
talis reconsiliacio racionabilis est
unde Crisostomus in omelia. Si de
bitor amorem proximi ei re
conciliari non curat adhuc enim
induat ut saltem eius opus
non remaneat imperfectum
Secunda racio talis est Racio
nabile est ut offerens aliquid
deo quantum in se est auferat
omne id propter quod oblacio sua
fieri non accepta. ergo racionabi
le est hec auferri mediante
vera reconsiliacione. unde Crisostomus
super quarto A discordantibus non
accipit deus atque sacrificium
Hec ergo precedit concordia ut sit
aliud prius quam et illud discordia
dicatur propter quod culpa lavatur
Tercia racio adhuc est talis
Racionabile est ut qui vult
esse domino gratus de nullo
quoniam eius existat inimicus
qua non acceptat inimicus domini
aliquem qui odio habeat proximum
suum et propter suum fratrem. Constat
autem proximum tuum esse
tam suum dominus dominus
et fratrem tuum. Si ergo illi
domino vis placere oportet ut
nec fratrem tuum oderis nec servum
proximus. quin pocius si ipsum lesisti
reconsiliare eidem ut domino tuo
ac suo placeat munus tuum. unde
ylarius Nescio qua racione hostia
pacis acceptabilis deo possit pacis
amatori quamdiu fuerimus implaca
biles. Facta autem reconsiliacione
quam tamen racionabilis est statim fit
munus acceptum. de quo subditur
Et tunc veniens. scilicet fratri reconsiliatus
et deo acceptus. offeres munus
tuum. Sed ad clariorem intelligen
ciam huius reconsiliacionis attendendum
est ordo quem ponit Crisostomus super
quarto qui talis est. Si fratrem offen
disti mente ut ille qui iratus
est fratri suo. sufficiat ut mente
reconsilieris. dimittendo ei ex corde
et restituendo ei bonam volun
tatem. Si autem offensa fuit
in verbis ut est illius qui dicit
ei racha vel fatue. verbo debet
esse reconsiliacio si vero precessit
offensa in opere. debet et per opus
fieri reconsiliacio. Sed quereret
aliquis utrum ista reconsiliacio
sit facienda semper. augustinus affertur
oblacio si frater sit absens. ad
hoc rendet beatus augustinus
de sermone domini in monte Et si
presens est frater offensus vel
eius presencia potest convenienter
haberi sic debet fieri reconsiliacio.
sicut evangelium dicit ad litteram
ut prius quis reconsilietur fratri
quam deo sacrificium offerat. Si autem
absens sit et eius presencia haberi

non potest. debet totum deo ponere reconciliacionem et se ipsum veraciter cognoscere propter securitatem offense. ita quod quocienscumque se optulerit oportunitas vel proximus facere offensi reconciliabitur eidem et hoc postea cum confessione et contricione sine offense sufficiat ad hoc ut quis digne offerat munus suum deo.

Cum turba plurima esset cum Jhesu nec haberent quod manducarent convocatis discipulis ait illis. Misereor super turbam etc. Marci viii. Sicut in operibus nature videmus concurrere racionem operandi potenciam operantem et evidenciam rei facte sic eciam videmus hec tria concurrere in operibus que fiunt per artem ut in operibus domificandi concurrit racio faciende domus potencia exequens opus et pulchritudo domus artificialiter facte evidenter commendans artificem. Cuncta igitur dei filius est ars patris plena omnium racionum viventium. ideo in suis operibus que operatus est in carne

^ attendere assumpta est assumere racionem que hoc fecit. quia nichil facit nisi concurrente debita racione. potenciam divinitatis qua mediante hoc facit et evidenciam effectus qui virtutem opificis manifestavit hec autem tria sanctus Marcus in hodierno ewangelio manifestans dicit Cum turba multa etc. Ubi primo describit ad operandum quandam singulare opus racionem inducentem. in principio. 2o virtutem efficaciter operantem. et evidencie

et discipuli eius. 3o Evidenciam operis potenciam evidentem. Et sustulerunt etc. Racio multiplex est hoc modo. quia describitur primo benignitas compaciens in principio 2o due raciones prevenientes cum ait. 3o subsidium deficiens. Nec habent. 2o periculum imminens Et si di. 3o necessitas indigens. Studiam enim etc. Aliter potest hoc ewangelium introduci et dividi ut fiat eius introduccio penes opus compacientis. ex mera benignitate defectibus miserabilium et indigencium. Videmus enim quod quando aliqui sunt constituti in aliqua miseria vel indigencia et benignitas alicuius eis deliberat subvenire aliqua possunt concurrere. ex parte indigencium. alia ex parte compacientis. alia ex parte operis quo miserans et compaciens subvenit indigenti Ex parte quidem indigencium possunt duo reperiri que inclinant hominem ad compaciendum Primum est necessitas imminentis periculi ut si quis sit in magno periculo et in extrema necessitate constitutus. Et quamvis sic fuerit talis homo. subsidium et auxilium paratum ad talem necessitatem removendam non tantum quis movetur ad compaciendum vel ad subveniendum eidem. Ideo enim motivum ad compassionem est subsidium.

deficiens. Necessitas autem immi(n)ens
periculi et carencia subueniencie
temporalis sunt duo motiua ex parte
indigencium ut quis moueat(ur)
ad compaciendum eis. Ex parte
vero compacientis possunt co(n)
curere tria. Primum est benig
nitas preueniens. Secundum est liberalitas
seu largitas subueniens. Tercium
est exhibicio satisfaciens. Ex
parte quidem operis concurrat
quidam euidencia manifestans.
Volens igitur oparius ewangelista
describe opus quondam saluatoris
in quo maxime reluceret pietas
et mia ipsius ad subueniend(um)
necessitatibus hominum qui adherent
et veneremus ad ipsum dicit
Cum turba multa &c. Ubi omnia
ex premissa sex per ordinem
describuntur. Primum est necessitas
imminentis periculi. Cum turba
multa &c. Secundum incomoditas
deficientis auxilii ibi. Et unde
sunt discipuli. Tercium benignitas
preueniens christi ibi. Et interroga
uit quot p. Quartum liberalitas
subuenientis auxilii ibi. Et
accipiens septem panes. Quintum
copiositas satisfacientis dom(in)i
et manducauerunt et saciati. Sextum Eui
dencia manifestans signi. Et
sustulerunt quod superfuit. De
scribitur ergo primo necessitas
imminentis periculi cum dicitur
Cum turba multa &c. Circa

quam ducit ewangelista. Primo de
scripcionem. Cum turba multa.
2o. saluatoris compassionem con
uocatis discipulis. 3o populi
deuocionem. Circa certe iam tri-duo
Et mouendi occasionem. Et si
dimisero eos. Est ergo necessitas
periculi imminentis causata ex ali
menti defectione quam premittens
ewangelista dicit. Cum turba multa
esset cum ihesu nec haberent quod
manducarent. Consuetudo enim
est humani affectus ut si feruet
intendat et afficiatur ad aliquid
quod immemorem reddit hominem
de hiis quibus communiter indigemus
hoc enim videmus in mercatoribus
multum intentis ad lucrum quod sit
^ puidi immemor circa ea que pertinent ad co(m)
munem victum. Videmus in lusoribus
multum intentis ad ludum quod talis
attencio causat obliuionem in
eis circa alimenta percepcionem
et horam et sic est in sollicitu
dinibus corporis, ita est et magis
ac potius in sollicitudinibus
spiritualibus quod affectus feruent
intentus circa dei contemplacionem
miraculorum consideracionem et
donorum dei acceptacionem facile
obliuiscatur eorum que ad corpus
pertinent alimentum memoriam
sicut expresse patuit in Maria
que hora refeccionis prandii sedebat
ad pedes domini et audiebat
verbum illius quia dulcedini
verborum intenta quasi obliuiscebatur

eorum que ad curam mitandi corporis pertinebant. Item eciam affectus bonus spiritualibus intentus sollicitate causat in homine ut paruum aut nichil curet de hys que ad vitam pertinent corporalem. Ecce inquit petrus ad ihesum nos reliquimus omnia et secuti sumus te. aug. sup. Turba igitur multa partim operacione miraculorum. partim recepcione beneficiorum in curacione languencium partim utilitate predicacionum. porro deuocione virtutum affecta ad sequendum xpm vel obliviscebatur ciborum ad vitam sustentandam necessariorum vel parum erat de talium procuracione sollicita et hoc bene insinuauit ewangelista cum dicit. Cum turba multa esset cum ihesu nec manducarent haberent quod manducarent. ac si patenter diceret sic affecta erat plurima turba ad ihesum tam racione miraculorum quam racione sanacionum et salutaris doctrine quod eum sequebatur non obstante quod non haberet quod manducaret. Unde et aug. eo reperiuntur aliqua predictorum causarum. ubi fit mencio de hoc eodem miraculo premittitur enim ibidem sic. ascendens in montem sedebat ibi et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos claudos cecos debiles et alios multos et proiecerunt eos ante pedes eius et curauit eos etc.

ita ut turbe mirarentur videntes mutos loquentes claudos ambulantes cecos videntes et magnificabant deum israel

Similiter habetur Jo. vi ubi dicitur. Sequebatur eum multitudo magna. quia videbant signa que faciebat super hys qui infirmabantur.

Deinde cum dicitur. Conuocatis discipulis suis ait illis. misereor super turbam. describit ewangelista saluatoris compassionem. Ubi primo occurrit considerare quod saluator compassionem ostendens super indigencia et necessitate turbarum discipulos conuocat ut eos qui populis et turbis mundi prefici debebant ad compaciendum eorum futuris necessitatibus assuescat tanquam sic per compassionem quam discipulis reuelat et se habere demonstrat eis loquendo dicat. Sic oportebit vos misereri turbis et populis quorum cura vobis delegatur ac committetur sicut nunc misereor super turbam iuxta illud luc. 6. Estote misericordes sicut et pater vester celestis misericors est. Secundo circa hoc occurrit considerare quod xpus discipulos conuocans ad secretum sue mentis affectum manifestandum eisdem insinuauit presidentibus maioribus doctoribus ut secreta maxime que prodesse possunt pluribus

debeant subditis minoribus et
discipulis intendunt aperire. et hoc
est quod dicit Crisostomus. Convocatis disci
pulis ait illis. Misereor etc. hoc
autem facit ut magistris exemplum
tribuat cum minoribus atque
discipulis communicandi consilia
Tertio dicta hoc considerare oc
currit quod ait misereor super turbam
cum enim misericordia sit quedam
species tristicie compaciens alienis
malis sicut dicit Damascenus libro 2o.
quaritum. Salvator hanc estimam
ex compassionem ostendens veri
tatem in se humane nature deviceat
pro quo errorem entitatis destruit
in unam tantum naturam. et
unam operationem tantum in Christo
fuisse mentitus est unde Beda
super Marcum. Eunis enim non videat
hoc quod super turbam miseretur dominus
... vel media vel vie longioris
labore deficiat affectum esse et
compassionis humane veritatis
qua huius compassionem quem
veritate est quedam passio
sicut et tristicia cuius species
est. Spes vera passio est. Sal
vator non contraxit ex necessitate
originis. sed dispensative assump
sit ex electione voluntatis
quo dicit misereor super turbam
... si dicat non cum turbis ipsi
... aliquid necessitatis ... sustineam
sed super turbam misereor ex
benignitate compassionis qua
spontanea voluntate exhibeam

talem enim miam ex mera bonitate
compassionis assumptam exhibebat
illis de quibus dictum est Marci
6. Vidit turbam multam Jhesus
et misertus est super eos quia
erant sicut oves non habentes
pastorem. Deinde cum dicit Ecce
iam triduo sustinuerunt me
nec habent quod manducent. describit
ipsorum devocionem. Ubi advertendum
quod sustinere aliquando accipitur pro
perseverare ut Matthei xxvi. Sustinete
hic et vigilate mecum. Aliquando
pro tollerare ut Ecclesiastici 2. Deprime
cor tuum et sustine. quod igitur hic
dicitur. Ecce iam triduo susti
nent me. accipiendum est pro perse
verare quod bene expressit Matheus xv
Ecce iam triduo perseverant
mecum. Etiam in loco deserto absque
cybariis turba per triduum perse
veravit cum domino nec deficien
tibus alimentis ab ipso separata
fuit sed quasi oblita cum sitire
propter ipsius domini et suavitatem
doctrine atque consideracionis opi
nionis. hec fuit devocionis mira et
acceptande et remunerande. Advertendum
est etiam quod dominus Jhesus Christus quedam
opera fienda sic ad tempus distulit
ut congruenciori tempore faceret
quando et ipsa earum susciperentur
et in se mirabilius facta cognos
cerent. Cum igitur prima et se
cunda die dominus potuit turbam hanc in
deserto pascere et postea dimittere
tamen distulit usque in terciam ut
deficientibus hiis que secum

ptaciat turba. dum sequens probde
deuocio ipsi ut predictum est. oportet
factum quando utilius erat et
magis meritum eudenciis redderetur
et a ipso audiuit simul. Unde cessor
est si enim quando venerunt a bos
habuerunt. tamen consumpta iam erat
et propter hoc non in prima et secunda
die hoc fecit. sed in tercia. quando
omnia iam erant consumpta. ut
prius ipsi in necessitate constituti cum
ampliori desiderio susciperent quod fieret
Deinde cum dicit. Et si dimisero
eos ieiunos deficient in via quidam
enim ex ipsis de longe venerunt
describit moriendi occasionem.
Auctor enim generis humani mortem
non causauit in homine sed eam
tamquam propriam penam inobedienti condempnatus
est et delinquenti. Corpus
ergo in quo nulla est inobediencie
et delicti reperitur non debet esse
hominibus causa mortis cum ergo
perseuerare cum christo docente sa-
nante et opera virtutum faciente
nec racionem inobediencie nec cum
peccati includat. non debet permittere
ipse auctor humani generis ut pro
tali opere aliqui deficiant uel mo-
riantur in via. Et ideo bene dicit
alius evangelista capitulo xv. Et dimittere
eos ieiunos nolo ne deficiant in
via. Ubi expressit christus quod voluntatis
sue non est mortem inferre uel
permittere. ymmo prohibere et ex-
pellere ab hiis qui saltem tam
fide quam obediencia atque bonis operibus
querunt. Ne autem dicta possit

quod non immineat turbis periculum
deficiendi quia habent propinquum
subsidium prouisionis humane
ad quod possunt breui tempore
dominari. Quidam enim eo-
rum de longe venerunt. Ubi
et deuocio eorum que superius
tacta est maior esse monstratur
quia venerunt ad christum non ob-
stante difficultate et prolixitate
viarum. et fatigacionis debilitatis
causa describitur que maior
erat causa possendi facere et ca-
rencia subsidij naturalis Diligens
colligitur quia qui de longinquo
venit longius habet viam si
si debet de suo hospicio reuerti.
Ne igitur sequentes christum cum
tanta deuocione prolixitate
itineris debilitate fatigacionis
et carencia temporalis subsidij
moriantur. alimento eis a sal-
uatore misericorditer exhibito
refici debuerunt. Sequitur
secunda pars principalis cum
Et dixerunt ei discipuli eius
etc. In qua manifestatur mo-
dicitas deficientis amoris.
Discipuli enim adhuc rudes
et diuinam potenciam non atten-
dentes. sed humanam solum mo-
dicam infirma cogitacione pensabant.
Primo multitudinem reficien-
dam que multis indigebat alimentis
pensabant secundo qualem potenciam
deficientem que non potest
ex nichilo panes creare uel
de quacumque materia fabricare

sed tantum de pecia que ibi no
habebat nec etiam poterat panes
in tanta copia multiplicare ut
tante sufficerent multitudini pe
sabant 2º solitatem loci nullatenus
admiranten ad relevandum de
fectum propter que tria non videbat
modum possibilem subveniendi
turbe super qua misereri se dicit
salvator. Primo ergo pensabat
multitudinem que refici debebat
dicit unde istos poterit saturare
panibus. quod expressius est positum
Marc. viii ut saturemus turbam tantam
ac si dicant tanta est multitu
do istorum ut nulla nobis via
pateat refi. di. ipsam. 2º quia
pensabant valem paucam ac
tam adhuc non sufficientem
sed deficientem addunt etiam
ac si dicerent que virtus est
in aliquo principaliter existens no
biscum cuius virtute possit istis
indigentibus et famescentibus
subvenire certe in nullo est
talis virtus nec in nobis. unde
Marc. viii. dicitur eos dixisse unde
ergo nobis in deserto panes tan
tos. 3º quia pensabant solita
tem loci remoti a castris et
locis habitatis in quibus com
munit subsidium pro indigentibus
reperiri debent dicunt. hic in solitudine
has vero omnes difficultates
immensas defectus vero voluit
removere xpus ad hoc opus ut

quod postea fiendum erat evidentius
cognosceretur pertinere potius ad divi
nam potentiam quam ad humanam naturam
ipsius ut illud quod nec virtus creata
nec loci conditio nec auxilium mul
titudinis operari poterat sed potius
impedire factum cognosceretur
per divinam virtutem existentem
in xpo que super predicta omnia
operatur. Sequitur 3ª pars principalis
circa hanc 2am ultimam introductionem
ipsius quam prosequi intendo
Et interrogavit eos quot panes
habetis etc. In qua describitur benignitas
provenientis xpi. ubi xpus benigne
prevenit primo discipulos ut illu
minentur ad cognitionem veri
2º opera ut adaptentur ad refec
tionem populi. 3º turbas ut prepa
rentur ad receptionem virtutis
Prevenit ergo primo discipulos
ut illuminentur ad cognitionem
veri. quia interrogabat eos quot pa
nes habetis. Adhuc enim eos inter
rogabat ut per interrogationem
recordarentur alterius miraculi quod
prius fecerat saciando quinque
milia homines de quinque panibus
et recordando illius operis illumi
narentur ad cognoscendum in xpo
existentiam divinitatis cuius virtuti
non est difficile de paucis panibus
multos homines reficere ergo
est xpi interrogatio preventiva disci
pulorum ut illuminarentur. unde
Lyra super Marc. Ipse autem xpus
ut discipulorum erigat mentem
eos interrogat ut ex modo.

interrogacionis eos commemoret eorum
que prius facta sunt scilicet quando
quinque milia de quinque panibus
saciavit ut per hoc intelligerent
discipuli quod possibile erat eidem turbam
illam de .7. panibus saciare. Secundo
provenit opera ut adaptentur ad re
feccionem ipsi cum additur. Qui
dixerunt septem. Congruenter
enim iste numerus convenit panibus
de quo tamquam de quibusdam seminibus
multiplicari debebant alimenta
multitudinis que sequebatur christum
quia sicut ex septem donis sancti
spiritus descendit omnis spiritualis
consolacio et refeccio in electis
ita septem panes convenienter
assumpti sunt ad opus refeccionis
turbarum. De hoc tamen latius
dicetur in fine quando eum liber
moraliter exponetur. 3o. Provenit
christus turbas ut preparentur ad recep
cionem beneficii quia fecit turbam
discumbere super terram. Ubi duplex
provencio preparativa eis inducitur
. Discumbere enim hic accipitur
pro sedere quasi ad mensam in
aliquo ordinato ordinata vero
sessio ordinem mentis sedate
et tranquille cum quadam man
suetudine significando denotat. Nullus
autem melius preparatur et disponitur
ad graciam refeccionis adeo re
cipiendam quam ille qui mentis man
suetudine et tranquillitate resul
get iuxta quod dictum est supra ubi in-
illustres vel detractores ipsa

deludet et mansuetis dabit graciam
hec ergo est prima provencio
preparativa turbarum. Secunda
est quia fecit discumbere super
terram ut omnia terrena in pedibus
calcare et christo adherere. Digni
efficiantur refeccione celesti
Iterum super terram ut memo
rando quia terra sunt et in terram
revertentur toto mentis affectu
adhereant creatori. Iterum super
terram ut admodum terre
arride expectent et desiderent
ymbrem gracie quo reficiantur
et fecundentur cum propheta.
anima mea sit terra sine aqua
tibi est in tuo conspectu. Se
quarta pars principalis enim liber
Et accipiens septem panes
In qua describitur liberalitas
subvenientis domini. Ubi notandum
est quod licet humana natura mul
tum habeat sustentari per ali
menta panis. tamen infirmitati eius
condescendens divina clemencia
liberaliter ei concessit alimentum
alicuius rei delectabilis humanitatem
mitigantem virtutem sicut sunt
carnes et pisces propter quod christus
dei virtus et dei sapiencia sua
liberalitate subveniens indigen
tibus eam manifestat. Primo
in panis multiplicacione propter
quod dicitur. Et accipiens septem
panes. Secundo in piscium assi
gnacione propter quod addit Et habebant

piscicul(o)s. Quantum autem ad multiplicacionem panis aduertendum est q(uod) actus lib(er)alit(atis) tunc gr(ati)osus est et acceptus quando fit hylariter communiter et vtiliter. Hylariter quidem quia hylarem datorem diligit deus. Communiter vero ut tribuat vnicuiq(ue) n(e)c(ess)itatem pacienti. Vtiliter vero ut prosit hiis quibus tribuitur. Ondit ergo lib(er)alit(atem) libr. x.
caritat(is) primo i(n) subueniendo hylariter et accipiens septem panes. 2o in diuidendo commu(n)it(er) cum addit(ur) fregit. 3o in apponendo utiliter cum adiungit et dabat. Describit ergo primo lib(er)alitatem xp(ist)i circa in xp(ist)o quia subuenit hylarit(er) dicens. Et accipiens septem panes gracias agens. Ista enim gr(aci)arum acc(i)o ex quadam hylaritate processit qua gaudere se insinuauit ad salutem. Quam gemens qui super lazarum audit flendo de hominis morte dolorem. vnde glo(sa) mel(ius) gracias agens audit q(uan)tum gaudet de salute nostra. Notandum tamen multiplex racio reddi p(otes)t quare multiplicaturus panes gracias egit. Vna est ut ostendat se non esse contrarium deo nec in virtute aduersarii talia operari sicut in quibusdam aliis operibus pharisei calumpniabantur ipsum operari dicentes In belzebub principe demoniorum eicit demonia. Alia vero est ut nos instruat in p(ri)mo tam spiritualis q(uam) corporalis refeccionis illi gracias agere a quo recepimus ea que sumpturi sumus et hec est racio Chrysostomi super Math(eum) dicentes. Erudit nos non prius tangere mensam donec gracias egerimus ei qui cibum dat nobis. Tercia racio est illa que in exposicione littere prius posita est. s(cilicet) ut ista gr(aci)arum acc(i)o sit indicium nobis q(uod) saluator non letatur in p(er)dicione hominum. sed pocius de eorum letatur salute. Et quoniam facturus erat opus ad premendam mortem turbarum ipsum sequencium et ad salutem earum conseruandam hinc est q(uod) de hoc gracias agit pre gaudio et hylaritate salutis. Deinde cum dicit. fregit. describit eandem xp(ist)i liberalitatem in diuidendo communiter. Si enim illi panes integri remansissent non potuissent omnibus conferri neq(ue) communiter omnibus distribui. fregit ergo. ut q(uod) non sufficiant communicaretur integrum cor efficeretur fractum. vnde Jeron(imus) frangente aut(em) domino seminarium fit ciborum. Si enim fuisset integra et non in frusta discissa

plicem
nec dimisi in multitudinem segetem
tantam multitudinem alere non
poterant tunc enim disitauit
populus in se illud Ysa. lviii. frange
esurienti panem tuum et egenos
vagosque induc in domum tuam. Secundo
cum dicit. Et dabat discipulis
suis ut apponerent et apposuerunt
turbe. describit eandem liberalitatem
in apponendo utiliter. Utilis enim
fuit ista liberalis appositio discipulorum
qui accipiendo a Christi manibus et
apponendo turbis oculis propriis po
terant videre quomodo panis in distri
buentis manibus augebatur. Et
per quos poterat in eo cognoscere
virtutem divinitatis que talia
operabatur. Unde Ihesus dabat disci
pulis in quo non solum eos ho
norauit. sed voluit ut hoc mi
raculo facto. non increduli fierent
nec obliviscerentur eius cum fu
erat manibus ipsius attestantibus.
Utilis erat et turbis qui et
dispendium mortis per talem ac
ministrationem et appositionem eva
debant et tantum benefactorem
sequendum esse tanquam verum
saluatorem cum cognoscebant
Unde patuit dicere illud. Jo. vi.
hic est vere saluator qui ven
turus est in mundum. Tercio
cum dicit. Et habebant pisciculos
paucos etc ostenditur Christi liberalitas
in piscium assotiatione. Ubi
aduertendum est quod virtutes sic
connexe sunt ut quando una
illarum est circa faciendum

aliquid opus optime et excellenter
semper sic operatur ut non cor
rumpat opus alterius. Aliter
enim operari non esset agere in
virtutem. Et ideo si quis in
conviviis faciendis liberaliter
ministraret tamen propter sump
tuositatem vel superfluitatem
ciborum temperantie modum excederet
non ageret secundum virtutem
liberalitatis. Similiter si idem
qui liberaliter ministrat in conviviis
propter cupiditatem vel aliam
occasionem solummodo viles
cibos apponeret non ageret
in eandem virtutem. Cum ergo
ministrat liberaliter et cibos
preparat in decentiam et suf
ficientiam personarum. hic libe
raliter operatur. Christus igitur
ut perfectam connexionem virtutis
seruaret in refectione liberali
turbis exhibita modum tempe
rantie non obmisit quia nec tam
sumptuosa fercula fecit appo
ni que intemperantiam causarent
in convivio. Nec sic solum
panem largitus est quin
honestaret refectionem tur
barum piscium condimento.
Et hoc est quod circumstantia subiungitur
Et habebant pisciculos paucos
et illos benedixit et iussit
apponi ut sic per appositionem
piscium illa refectio redderetur
ornata. Sequitur quinta pe
pulis circumstantie. Et manducaverunt
et saturati sunt. In qua

describitur copiositas satisfactio
nis. Panes enim et pisces
isti non solum in manibus
domini sed etiam in discipulo
rum manibus excrescebant
sicut dicit Jeronimus in originali
et ideo sufficere poterant turbis
sed ut credatur non esse fantas
tam tale actum. sed vere non
solum apparens sed veraciter
ipsis. manducaverunt. Vere
patet quia manducando sa
turati sunt. Comprimans enim
manducare quia vere non
manducat. quando creatur non
non est saturatus sed esuriet
adhuc ergo manducaverunt
in manducando. saturati sunt
Ultimo ponitur 6ta pars principalis
cum ly. Et sustulerunt quod supra
erat de fragmentis etc. In
qua describitur evidentia mani
festantis signi que quidem attenditur
in duobus. Primo in habun
dancia reliquiarum et sustu
lerunt quod superaverat. 2o
in multitudine et numero turbarum
erant autem qui manducaverunt. Est
ergo primum signum manifestans
eius factum superhabundancia
reliquiarum de quo dicitur
et sustulerunt quod superaverat
de fragmentis .7. sportas. Et
enim de septem panibus et
paucis pisciculis post satu
ritatem tante multitudinis sep
tem sporte superfuerunt non
creditur esse nisi illi panes

divina virtute tantum acceperint
incrementum quod ad illud non
potuissent eos adducere aliqua
vis creata. Sed attendendum est
quod in hoc miraculo superfluunt
tot sporte quot fuerunt panes
de quibus ista refectio facta est
scilicet vii. ut insinuetur ut illi qui
esurierunt et sciunt iustitiam
saturati septem donis sancti
spiritus. sic habundare possunt in
operibus ut ab eis septem opera
misericordie reportentur vel etiam colli
gantur. Deinde cum dicit. Erat
autem qui manducaverant quasi quattuor
milia. signum quod attenditur ex multitudine
turbarum quod enim pauca ex paucis
vel multa ex multis reficiantur
opus est consonum et conforme
nature. Sed quod ex paucissimis cibis
quattuor milia sufficienter reficiantur
ita ut tali accepto viatico sine
famis dispendio possit facere
longam viam hoc est signum
potencie que transcendit limites
creature. et quia ita factum
est in hoc opere salvatoris ideo
addit evangelista. Erant autem qui
manducaverant q. quattuor milia
et dimisit eos. Illius evangelista
matheus addidit extra parvulos
et mulieres ut ex hoc magis
commendaret miraculum quod multi
tudo maior erat que per Christum
de paucis nutrita est alimentis
hoc autem quod admictum est
a Matheo extra parvulos et

mulieres. Et hoc q additum est
a Marco. Et dimisit eos. in vide
insinuare quandam efficaciam il
nutrimenti q dicunt sic refecit
tale commune ut secure posset
dimitti in viam suam non obstante
q aliqui de longe venissent et
q aliqui erant debiles ut pueri
et mulieres. potuit enim qui
ebo helye contulit tantam vir
tutem ut in eius fortitudine a
bularet. xl. dies. et xl. noctes
conferre panibus et piscaculis
quos multiplicavit maiorem effi
caciam nutriendi sicut eis contulit
multiplicationis augmentum. Sic
ergo expositum sit hoc evangelium
quasi litterali intellectione parum
addito super eam. Spiritualiter
autem exponendo ipsum. Sciendum
est quod sicut dicit Beda super
Marcum. hoc miraculo mistice
designatur q viam seculi presentis
dilecti nostri tmsire nequimus
nisi gratia redemptoris nostri nos
alimento sui verbi reficiat et
sic refectio ista significat eam
refectionem quam fidelibus suis
spiritualiter christus administrat. Et
quia non omnibus spiritualis gratie
refectio tribuitur quia non ad
digni sunt ideo premisit evangelista
sufficientiam congruentiam. Cum
turba multa esset cum Jhesu. Soli
enim illi sunt dono refectionis digni
celestis qui inter multas solli
citudines curas et desideria
adherent domino Jhesu et ipsum
voluntarie imitantur. Tunc
enim turba multa esse dicitur
cum Jhesu. quando in multis
adversitatibus et turbinibus
huius seculi fideles et devot
fervente perseverant cum christo
ita ut quilibet eorum dicat
cum apostolo. Ro. viii. Certus sum
q nec tribulatio etc. donec
concludit separabit me a carit
dei que est in christo Jhesu. Et
ut perfecte quis disponatur
ad ydoneitatem talium bu
corum oportet ut in nullo d
se vel de sua virtute confid
et hoc est turbas non habe
quod manducarent. Et fidel
christum sequentes christo adhe
res in semper deficientes co
noscere et in sua virtute nul
modo confidere. Talium eni
christus libentissime miseretur
et se misericorditer manifestat illi
quibus sua secreta comunic
ac si vocatis discipulis dic
Misereor super turbam. Sed
principalis ratio ostendat perfec
fidelium que consistit in f
perseverancia cum christo adv
tatibus vel periculis mundi o
stantibus. Ideo postquam conuo
catis discipulis suis ait illi
Misereor super turbam. adiun
quia ecce iam triduo sustin
me. nec habent q manduc
ac si predicat. talium spont
et libenter misereor qui

nullis adversitatibus nullis dis-
pendiis nullisque necessitatibus
nec vel minimum me sequi desistunt
Sed hic diligenter advertendum
quid significetur in hiis qui christo
fideliter adherent per hoc quod
dicitur triduo sustinent me
Secundum enim Bedam super marcum
turba dominum in triduo sustinet
quando electi quique fide sancte
trinitatis lucidi dominum pro suis
suorumque peccatis amarem
videlicet languoribus perseve-
ranti instantia supplicant
illi omnis secundum eundem
ibidem turba triduo dominum
sustinet quando a propriis reatibus
in quibus deo contraria in
opere cogitatu et locutione fuit
in eisdem scilicet in opere cogi-
tatione et locutione convertit-
ur deo deservit et hoc est
ut dicit ibidem Beda turba
triduo dominum sustinet quando
multitudo fidelium peccata
que perpetravit penitentiam
reclinans ad dominum se in opere
in locutione atque cogitatione
convertit. Tertio modo potest
intelligi secundum Rabanum ut hic triduo
reseratur ad tempus triplicis
legis scilicet naturalis scripte et
gratie ita quod quelibet harum
legum faciat diem unum Illi
enim triduo dominum sustinent
qui secundum dictamen legis nature
in intentionem legis scripte

et secundum formam et regulam legis
gratie scilicet evangelii que priores duas
comprehendit. Ideo illi perseverant
triduo cum christo qui secundum legem
evangelicam vivunt. Unde Rabanus
Triduo sustinent me quia in
toto seculo trinum tempus est
quo gratia datur primum ante legem
secundum sub lege tertium sub gratia
quartum erit in celo ad quod tendens
reficitur in via. Quarto potest
intelligi secundum Hylarium ut triduo
perseverare cum domino sit triduum
mortis eius quadam compassionis
devotione recolere ipsique domino
per devotionem coniungi. vel eius
mortem resurrectionem et ascen-
sionem confitendo et credendo
ipsi domino conformari. Sed quoniam
fideles taliter adherentes domino
citius deficerent nisi verbi divini
pabulo nutrirentur. Ideo adiungitur
et si dimisero eos ieiunos in domum
suam deficient in via. unde Beda
ubi supra. Dimittere eos ieiunos
in domum suam dominus non vult ne
deficiant in via. Turba videlicet
conversi peccatores in presentis vite
via deficiunt si in sua conscientia
sine doctrine pabulo dimittuntur
Ne ergo lassentur huius peregri-
nationis itinere pascendi sunt
sacra ammonitione. Verum quia
nonnulli proniores sunt ad defec-
tum illi qui multis fuerunt
involuti peccatis ante conversionem
nisi fortificentur pastibus sacre

doctrine. hinc est q salvator adiungit
Quidam enim ex eis de longe
venerunt. De propinquo venit ad
xpm qui in certa fide et bonis
operibus moribus enutritus parua
commisit a quibus conuersus est
ad ipsum. de longinquo autem
venit ad xpm qui in multis fa
cinoribus assuetus ad ipsum tam
tandem eciam finiendum conuersus
est. Et quoniam difficile est
assueta relinquere et facile
est ad ipsa reuerti. ideo tales
peccatores ad xpm conuersi. in
via penitencie et sanctitatis
proposito cito deficient si non in
venerint alimenta sacre doc
trine. hinc mortalitati concordat
sentencia Bede ubi supra qui
dicit sic. Est namque qui nichil
fraudis et nichil carnalis cor
rupcionis expertus ad conpunctionis
dei feruorem festinauit. iste de
longinquo non venit quia per
incorrupcionem et innocenciam
proximus fuit. Alius nulla impu
dicicia nullis flagiciis inquinatus
solum autem coniugium expertus
ad ministerium spirituale conuersus
est. nec iste venit de longinquo
quia usus conuencione concessa
per illicita non errauit. Alii
vero post carnis flagicia. alii
post falsa testimonia. alii post
furta facta. alii post illatas
violencias. alii post perpetrata

homicidia ad penitenciam redeunt
atque ad compunctionis dei feruorem
conuertuntur. hii videlicet. ad
dominum de longinquo veniunt
Quanto enim quisque plus
in prauo opere errauit tanto
ab compunctione deo longius
recessit. Dentur igitur ali
menta eis eciam quidem in lon
ginquo veniunt quia conuersi
peccatoribus doctrine sancte ad
prebendi sunt ut in deum
vires reparent quas in flag
ciis amiserunt. Posset eciam
ista longinquitas intelligi
fuisse in gentibus ad xpm
conuersis quia iudei qui in
xpm crediderunt de propinquo
venerunt. quasi habentes
noticiam per leges et prophetas
Gentiles autem qui nec
legem nec prophetia eciam ante
de xpo ad xpm conuersi de
longe dicuntur venisse iuxta
illud ysa. lx. filii tui de long
venient et istis potissime
necessarius fuit cibus sacre eru
dicionis ne in via quam arri
puerant fide mediante propter
carenciam doctrine deficere
Interdum autem rectores
ecclesie et predicatores sacre
doctrine cognoscentes in
multitudine credencium a
fectum naturalis corrup
tionis proximitatem ad vicia applicat

undi. negocia non deprimunt
e breuitatem pascendi. eos
aliter in sancta conuersacione
bre nec vident per aliquam
irtutem creatam hoc posse
mplere et ideo dicunt unde
sos poterit quis saturare panibus
n solitudine. tamquam si dicerent
uis erit tante sanctitatis
tate sciencie et tante perfectionis
istos tam dimersos in moribus
m distractos in operibus tam
licatos in negociis posset
tinendo nutrire ne ad vicia
labantur. Sed saluator qui
m dimisit fideles sine reme
dio salutari. sancti spiritus dona
tualia diffusa reuocat ad
entem presidentium dicens
ot panes habetis. ut illis
ondentibus. septem. septifor
mis gracia sancti spiritus in nouo
tamento. diffusa cognoscatur
e sufficiens ad omnem multi
nem credentem in christo nu
triendam. Et bene in pane
gracia sancti spiritus designatur
a sicut panis vitam corporalem
c gracia spiritus sancti vitam
spiritualem conseruat et nutrit
et confirmat. Et ideo illam
stulans dauid dicebat. Con
firma hoc deus quod operatus es
in nobis. et iterum spiritu principali
confirma me. Sic igitur septem
panes septiformem graciam

sancti spiritus presignificant. Unde Beda
ubi supra. Bene septem panes
in misterio noui testamenti ponuntur
in quo septiformis gracia spiritus
sancti plenius fidelibus cunctis
et credenda reuelatur et credita
datur. Talis autem gracia secundum
sui excellenciam non datur aliis
de communi lege sed tantum hiis
qui aliquo modo digni sunt. Isti
autem sunt illi qui desideria mundi
et illecebras carnis mente de
uocione conculcant. Et ideo precipit
turbe discumbere super terram. Illi
enim super terram discumbunt
qui sic carnis delectamenta fu
giunt ut eciam terrena omnia et
ipsum mundum ut christum liberius
sequantur contempnunt. Sic autem
dispositis christus sue gracie dona di
uidens. quasi in ipsis gloriatur
et pro eorum donis gracias agit
tamquam si accipiens septem panes
gracias agens frangit non ut
deseruat sed ut fidelibus distribuat
Verum quoniam graciam sep
tiformem spiritus sancti in sacra
mentis noue legis habundanter
infundit fidelibus et hec sacra
menta ministerio apostolorum ac suc
cessorum eorum commisit. ideo
in huius commissionis insinuacionem
dictum est. dabat discipulis
suis ut apponerent turbe. ad spiri
tualem fidelium consolacionem
et spiritualem recreacionem cum
infusione gracie memorate etc.

scedorum testamenti novi. ipsosque
libros eius textus .i. pisciculos.
paucos apponi iubet salvator per
ministeria prelatorum atque doctorum
ut tam consideratione exemplorum
quam consolatione doctrine predictorum
librorum attente et devote audiendo
quasi manducando saturentur et spiritualiter
reficiantur. Unde Beda super Marcum
Manducant de panibus domini et
piscibus et saturantur qui audientes
verba dei et exempla intuentes
ad perfectum vite correptionis per hoc
erudiri atque assurgere festinant
quibus apte convenit illud psalmiste
Edent pauperes et saturabuntur
et laudabunt dominum qui requirunt
eum vivent corda eorum in seculum
seculi. Tunc enim edent pauperes
et saturabuntur quando humiles
audiunt verbum dei et faciunt
cuius verbi virtute non suam
sed superni largitoris laudem in cunctis
que operantur querunt ut interne
eterne vite recipientes possint
eorum corda vivere in seculum
seculi. Econtra de quibusdam
peramis auditoribus verbi divini
Aggei .i. dicitur. Manducastis et
non estis saturati. Manducant
et non saturantur qui panem
verbi divini audiendo vel exempla
sanctorum tamquam pisces appositos
cognoscendo quod aliquid spirituale commendat
quod eis ad saturitatem
eterne refectionis non proficiat.
¶ Sed quamvis in sacramentis
nove legis virtute gratie septi-

formis tam profunda misteria continentur
ut communiter non
possunt capi ab hominibus. hinc
est quod ad visum atque intellec-
ctitudinem pendentium refec-
nantur. ac si de septem panibus
et paucis pisciculis septem spor-
que superfluunt turbis refecta
et sustulerunt inquit quod sup-
erat de fragmentis septem
sportas. et optime dicit spor-
tas. Nam sicut dicit Beda
super Marcum. Sporta fit et
contexitur de iunco et palma. Iuncus
autem radicem suam figere con-
suevit in humido ne arescat.
palma vero dabatur antiquitus
in manu victoris. Sublimes
ergo viri in sancta ecclesia qui
profunda misteria penetrare va-
luerunt radicem sue mentis
figunt in humido fontis eterne
ne priuati tali humore arescant
ac per hoc agunt et operantur
cum adiutorio gratie eterne
retributionis palmam expectant
Quamvis autem turba non
attigerit ad tantam excellentiam
ut posset profunda scrutari
misteria. tamen propter fidem et
et simplicitatem intentionis
communis perfectionis gradum at-
tigisse describitur ex numero in
memoratur. Erant autem
qui manducaverant quasi
quatuor milia. hic enim ni-
scilicet quaternarius numerus Ieronimi
in laude ponitur quia sig-

stabilitatem quadrangulus
enim lapis non fluctuat
non est instabilis ~~et~~ quorum
ewangelia in hoc numero consecrata
sunt. Bene ergo erant quatuor
milia qui in fide in quatuor
ewangelijs erant stabiliti et
firmi. Vel dicuntur fuisse
quatuor propter figuram quia
figurabant eos qui de quatuor
mundi partibus erant aggregandi
ad christum. Vel dicuntur fuisse
quatuor milia propter quatuor
cardinales virtutes quia illi
christum sequi possunt et cum eo
in salitudine sancte conversacionis
persistere qui pollent quatuor
virtutibus scilicet prudencia
temperancia. fortitudine et iusticia
quarum prima scilicet prudencia
est cognicio rerum appetendarum
et fugiendarum. Secunda scilicet
temperancia est refrenacio cupi-
ditatum in hijs que temporaliter
delectant. Tercia scilicet fortitudo.
est firmacio contra molestias
seculi. Quarta est scilicet iusticia que
diffunditur ad omnes. scilicet tam
ad deum quam ad proximum ut unicui-
que reddat quod sibi congruit
Illi enim qui predictis quatuor
virtutibus pollent quasi in
numero quaternario constituti libere
possunt a christo dimitti. Et dimi-
sit inquit eos non quidem dimis-
sione relictionis quod ab ipso se-
parentur vel ab eo relinquantur
sed dimissione excitacionis.

ut ab eo missi ad opus ministerii
reportent fructum de gracijs
sibi datis. finem vero fructus
percipiant vitam eternam. Quam
nobis concedat christus filius dei
qui est benedictus in secula se-
culorum amen

Attendite a falsis prophetis
qui veniunt ad vos in
vestimentis ovium. Intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. Matthei vii.
Perfecta doctrina eius qui vult
alium dirigere et docere necessario hoc
requirit ut pericula et obliquita-
tes quibus declinari potest a rectitu-
dine manifestet. Et si aliqua
falsa se occultent sub simili-
tudine et apparencia veritatis. aliqua nociva
se pallient sub colore utilitatis
aliqua perversa se celent sub vela-
mine sanctitatis. Illa autem magis
diligencia proponenda sunt. cavendumque
est ut illa diligencius
caveantur. quia propter illud quod
in prima facie apparet in eis
facilius rudes decipiuntur ex ipsis
in manifestando igitur periculum
et maliciam predictorum tria oportet
adici. Primo condiciones operancium
secundo principia operum. Et tercio nitorum racionés.
Condiciones quidem operancium
multiplices possunt esse quarum
quedam pretendunt exterius sancti-
tatem quedam autem manifestant
falsitatem. Principia autem
operum sunt duplicia. Unum bonum
voluntas bona. aliud malum volun-
tas perversa. Raciones autem nitorum

non sunt posite in exteriori appa
rencia sed in voluntatis divine
adimpletiua obediencia. xpus igitur
omnis est perfecta doctrina consi
derans periculum quod in ypocritis
et hereticis propter deceptoriam ob
stentacionem multum viget. cau
tos et sollicitos nos reddere volunt
contra ipsos dicens. Attendite
a falsis prophetis etc. Ubi insinuat con
siderandas diligenter condiciones
operancium et diuersa principia
operandi. necnon et donum qua
acquiritur vita eterna. Et secundum
hec tria. dividitur ewangelium in tres
partes. Primo enim indicatur
nobis diligens examinacio imitandi
hominis cum dicitur. Attendite a
falsis prophetis etc. Secundo subnectitur
conveniens exemplificacio consi
derandi operis cum dicitur. Numquid
colligunt de spinis vuas. Tercio per
gitur sufficiens racio consequendi
muneris cum concluditur. Non
omnis qui dicit michi domine domine
Primo igitur indicatur nobis
examinacionem diligentem imitandi
hominis dicit. Attendite a falsis
prophetis qui veniunt ad vos in vesti
mentis ovium. intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. a. fructibus eorum
cognoscetis eos. In quibus verbis nos red
dit attentos et cautos ut eorum
verbis quos volumus sequi considere
diligenter condiciones. Et bene
dico nos reddit attentos. quia
hoc verbum attendite diligentem

cautelam et attencionem importat
nam ubi res est manifesta
non dicitur attendere sed aspicere
uel intueri. Ubi autem occul
tum et incognitum est quod debet
cognosci dicitur attendere id est
diligenter et caute considerare
et certe bene debet attendere
homo quid faciat in eis que
pertinent ad salutem quia nimis
fugienda sunt que salutem
impediunt. Unde Seneca in Epistola
super quadam. Non est debilis sed
firma tutela salutis scire que
fugere debes. In hac vero
admonicione considerandarum
condicionum hominis imitandi
quatuor debemus aduertere
scilicet doctrine veritatem. habitus
qualitatem. mentis sinceritatem
et operum probitatem. Doc
trine veritas corrumpitur per
falsitatem. habitus qualitas
simulat honestatem. mentis
sinceritas perditur per prauitatem
operum probitas edificat
dubietatem. Et hec quatuor
xpus diligenter proponens
docet attendere in predicatoribus. Primo doctrine
falsitatem cum dicit attendite
a falsis prophetis. propheta quidem
dicuntur non solum qui futura
predicant sed eciam qui mys
teriarum spiritu prophetico inspi
rati exponere conantur
Et si tales in exponendo

sancti spiritus secundum instinctum
veri sunt prophete. Si autem ad
sensum suum et ad attrahendos
et decipiendos simplices verba
scripturarum exponunt falsi prophete
sunt. Sed quoniam falsitas
et malicia manifesta paucos
vel quasi nullos decipere potest
et ideo se palliant sub aliquo
sanctitatis colore. Ideo secundo
nos admonet attendere habitus
qualitatem cum adiungit. Qui
veniunt ad vos in vestimentis
ovium. Vestimenta quidem ovina
humilia et honesta speciem prefe-
runt christianitatis et cuiusdam
religionis. sub quibus si lateat
malicia doctrine vel vite. simulate
et ficte nomen christiane religi-
onis portatur. et per consequens facilius
per ipsam simulacionem corda
simplicium seducuntur. Nam sicut
dicit Crisostomus ubi supra nulla res
sic exterminat bonum sicut
simulacio. Malum enim sub specie
boni celatum dum non cognoscitur
non cavetur propter quod deus hanc
pestem deceptricem abhominatus
apocalipsis iii dicit. Utinam frigidus
esses aut calidus. sed quia tepi-
dus es. incipiam te vomere
ex ore meo. Frigidus quippe
est ille qui aperte peccans ex eius
defectum ordinati amoris patet
non pretendens se illo amore
calere. Et ideo in tantum minus
potest decipere in quantum aperte
suam pravitatem ostendit. Calidus
autem est qui et interius et ap-
parenter calore ordinati amoris
succenditur et iste non decipere sed
accendere ad divinum amorem alios
pro posse conatur. Sed tepidus est
ille qui pretendit se calidum
divino amore ostentacione vite
simulate cum tamen intus careat
vere dileccionis ardore. Et quia
talis plus potest corrumpere alios
dum minus cavetur ab eis. Ideo
ex ore divino evomitur quia ab
eius ecclesia catholica separatur. Secundum
quod christus dicit adulterata est mentis
sinceritas et quia ista corrumpitur
per affectus pravitatem. ideo
adiungit. Intrinsecus autem sunt
lupi rapaces. Sicut enim patet
Jo. x. Officium lupi est rapere
non nutrire dispergere non congregare
et lupus inquit rapit et dispergit
oves. Si autem lupus sit rapax
impie et crudeliter ac vorax
rapit dispergit et devorat. Et
vere ypocrite heretici sunt intrinsecus
lupi rapaces quia instar luporum
rapiunt quos possunt ut post
se trahant tamquam predicta
predam acceptam de grege de
quibus dicitur Eze. xxii. Principes
in medio eius quasi lupi rapientes
predam. Iterum instar luporum
dispergunt quia unitatem fidei et
ecclesie christi pro viribus dilacerare
conantur. christi et maxime nunc
quoniam mundus est quasi in fine propter

quod dictum est Ierem. v. lupus ad
vesperam vastabit eos. lupi enim
i. heretici ad vesperam i. mundi. ad
vesperam et finem sue consummacionis
tendentem vastat i. destruit et diuidit
fidelium vnitatem. Unde Cris.
vbi supra loquens de doctoribus
hereticorum dicit. Eo ipso speciem
christianorum suscipiunt ut christia
nas iniquo seductionis morsu
dilaniant. 3o instar luporum de
uorant quia hi immanissimo fu
roris gutture ad mortem spiri
talem trahunt et postremo trah
unt ad eternam penam. Deuora
cionem prouidebat apostolus quando
dicebat actuum xx. Ego scio quod post
discessionem meam intrabunt
in vos lupi rapaces vel graves
non parcentes gregi. 4to docet
christus attendere operum probitatem
cum annectit. a fructibus eorum
cognoscetis eos. fructus enim
hic pro operibus accipiuntur. opera
enim ab habitu mentis procedunt
si propter delectabiliter ac perse
ueranter fiant nam qualis est
vnusquisque per habitum ment
manens talia loquitur et talia
operatur exterius. Et ideo male
habituati scilicet per habitus viciosos
promi sunt ad opera prauitatis
et ex operibus illis quales sunt
manens cognoscuntur. bene autem
habituati per habitus virtutum
promi sunt ad opera probitatis

et ex eis cognoscuntur quales
habitus gerant in mente. S
ciendum tamen quod quedam sunt
opera de genere bonorum que bo
et malis possunt esse commu
nia ut ieiunium oratio et elemo
sina et per tales operaciones
non discernuntur infallibiliter
mali a bonis. Sunt autem
alia opera que solis bonis com
petunt ut opera caritatis et ista
sunt illa que bonos ostendunt
differre a malis. Et hoc dicit
augustinus 2o libro de sermone domini
in monte. Sunt illa que apostolus
enumerat. vocans ea opera spiritus
dicens. fructus autem spiritus
est caritas gaudium pax pa
ciencia etc. Aliter autem pos
sunt accipi fructus a quibus
boni discernuntur a malis dicit
augustinus vbi supra. et gregorius xxxi
moralium. Cernendo enim
aliquis simulate preferat speciem
sanctitatis et per hoc est
vestitus vestimentis ouium
si subtrahatur ab eo illud propter
quod simulata opera faciebat ut
honor vel laus humana vel
quod non reputetur talis qualem
se reputari cupiebat statim
desinit talia ostendere et ideo
a fructibus operum bonorum
in quibus non perseuerat cog
noscitur qualis est et hoc
est quod dicit augustinus vbi supra
de operibus conuinci per [illegible]
exteriorem cultum ambicionis

aliqua faciant. Cum enim
ceperint aliquibus deceptacionibus
ea ipsa uel subtrahi uel negari
que isto uelamine uel consecuti
sunt uel consequi cupiebant
tunc necesse est ut appareat utrum
lupus in ouina pelle sit an
agnus in sua. Sequitur secunda
pars principalis eiusdem lectionis. Numquid
colligunt de spinis uuas etc.
in qua subnectitur conueniens
exemplificacio considerandi
operis quemadmodum in naturalibus
diuersorum effectuum sunt
diuersa propria ita exempla
naturalium per ductionem debemus
in humanis actionibus intueri
ut bona opera in bonam reducamus
principium in bonam scilicet uoluntatem
mala autem in malam uolun
tatem tanquam in suum principium
referamus et huius ductionis
opus ad principium corporis exemplariter in plantis
et arboribus ponens. primo
in speciali de quibusdam arboribus
diuersitatem fructuum per
diuersitatem uirtutis intrinsece
ex manifestat. Secundo in
generali de omnibus arboribus
hoc et uerum declarat cum
addit sic Omnis arbor bona
fructus bonos facit. Tercio ex
hiis exemplariter ad propositum adaptat.
dicens. Igitur ex fructibus
eorum cognoscetis eos. Dicit

ergo primo exemplificans in
specialibus plantis ordinem et
conuenienciam effectuum et
principiorum. Numquid colligunt de
spinis uuas aut de tribulis
ficus. Neque enim potest de planta
aliquid colligi quod non nascitur ex
ea. Radix autem et humor et
stipes spine non habent uirtutem
producendi uuas et eodem mo-
do nec tribulus producendi ficus.
et ideo sicut ex fructibus uuarum
arbor cognoscitur esse uitis non
spina. et ex ficubus arbor cog-
noscitur ficus non tribulus.
ita ex actuatis operibus homo
cognoscitur innocens non lupus
rapax. Et quia hoc generalissime
uerum est tam in moribus quam in
natura ideo adiungit secundo generale
exemplum cum dicit. Sic omnis
arbor bona que completur introducit
duo membra quantum ad duplicem fruc-
tificandi uirtutem. Alio modo quantum
ad impossibilem fructificandi trans-
mutacionem cum dicit non potest
arbor bona etc. Tercio modo quantum ad
malefructificare arboris combusti-
onem. Omnis arbor etc. Introducit
ergo generale exemplum duo membra
quantum ad duplicem uirtutem
fructificandi dicens sic Omnis
arbor bona fructus bonos facit
Arbor una uirtus scilicet bona fructifica-
cendi fructum bonum. Mala
autem arbor fructus malos facit

eere alia virtus alios fructus
producens introducat secundo hoc
exemplum quantum ad impossibilitatem fruc
tificandi transmutacionem. quia
est impossibile ex bona radice fieri
malos fructus donec est bona
Et impossibile est malam radicem ad
hoc devenire ut mala existens faciat
fructus bonos. Et hoc est quod dicit
non potest arbor bona fructus malos
facere. Et quoniam arbor fructifera
adhoc plantatur ut bonos afferat
fructus et si non fructificet
succidi debet tanquam inutilis
plantatori. ideo adiungit 3a inuti
lis arboris combustionem. Omnis
inquit arbor que non facit fructum bonum
excidetur et in ignem mittetur. Ad quem finem
autem ista in rebus naturalibus
considerari conveniat ipse aperit 3o cum
ad propositum exempla reducat dicens
Igitur ex fructibus eorum cogno
scetis eos. ac si dicat. Ex divisita
tem arborum rectitudinem volu
tatum et ex obliquitate ac pravi
tate eorundem operum pravitatem
videbitis voluntatum. hec sit ex
posicio litteralis. Spiritualiter autem
duplex potest poni predicta expositio. uno
modo. cum glosa super agit. qui
dicit quod uva in se habet misterium
Christi quia sicut botrus mediante
unitate ligni multa in se grana
continet connecta. sic Christus mul
tos fideles per lignum crucis sibi
adiunctos. Ficus autem significat
ecclesiam. quia sicut ficus multa
grana in uno tegimine hoc est
sub una cortice tenet inclusa
sic ecclesia multos fideles sub
una fide tenet dulci quodam
caritatis amplexu connectos.
In ficu igitur duo possunt
signari. scilicet caritatis opera
in dulcedine et unitas communi
one. De tribulis ergo .i. de
dyaboli servis hereticis ypo
critis et similibus habentibus
aculeos peccati propter fal
sam doctrinam vel maculatam
intencionem non possunt col
ligi opera caritatis et unitatis
sicut nec colliguntur ficus
de tribulis malibus. In uva
autem intellige alia bona
opera vel ceteris. In eo enim quod uva
in torculari pressa et conculca
ta non resilit nec resistit
significat opus perfecte pa
ciencie. In eo autem quod sic
pressa. sincerum vinum absque
admixtione aque ex ipsa procedit
significat opera sinceritatis et
veritatis. omni duplicitate
carencia. Et in eo quod vinum
ex ipsa expressum dulcedinem
et suavitatem continet signat
suavem gustum illius dulce
dinis quem boni viri haurient
de eius iuxta illud psalmiste Quam
magna multitudo dulcedinis
tue domine. Et iterum Gustate
et videte quoniam suavis est
dominus. per hoc autem quod vinum
suave et dulce cor letificare
habet signat gaudium et leticiam

quam sancti viri in spe vite eterne gerunt et hac in spiritu sancto. Opera enim patente sinceritatis spiritualis dulcedinis et gaudii. De ervis que significatur in uva nequaquam de spinis i. de sceleratis dyaboli colligi possunt qui vel publice vel occulte fideles lacerant. Maxime de ypocritis et hereticis. Alio modo etiam spiritualiter potest pars predicta exponi magis moraliter sicut habetur in glosa. Cure et sollicitudines huius seculi secundum salvatoris sententiam in parabola seminantis Mt xiii. Spine sunt in quibus homines spiritualiter lacerantur. Spine ergo et tribuli que sunt seculi et punctiones viciorum pertinentes ad vitam carnalem hominis veteris cui dictum est. Cum operatus fueris terram non dabit fructum suum sed spinas et tribulos germinabit tibi Gen iii. Uve vero et ficus dulcedinem signant nove conversationis quam Christus inchoavit unde et in principio sue predicationis esuriit quando vidit ficum. Signans se esurire et desiderare nove conversationis dulcedinem in hominum moribus atque vita. Non igitur colliguntur fructus nove conversationis de spinis et tribulis carnalis et veteris consuetudinis. Mens enim talibus occupata vel pressa potest

quidem simulare sed tamen fere non valet fructus nove conversationis. Sequitur generalis sententia de operibus et eorum principiis. Sic omnis arbor bona etc. De arbore quid intelligatur per ipsam multi multa dixerunt. Sancti tamen quasi omnes concorditer per ipsam intelligunt voluntatem ad cuius evidentiam sciendum est quod prime affectiones voluntatis sunt amor et timor. Ex istis nascitur appetitus rei amate vel fuga rei cuius cavetur prima et isto appetitu mediante homo prorumpit in verba et opera. Sic arbor bona voluntas bona. Huius arboris radices sunt due: amor bene inflammans et timor bene humilians. Stipes autem qui oritur ex hac duplicata radice est appetitus ordinatus in appetendo appetenda et non appetendo non appetenda. Et sic est rectus et non obliquus. Hic autem ramificatur in multos ramos i. in diversitatem appetituum respectu multorum recte appetendorum. Et quia oportet multa dicere et loqui ut appetibile possit acquiri ideo imperante voluntate sequuntur suo tempore folia i. verba a radice predicta stipite mediante cum ramis. Sed ad ultimum in flores et fructus bona voluntas prorumpit quando ~~ad~~ odorifera verba divina et opera sanctitatis producit. Econtrario autem mala arbor est mala.

voluntas. cuius radices sunt amor male inflammans et timor male humilians. Stipes et rami mali appetitus. folia mala verba et fructus mali opera perversa. Sic igitur bona voluntas per bonas affectiones et bonos appetitus facit bonos fructus et econverso mala malos. Sed quia posset aliquis dicere voluntas bona bene potest facere bonos fructus et etiam cum hoc quosdam malos. Et similiter mala voluntas potest mala opera facere et cum hoc etiam quedam bona. ideo statim hoc excludens dicit Non potest arbor bona etc. Nec dicit non potest arbor bona mala fieri nam quia homo dum est in via habet voluntatem deambulatoriam et vertibilem potest bonam voluntatem mutare in malam ut sic arbor bona fiat mala ut patet in saule qui in principio regni bonus in fine autem tam malus est factus ut sibi reprobatus. Similiter potest homo malam voluntatem mutare in bonam et sic facere fructus bonos ut patet in paulo qui erat mala arbor quando fuit persecutor. effectus autem est bona quando conversus positus est factus maximus predicator verum quia ad hoc homini est data voluntas ut cum adiutorio gratie per virtutem liberi arbitrii faciat bonos fructus. Ideo pro dicere

iustitie equitatem omnis voluntas ex qua non prodeunt boni fructus excidetur et in ignem mittetur iuxta sermonem christi. Matthei xiii. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Bene ergo separantur qui a iustis separantur. Sequitur tertia pars principalis euangelii. Non omnis qui dicit michi domine domine. In qua ostendit sufficiens ratio consequendi muneris id est regnum dei. Regnum enim dei ex multis cum gratia acquiritur. Ratio autem perfecta muneris non est constituta in ostentatione vite nec in loquacitate sermonis sed in perfecta imitatione christi in qua voluntas patris ... Et ideo christus ad manifestandam rationem muneris sufficientem ad vitam eternam duo facit. Nam primo ostendit quid ad ipsum non sufficiat. Non omnis qui dicit etc. 2o manifestat in quo perfectio constat cum addidit Sed qui facit voluntatem etc.

Ostendit ergo primo quid ad apprehensionem muneris non sufficiat dicens Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum. Quemadmodum ille qui vitam vel speciem sanctitatis ostentat exterius interius autem est intentione perversus propter taciturnitatem sanctitatis cavendus est et

vita rone caret. Sic qui spem
habet sanctitatis extus et ad
hoc sana doctrina pollet si
eius opera non conformentur
doctrine vita rone carebit in
glosa et accepta est de verbis
christi in omelia. Utrumque enim
sibi invicem necessarium est ut et ope
sermone et sermo operibus compro
betur. Ad clariorem evidenciam
verborum xpi intelligendum
quod omne opus vel factum vel
dictum bonum quasi reputat
xpm tanquam dominum et principium
omnis boni. Et ideo qui honeste
vivit extus per speciem sanctitatis
semel dicit xpo domine. Qui
autem cum hoc addit bonitatem
doctrine ille bis dicit xpo domine
domine. Qui autem habet hones
tatem in moribus exterioribus
sanitatem doctrine et cum hoc
sanctitatem vite et bone opera
omnis explicat dicit xpo domine domine
domine. Non igitur omnis qui tantum
semel sed per simulatam orationem
audit sed ore exclamans. nec
etiam ille qui dupliciter sed oratione
vite et predicatione doctrine
sed xpo securum profitetur intrabit
in regnum celorum nisi addat
tamen domine ut ortiorem ho
nestatem et doctrinam sermonis
confirmet per opera sanctitatis
Sed dubitaret aliquis quomodo
verum sit non omnem qui dicit
xpo dicit domine intrabunt

in regnum celorum. Cum apostolus
dicat nemo potest dicere domine ihesu
nisi in spiritu sancto qui autem habet
spiritum sanctum habiturus est regnum
celorum. Ad hoc dicit Jeronimus
dicens. Nemo potest dicere dominus ihesus
hic accipit dicere pro facere sicut
sepe accipitur in scripturis ut sit
sensus. Nemo potest facere opera
xpi dicendo ipsum dominum id est imitando
eius opera nisi per graciam spiritus
sancti. Salvator autem quando dicit
Non omnis qui dicit michi domine
domine. hic accipit dicere communiter
sicut consuevit accipi in communibus
expressionibus nominum et sic unum
alteri non contradicit. Beatus
augustinus aliter solvit. dicens
quod hoc verbum dicere proprie accep
tum significat expressionem volun
tatis et intellectus ut illud verbum
dictum ab homine quod cum voluntate
et intellectu dicitur ut sit talis con
ceptus mentis intus qualis sit
vox exterius. et hoc modo accipit
apostolus quod nemo potest dicere dominus
ihesus nisi in spiritu sancto hoc est
virtute spiritus sancti. Aliter acci
pitur largo modo pro omni ex
pressione vocis et hoc modo accipit
salvator in hac parte. Videtur
autem michi quod aliter solvi possit
Nam spiritus sanctus aliquando
datur solummodo ad actum prophetie
vel ostensionis confessionis aliorum
verborum aliquando datur solummodo ad
meritum vite. aliquando datur utroque

modo. 2m modum primum habuit
Balaam spiritum sanctum. et aliquando
saul. Modo autem secundo habet
eum simplices fideles. Secundum
autem 3m modum habuerunt sancti
prophete. Non sequitur ergo. quod omnis
qui habet spiritum sanctum primo modo
et virtute illius dicat domine. domine
habiturus sit vitam eternam
et de talibus forte hic loquitur
cristus qui sic habent donum divine
cognicionis ut vitam non conformiter
doctrine. Et quia hoc
non sufficit ad vitam eternam
Ideo adiungit in quo consistat
perfeccio vite. Sed qui facit voluntatem
voluntatem. p. m. q. in. ce. ip. it.
intrabit. Non omnis via ducit ad
bonum finem quia necessarium est
specialem ac singularem viam ad
illam. que ad finem bonum perducit
Sermo ergo quia communiter
datus est omnibus et omnes
pene sermonibus uti possunt
non est sufficiens via salutis
sed conformare voluntatem suam
voluntati divine per obedientiam
perfectam. Singularis via est
et paucorum et ista est que
ducit ad vitam ut sicut hic homo
deo obtemperat dum vivit ita
illic cum deo gaudeat post mortem.
Unde hylarius. Celestis
enim regni iter obediencia est
voluntatis dei non nuncupacio
reptura est. Vel sic et breviter

posset legi hec littera post
Superius dixit ex fructibus
discernendos esse malos a bonis
hic dicit qui sunt fructus
communes bonis et malis. et
qui sunt fructus proprie bonorum
tantum dicere enim domine domine
et breviter hec apparenciam
bonitatis in verbis. commune
est bonis et malis. et ideo
per hanc nec dicendus est esse
arbor bona nec intrare
in regnum celorum. Facere
autem voluntatem patris qui
est in celis fructus est proprius
bonorum. et iste est fructus
qui tantum pertinet ad arborem
bonam quam non potest habere
falsus propheta. omnis autem
qui ipsum habet intrabit
in regnum celorum. Unde augustinus
de sermone. do. in monte. Non pertinet
ad illos fructus de quibus supra
dicit a fructibus eorum
cognoscetis eos. pertinere
siquis domino nostro dicat domine
domine. et ideo nobis arbor
bona videatur sed illi sunt
fructus facere voluntatem
dei de qua dicitur. Si quis fecerit
voluntatem etc.

Homo quidam erat di(ve)s
qui habebat villicum
et hic diffamatus est apud
eum etc. luce xvi. Inter cuncta
hominibus necessaria ad salutem

est prudencia in periculis · quia
iacula minus feriunt que pre
uidentur · et nos tollerabilius
futura pericula sustinemus
si contra hec providencie
clipeum munimur · Periculum
autem maximum imminet trans
gressori quando habet dominum pru
dentem et iusticie amatorem
atque subtilem inquisitorem
quapropter oportet ipsum qui
transgressus est sibi providere ali
qualiter in futurum ut eciam
post susceptum sententiam puni
cionum amicos recipiat quorum beneficio
sustentetur · volens igitur sal
uator reddere sollicitos de
providencia habenda in futu
rum · maxime contra diuinam
iusticiam quam pro nostris offen
sionibus expectare debemus
congruenti similitudine nos
informat dicens · homo quidam
erat diues etc. // Ubi primo
describitur iusticia opus exa
minans in principio ewangelii · homo
quidam erat diues // Secundo
providencia refugium preparans
nobis subditur · ait autem vil
licus intra se quid faciam
etc. // 3o · Doctrina similitudine
nos informans nos concludit
et ego dico vobis facite
vobis // Providenciam autem
prima ubi describitur iusticia

opus examinans · sciendum est
quod ad actum iusticie que fit inter
deum et hominem propter hominis delicta
quinque consueuerunt concurrere
Primo potencia coherceens · 2o
relacio accusans quando scilicet
refertur domino malicia hominis
3o est qualitas reprehendentis
quarto diligencia examinantis
Et ultimo districcia iusticie con
dempnantis · Et ideo ad describendum
opus iusticie examinatis ewangelista
breuiter ista quinque est complexus
Primo enim describit potenciam
cohercentem · 2o famam vidicam
accusantem · 3o mansuetudinem
curialiter reprehendentem · quarto
diligenciam racionem diligenciam
requirentem · 5to districcionem pe
nam acriter condempnantem //
Potenciam cohercentem describit
primo cum premittat homo ·
quidam erat diues qui habebat
villicum · Ille certe potens est
alium cohercere cui inest vigor
animi habundancia thezauri et
auctoritas dominii · si enim aliquis
habeat animum effeminatum propter
defectum vigoris mentis timet
vel negligit eciam sibi subditos
cohercere · hunc defectum exclu
dens ewangelista ab illo qui per iusticiam
habet examinare vocat enim
hominem quendam dicens · homo ·
quidam erat diues · Ecce quod homo
tam re tam seru · vigor animi
ipsius datur intelligi quod 7 sine

per singularem designacionem. cerendi quia dicitur re quidam ut per ea quod exprimitur in eo quod dicit certe intelligatur credendi firmitas. per hoc quod dicit quidam intelligatur firmitatis singularitas. et sic homo quidam certe importat vigorem animi in domino qui habet potenciam coherendi. Ulterius si quis habet defectum thezauri propter paupertatem potest a iusticia obliquari quia istud est donum de hiis que defuerunt puerte rectitudinem iusticie. sed avaricia accipiendi alienum propter defectum proprium ad hunc igitur excludendum defectum subiungitur dives quasi sit non egens. muneribus ut pro ipsis a iusticia obliquetur

Consuevit eciam perire iusticia propter defectum presidentis et auctoris. quia non est aliquis ad quem pertineat dominium et per quem discernere vel inquirere vel examinare causarum merita ad quod excludendum subdidit eciam auctoritatem dominium. Qui habebat inquit villicum. Villicus enim proprie villicus. sit custos ville. alicuius domini sicut yconomus est dispensator domus. Unde Beda super lucam. Villicus quippe ville gubernator est

unde. et a villa nomen accepit yconomus autem tam pecunie quam frugum et omnium que habet dominus dispensator est. Dicitur autem yconomus ab ycon quod est ymago vel signum et noma quod est lex vel regula. quia ad eius ymaginem vel signum. tota domus regitur et ligatur. Tamen hic accipitur villicus. pro omni dispensatore cui salutis commissa est cura dispensandi omnes res. dom. sui. Secundo describit famam vidicam accusantem eum ad... est hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona illius. peccatum enim alicuius aliquando sic est occultum. ut vel nulli tantum vel pauci sit notum. Aliquid autem sit manifestum est ut fama contra laboret contra eum. et huiusmodi peccata habent emendacionem et differunt. Secundum quidem quia si est occultum debet in occulto debet in occulto accusari. Si manifestum in tantum quod fama contra ipsum laborat debet in publico accusari. In hoc ergo differunt. Conveniunt autem in duobus primo quia ambo debent accusari apud illum cui pertinet ipsa corrigere 2º quia pro iusta causa.

et cum tali circumspectione debet fieri
talis accusacio. Ex quo colligere
possumus quod ad pacem publicam ac
iusticiam tres debent condiciones
concurrere. Prima est accusacio
subita et hoc notatur in hoc quod dicitur.
est hic diffamatus est. diffamacio
enim aliquando importat iniustam
infamiam aliam impositam sine
causa sicut fuit illo tempore impositum
falso sancte susanne et hoc modo
non accipitur hic. aliquando vero
diffamacio accipitur pro accusacione
alicuius criminosi contra quem probabilis
fama laborat. et tempore
clamore quasi cum accusatur
et hoc modo dicitur hic villicus
diffamatus .i. fama ipsum ma
nifestante accusatus. Secunda
condicio que ad hoc debet concurrere
est persona debita apud quam
accusacio est fienda et hec notatur
cum additur apud illum scilicet
cuius dominio subiacebat qui eciam
potest veritatem discutere precaue
ntalis ac emendare vel punire
defectus. periculum enim est
accusando defectum alterius
apud illum ad quem non spec
tat eius correccio potius sit
ipsum infamare quam accusare
quia non ex amore correccionis
sed ex desiderio correccionis con
fusionis proximi videtur oriri
Tercia condicio ad hoc concurrens
est iusta et necessaria causa accu
sandi que notatur in hoc quod subiungitur
quasi dissipasset bona ipsius

iuste enim apud dominum aliquem
accusatur qui res domini male
tractat sibi duplici racione primo
quia potest preueniri ne amplius
res dissipet. 2o quia non est
iustum male agenti concedere li
bertatem et licenciam perseverandi
in malo et ideo talis accusacio
iusta est quia et preuenitur dissipa
cio bonorum domini. et aufertur
ab impio libertas male agendi
et per consequens occasio correccionis
prebetur eidem. 3o describit ma
suetudinem curialiter reprehen
dentem eum annectit. Et vocat
illum et ait Quid hoc audio
de te. Optimus inquit modus
corripiendi est mane a verbis
dilectionis que et beneficium dei
revocent ad memoriam et trans
gressionis viciam non debuisse
committi ostendant. quod hinc datur
intelligi eo quod dicitur quid hoc
audio de te. ac si diceret eidem
quomodo potest esse ut talia committeres
tu. cui tanta bona feci. adverte
igitur quam graviter deliqueris
qui tam beneficum dominum non
timuisti offendere. 4to ponit
diligenciam racionem requirentem
Redde inquit racionem villicacionis
tue. hec racio est exponere domino
quam fideliter habuit se in rebus
sibi commissis illas utiliter procurando
sollicite custodiendo nec modo
indebito distrahendo quod si aliter
gessisset dispensator vel villicus

non parcando eas utiliter non
custodiendo sollicite vel distra
hendo indebite. per examen eius
comprehendetur eius malicia. vel
infidelitas dispensandi. Deinde
ponit severitatem penam actu
dominantem cum concludit Iam
enim non poteris villicare. hoc
est non habes amodo officium
dispensandi vel custodiendi res
meas. Prima quidem pena qua
plecti debet ille qui res. sibi
commissas infideliter tractat est
ista quod debet amoveri ab officio
sibi commisso et privari aliete
qualibet quam prius habuit in rebus
illis quod bene insinuatur cum
hinc dicitur. Iam non poteris villicare
quasi dicat amovebo te ab aucte
et dispensacione rerum mearum.
Sic igitur ad litteram sit exposita
prima pars huius ewangelii. ope
raliter autem ista pretendunt.
spiritualem sensum. homo enim
iste redemptor noster est cui inest
et cum vigor insuperabilis et
thezaurus inamissibilis et poten
cohercendi inoperabilis. Et ideo
bene dicitur. homo quidam erat
et dives et habens villicum
Ut sit homo vigorosus dicit
ps. homo factus est in ea et
ipse fundavit eam altissimus
ita enim est homo quod fundavit
eam. Ut sit dives possessione
thezauri audi aplm Colos. ii.

Deus autem qui dives in
misericordia est. Et alibi. In eo sunt
omnes thezauri sapientie et
sciencie absconditi. Ut habet.
secundum dicit textus. Septenca
sic hominem habet ergo deus
villicum quemlibet hominem
cui aliqua bona spiritualia sive
eciam temporalia bene regenda
ordinanda ac dispensanda com
misit. ~~unde commisit.~~ unde
Aug. Non enim nos ut domini
in presenti vita collocati sumus
in propria domo. sed tamquam
hospites et advene quo nolu
mus et quo tempore non
putamus qui nunc locuplex
est in brevi fit mendicus ergo
quamvis scis novus te esse
dispensatorem alienorum
et transitorum usus tibi ut
concessa abiecta ergo ab animo
dominii fastu sumas humi
litatem et modestiam villici.
Et iste apud deum diffamatur
quando non bene utitur gtys
et rebus sibi commissis et dat
sibi gracia quando non exer
cet divinis opera pietatis ope
tenne opa iusticie de sua apo
rectitudinis de Ecclesiastico
officiis opera sanctitatis et
sic de aliis beneficiis dei si
datis non bene utitur. hoc
enim est bona domini dis
pergere uti dei domos. et

gratiam ad alium finem quam ipsa
bona de se ordinentur sicut
si male congreget divicias ut
male expendat. Unde Theophilus
Cum non extremus dispensa
tionem operum ad libitum domini
sed ad proprias illecebras commissis
abutimur cuiuslibet villici sumus
Hinc autem dives vocat quando
timorem mittit cum dampnacionis
dicens ei. Quid hoc audio de
te. quando ad mentem eius re
vocat malum desiderium beneficii re
cepti. Debet enim quilibet male
viuens gratiam sibi datam
cogitare quod eius pravitas in
auribus dei atque auditur. Et
in timor dampnacionis oritur
ex eo quod homo est sibi conscius
malorum suorum de quibus
in die mortis sue tenetur
reddere racionem. Ideo adiungit
Redde racionem villicacionis hoc
est dic. diem mortis excogita
in quo te oportebit racionem
reddere de omni commisso etiam
de ipso tempore vite dictum
est. Omne tempus tibi impensum
a te requiretur qualiter fuerit
expensum. Et quoniam illa
dies ultima in qua exigetur
racio de commissis ponit hominem
extra statum vite vel demerendi
omne enim meritum vel deme
ritum est constitutum homini
dum vivit. Ideo subiungit

Iam enim non poteris villicare
ac si diceretur. Veniet tempus
in quo nulla tibi commissa sic po
teris possidere ut eis utendo meritum
possis aliquid vendicare. Sic ergo
per duplicem racionem timoris dominus
~~dicens~~ revocat transgressorem
primo quia exigit ab eo racionem
eorum sibi commissorum. Secundo quia
statum merendi et cumulandi excludit
Sicut enim meritum angeli fuit
ante casum. sic meritum omnis
hominis est ante mortem. Huic
exposicioni morali concordat Crisostomus
qui dicit. Redde racionem villica
cionis. Iam enim non poteris etc.
Cottidie per talia effectus nobis
exclamat dominus ostendens nobis
florentem sospitate in meridie
post desperat examine est
et alium inter prandia exspi
rantem et diversimode ab hac
villicacione discedentem. Redde
racionem villicacionis tue iam enim
non poteris villicare. Ubi primo
describit exactionem debiti redde
re racionem. 2° commemorat commis
sionem officii villicacionis tue
3° excludit opportunitatem
merendi Iam enim non poteris etc.
Sequitur 2a pars principalis cum
ait autem villicus intra se. etc.
In qua describitur prudencia
refugium procurans. Ubi advertendum
quod prudencia proprie est necessaria in
periculis quando scilicet est periculum
vel perdendi habitum vel non

acquirendi desideratum. Vel hoc enim homo sibi providet in futurum ut ut non perdat quod iam habet. Vel ut acquirat quod non habet quo tamen indiget. Si autem habet tantam virtutem vel potentiam quod in omni periculo sit sufficiens quando vult per seipsum illi periculo obviare parum curat providere in futurum Si autem et imminet sibi periculum et in seipso cognoscat defectum quo non potest semper tali periculo obviare tunc providentia est sibi necessaria Et ideo ewangelista subtiliter tria in hac parte describit Primo notitiam periculi imminentis. Ait autem villicus intra se. Quid faciam quia dominus meus etc. Secundo impotentiam hominis defectum relevare non valentis ibi fodere non valeo etc. 3o Industriam villici sibi in futurum providentis ibi Scio quid faciam etc. Primo igitur sicut describit notitiam periculi imminentis dicens. ait. autem villicus etc. Timor enim hoc agit in homine ut intra se reversus examinet periculum Et ideo villicus timore pene perculsus ad semetipsum reversus cepit cogitare intra se et hoc est quod dicit ait autem villicus intra se. Scilicet quid cogitat vel examinat periculum imminens unde dicit. Quid faciam scilicet ut penas vel dispendium evitandi

in futurum autem quia dominus meus. animus beneficiis et dispensandi officio ab eo michi commisso villicacionem aufert a me villicationem. Et quoniam idem timor qui facit examinare et cognoscere periculum facit etiam pensare vires proprias hominis cui periculum imminet utrum per seipsum possit periculo subvenire. Ideo subdit etiam impotentiam hominis quam in se cognoscat non posse relevare defectum. unde subiungit. fodere non valeo. mendicare erubesco. Duplex enim via est qua homo pauper potest victum acquirere .s. secundum laborem proprium et beneficium alienum. laborem requirit artem et vigorem ita tamen quod ars parum vel nichil valet deficiente vigore. Et ideo ille cui vigor corporis deficit non potest per laborem sustentari et hec est impotentia quam ipse villicus in se considerans dicit fodere non valeo. Beneficium vero alienum in homine non assueto quando debet ipsum gratis petere magnam verecundiam parit in tantum quod multos retrahit a petendo et hoc est quod dicit cum subdit. mendicare erubesco. Verum quia preter laborem manuum et questum

mendicatum. tercia via restat hoi
ad prudendum sibi in futurum
donec est in statu prosperitatis
scilicet acquirere bonos amicos. Ideo
ponitur industria villici sibi
in futurum donec est in statu
prosperitatis prudentis. Quid inquit
quid faciam etc. ubi tam temporis
oportunitas quam modi congruitas
necnon operis sagacitas describitur.
Primo temporis oportunitas
Quid inquit quid faciam tunc
scilicet quo habebo auctoritatem dispen-
sandi et tractandi bona domini
quia infra istud tempus possum
michi acquirere amicos. ut cum
amotus fuero a villicatione ipi
propter beneficium quod prestitero
ipis recipiant me in domos
suas. Et sic nec oportebit me
laborare. nec etiam mendicare
et tamen habebo unde vitam
sustentem. Secundo describitur
congruitas modi que in hoc
consistit quod singulis debitoribus
domini sui aliquid de debito relaxavit
alteri quidem medietatem qua
primo designat contra dicens
convocatis itaque singulis de. d.
s. dicebat primo. quantum debes
d. m. at ille dixit. c. ca. olei
dixit illi accipe ca. tu. i. scripturam
in qua captum est et quantum
tantum sit meo domino obligatus
et diminuta mea. scribe quinquaginta.
Hoc fac cito antequam
sim amotus a villicatione

et hoc insinuat cum dicit. Et sede
cito. alteri autem relaxavit quintam
partem. nam quinta pars unius
centenarii sunt xx^ti quibus ablatis
a centum remanent lxxx Et
hoc est quod dicit. Deinde alio dixit
Tu vero quantum debes. qui ait
c. choros tritici. Dixit illi. accipe
litteras tuas et scribe lxxx. Est
autem cadus in greco idem. quod
amphora in latino et est genus
mensure continens urnas tres
forte idem quod ydria capiens tres
metretas. sicut dictum est. Jo.
2. Erant autem ibi lapidee ydrie
sex de quibus subditur quod capie
bant metretas binas vel trinas
Chorus etiam genus est mensure
capiens modios. xxx. 3o. operis
sagacitas quam declarant verba
domini villicum de prudencia commen-
dantis cum dicit. Et laudavit
dominus villicum iniquitatis. non
quidem de fraude facta domino
vel de iniquitate commissa. sed
de prouidencia qua sibi prudeat
in futurum. ideo signanter dicit
de quo laudavit eum quia pru-
denter egisset. In quo autem
talis prudencia magis vigeat
salvator annectit dicens. Pru
dentiores filii huius seculi filiis lucis
in generatione sua sunt. Filii huius
seculi sunt illi quorum studium
datum est ad prosperitates mundi
agendas quorum prudencia

dicitur prudencia carnis. Filii autem
lucis dicuntur qui ex suo statu
vel officio spiritualibus deputantur
negociis quia opera eorum talia esse
debent ut luceant coram mundo
deo et hominibus angelis. Ex quo
illi sunt magis solliciti et studiosi
querere et invenire media quibus
acquirant temporales prosperitates quam
isti sint in querendo spirituales
utilitates. Ideo filii huius seculi
dicuntur prudenciores in generacione
sua in qua scilicet student ad opera
temporalia quam filii lucis in sua generacione
in qua scilicet deputantur ad
opera spiritualia. Moraliter autem
continuando cum predicta moralitate
sic prosequor. Ex quo homo adhuc
constitutus in statu vite cui commis
sa sunt bona aliqua dispensanda
vel dona spiritualia accommodata.
predicitur quoddam tempus futurum
in quo amplius vivere non poterit
timore predictus debet intra se
tacitus cogitare et examinare
primo imminens periculum quia ea
que accepit temporaliter dispensanda
vel spiritualiter operanda sic sibi
accommodata sunt ut eorum usus
cesset ad requirendum vitam.
vita ista finita. et tunc auffertur
villicacio id est imponitur finis operi
meritorio ex quo potest homo
vitam acquirere. Debet etiam
proprium considerare defectum.

Inveniet enim se ad statum
aliquem tendere in quo fodere
non valebit. Mendicare autem
erit confusibile et inutile
fodere enim cum constancia in
ligone contricionis excolere
ut extirpatis ab ea radicibus
peccatorum tanquam spinarum
possit vales fructus afferre
hec autem tunc saltem post
hanc vitam homo facere non
valebit. quia nulla contricio
utilis erit tunc ad delenda
peccata. Quamvis enim dicant
inter se penitenciam agere
sapiencie v. tamen infructuosa
est eorum penitencia eo quod non
est propter detestacionem peccati
in quantum est offensivum
dei et infectivum anime sed
solum in quantum est lesivum
nostrum. Et ideo subditur ibidem
causa quare penam habeant
inter se et pro angustia spiritus
gementes. propter hoc enim
gemunt quia acerbitate pe
narum eorum spiritus angustatur
Mendicare autem erit con
fusibile et inutile sicut fuit
illis v. fatuis virginibus qui
dicebant sapientibus. Date
nobis de oleo vestro etc. Hic
ergo cogitans homo imminens
periculum et proprium defectum
sollicitus erit querere refugium

vel remedium. hoc autem non pt melius acquiri quam per opa mie. Et ideo de bonis sibi co misss a deo sive tpalibus sive spualibus per elemosinas et cetera spualia debet amicos spuales acquirere. Aliquando me dietatem ipsorum bonorum ex habundancia cordis misericorditer largiendo. Aliquando quintam ptem que est decima duplicata 2m quam convenienter est illis quibus opus mie fieri debet tribuendo. Ad hoc autem faciendum idea debet exemplo hominum huius se culi quorum prudencia est sollicita acquirendi amicos tpales ad quos tempore necessitatis recurrant. Et hoc faciunt eciam per modum illicitum et iniustum. Ad hoc enim totam parabolam istam salvator posuit ut per ea que videmus in temporalibus fieri spualiter faciamus. Et ideo bene sequitur

Sequitur 3a pars principalis cum dicit. Et ego dico vobis facite vobis amicos etc. In qua ponitur doctrina similitudine nos informans. Duplicater autem in hac similitudine informamur. Primo enim instruimur de malis bonum elicere. 2o contra defectum

spiritum in remedium providere instruimur ergo primo de malis bonum elicere cum dicitur et ego dico vobis. Ego inquit aius spus est elicere bona de malis et per temporalia humanam dirigere ad eterna. Unde quod dico vobis facite vobis amicos de mamona iniquitatis mamona. Enim syram linguam significat divicias iniquitatis scilicet vel inique possessas vel iniuste acquisitas de quibus bonum elicitur cum bene prudenter ac modo debito dispensantur. Hys enim bene dispositis et distractis acquiruntur amici spuales tanquam de mala terra per bonum exercicium colligitur bonum fructus. Instruimur 2o contra defectum spiritum remedium providere ad quod enim facere nobis debemus amicos. Ut cum defeceritis aliquid recipiant vos in eterna tabernacula. Nullus enim tam iustus de lege communi qui non possit spu tari parum. Et ideo in districto examine iusti iudicis multum sibi inveniet deficere. Unde ubi meritum spiritum deficit suffragari possunt intercessiones sanctorum quos nobis facimus amicos ut eorum precibus recipiamur in celum si dum vivimus eis tpalibus vel spualibus ministramus dum vivunt nobiscum. vel eorum amore et reverencia facimus indigentibus iniam quam valemus. Ex enim de talibus acquirendis amicis

saluator intelligat apte declarat
quando etna thabernacula exprimit
Recipiant inquit vos in etna
thabernacula. posset autem hec
doctrina nos informans de quodam
argumentum a minori hoc modo
Si de malo potest fieri eternum bonum
ut etiam mamona iniquitatis
bene dispensata committitur in iusti
ciam. Quanto magis diuicie iuste
acquisite et bene possesse. vel
gracie spirituales. si bene dispensentur
atque homo bene vtatur eisdem
tales amicos acquirent ut homo
etiam minoris meriti diuicias et
gracias in etna thabernacula a deo
recipiatur cuius amore talia bona
dispensauit et hoc erit initio
sanctorum quorum reuerencia et
istis bene vsus est. Quapropter
sicut eorum amicus in eterna
thabernacula cum eis recipiatur
et nobis concedat deus etc.

Vm appropinquaret ihesus
Jerusalem videns ciuitatem
fleuit super illam dicens. Quia
si cognouisses et tu. luc. xix. vere
legis lator bonus etiam predicator
qui voluit quod lex et doctrina sua
diligenter obseruentur debent exemplo
docere quod precipiunt et predicant.
Si enim aliud dicunt aliud faciunt
destruunt factis quod precipiunt verbis
Cum igitur saluator noster fuerit
perfectus in instituendo euangelicam
legem et in predicando salutarem
doctrinam quia ut legitur actuum
primo prius cepit facere quod

docere. hinc est quod omnes beati
tudines quas predixerat suo
voluit confirmare exemplo
sicut patet discurrenti per
singulas. Quia enim dixerat
Beati pauperes spiritu. vitam suam
in paupertate sua inchoauit
continuauit finiuit. quia dixerat
Beati mites. suam mititatem
posuit in exemplum ait et discite a
me quia mitis sum etc. Et
quoniam dixerat. Beati qui lugent
et beati qui esuriunt et siciunt
iusticiam. has duas beatitudines
in presenti euangelio suo exemplo confir
mat ruinam. etenim quia vo
luit ex compassione miserabilis
ciuitatis lugere ruinam illam
speciem beatitudinis confirmauit
qua dicitur Beati qui lugent
quia vero ex zelo iusticie voluit
eicere de templo ementes et
vendentes ac in ipso templo doce
cottidie viam iusticie confirmauit
reliquam beatitudinem. Beati qui
esuriunt et siciunt iusticiam
hinc introductorium consonat
verbum. Origenis dicentis. Omnes
beatitudines quas locutus est
ihesus in euangelio suo confirmat
exemplo. Sicut quod dixerat Beati
mites probat dicens. discite a
me quia mitis sum. Et quod dixerat
Beati flentes confirmat quia
fleuit super ciuitatem. iuxta
ordinem predictum euangelium habet
duas partes. Prima enim continet

salvatoris pietatem misericordis
compacientem in primo. Secundo
iusticie severitatem male facta
corrigentem ibi. Et ingressus
¶ Quantum ad primam partem
sciendum est quod non omnis fletus
pertinet ad illam beatitudinem
de qua dictum est: Beati qui lu-
gent. Sunt enim qui lugent
quidam qui flent dampna tempo-
ralium et isti propter hoc beati
non sunt. Flere ergo pertinens
ad beatitudinem cuius premium
est consolacio eterna est duplex.
Uno modo quando quis pro desi-
derio eterne vite a qua differtur
propter incolatum vite presentis su-
spirat et plorat dicens cum
propheta: Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est. Alio
quando quis ex consideracione
malorum spiritualium ut sunt
peccata et pene peccatorum sive
ea in se sive in aliis considerat
ea quadam pietate et amore
caritativo motus plorat. Et
hoc ultimo modo Christus flevit
super civitatem considerans
cum eam leturam in vanitatibus
affligendam suppliciis et igitur
ex visceribus quadam dulcedine
compassiva motus ploravit
dicens: Quia si cognovisses.
Ubi primo describit eius ta-
lentis compassionem. Secundo
fletus occasionem ibi: Et quod

in hac. Describit ergo primo
flentis compassionem dicens:
Cum appropinquaret Ihesus Ierusalem
civitatem scilicet electam spiritualiter
ad cultum divinum sicut habetur in pal.
vii. Elegi locum ut sit nomen
meum in ea. Videns civitatem
suam de merito future transgressionis
destruendam nimia ac pietate motus
flevit super illam dicens quia
si cognovisses sicut mala de proximo
tibi ventura sicut ego pro certitudine
mee divinitatis cognosco. Et tu
subaudi fleres. Christus etenim qui
vult omnes homines salvos fieri
compaciebatur miseriis peccatorum.
Cuius vera compassio in quantum
verus erat homo per hoc demonstrata
est quod veras lacrimas in signum
compassionis effudit. Sed quare
ipso redemptore flente ruinam
inestimabilis civitatis ipsa tunc de
sua ruina non flevit causa fuit
quia ipsam non previdit. Nam si
eam previdisset sicut Christus per
compassionem lacrimatus est
sicut et ipsa per tristiciam sue
future miserie plorasset quod bene
salvator expressit dicens: Quia
si cognovisses sicut quod tibi venturum
est flevisses. Et tu. Unde Gregorius in
omelia: Flevit etenim pius
redemptor ruinam perfide civitatis
quam ipsa civitas sibi non cognosce-
bat ad venturam. Cui flenti
dicitur recte: Quia si cognovisses

Ideo deducant oculi mei lacrimas et palpebre
mee defluant aquis quia vox lamentacionis
audita est de syon
Vinum sive cum lacrime penitencium vinum
sunt angelorum et in quo est odor vite sapor
gracie gustus indulgencie et sanitas inno-
cencie

et tu subaudi fleres que modo que
nescis quit tibi immineat exultas
Sciendum est quod xpus legitur
tribus diebus flevisse. scilicet
primo in morte lazari ut dicitur
Jo. xj. 2º hic quando videns civitatem
flevit super eam. 3º in cruce ut
dicit aplus ad heb. v. Cum cla
more magno et lacrimis se offe
rens. super lazarum quidem flevit
propter humanam miseriam. in cuius
signum dixit ubi posuistis eum
Super Civitatem flevit propter
humanam ignoranciam in cuius
signum dixit Si cognovisses
et tu. In cruce autem flevit
propter humanam maliciam. Summa
enim malicia fuit occidere innocentem
et maxime talem scilicet xpm.
Et hec tria scilicet miseria igno
rancia et malicia sunt inflicta
homini propter peccatum et ideo pro hiis tribus
xpus flevit qui venit satisfacere
pro eis. peccata enim nostra ipse
portavit Deinde cum addit Et
quidem in hac die etc. describit
fletus domini occasionem que
triplex est secundum triplicem racionem
qua diligens dolet de dilecto.
Nam si diligens aliquem amore
sincero. cognoscat ipsum amare
modo indebito ea que sunt sibi
contraria. cognoscat ipsum passurum
dura supplicia. Et tercio cognoscat
ipsum ingratum ad propria beneficia
occasionem triplicem habet tristicie

et compassionis. Et has tres
occasiones describit evangelista
propter quas salvator flevit ex
compassione super Civitatem
Primo enim cognoscebat
eos letari in transitoriis gaudiis
2º providebat eos puniendos
duris suppliciis. 3º advertebat
eos ingratos de divinis beneficiis
Cognoscebat ergo eos letari
in transitoriis gaudiis et ideo
dicit. Et quidem in hac die tua
que ad pacem tibi. dies hominis
est et non dei. totum tempus
quod homo in carnis voluptatibus
et in mundi vanitatibus expen
dit nec in ipso considerat quod deum
offendit nec eciam supplicia
futura previdet. sed quasi
in pace et iam vitiosam ducit
de tali enim dicitur pt. Et quidem
de hac die tua que ad pacem
tibi. ac si dicatur hoc tempus
in quo de temporalibus prosperitatibus
gaudes tuum est et in eo pa
ciosa letaris Talem diem
non desiderat ieremias quando
dicebat ieremie xvij. diem hominis
non desideravi tu scis. dies
autem dei et non hominis
est illud tempus quod homo
deputat divinis beneficiis
cognoscendis. divinis laudibus
decantandis. et divinis preceptis
exequendis de quo dicebat
propheta Constituite diem solempnem

in contemptu etc. Cuncta igitur
iherusalem ad quam saluator
attendebat tempus presens quod
tunc ei datum erat in uani
tatibus pacificis occupabat
Ideo xpistus ei condolens quod in
uanitatibus letabatur dicit
Et quidem in hac die tua que
ad pacem tibi. Unde gregorius. in cun
ctum enim se carnis volupta
tibus dabat. uentura mala
non prospiciebat in die sua que ad
pacem ei esse poterat habebat
Sed cur diem ad pacem in presen
tatibus habuit ostendit subdens
Nunc autem abscondita sunt
ab oculis tuis. Nemo enim se
cuus in prosperitatibus prosperitatibus
gaudet qui de primo sibi prouidens
mala uentura. Et hoc est quod
gregorius subiungit. Si enim a cordis
oculis mala que imminebant
abscondita non essent leta in
presentibus prosperitas non fuisset
Secundo preuidebat eos pu
niendos duras supplicias que
enumerat hoc modo. Quia ueniet
dies in te et circumdabunt te
inimici tui uallo etc. et coangustabunt
te undique etc. usque ibi. super
lapidem. Ad cuius evidenciam
est notandum quod supplicia que
per sententiam diuine iusticie
ante peccatores proferuntur debet
eorum peccatis correspondere. Et ideo

hic attendere debemus ordinem
suppliciorum correspondere quibus
peccatorum. Nam habitatores iherusalem
tempore pacis abutebantur uana
securitate letabantur. In multi
tudine populi gloriabantur. et de
ciuitatis magnificencia uane
commendabantur. Quia ergo tempore
pacis sibi concesse abutebantur
debebant per tempus desolacionis
puniri de quo tempore dicit salua
tor. Venient dies in te. ac si diceret
Nunc quidem in hac die tua que
ad pacem temporalem tibi concessa
est abuteris ipsa pace. Et ideo
tibi ad supplicia uenient in te
dies desolacionis iuxta illud. Osee
ix. Venerunt dies uisitacionis
uenerunt dies desolacionis. Quia
uana securitate commendabantur
ideo per timorosam obsidionem
puniuntur de qua subditur Et circum
dabunt te inimici tui uallo. Ista
iudeorum inimici fuerunt Romani
qui sub Vespesiano Tyto Romanis
principibus circumdederunt iherusalem
in circuitu. xlii anno post dominicam
passionem. eo quod ipsi iudei rebelles
recessissent a dominio Romanorum
inferentes hiis qui nomine romani
imperii eis presidebant. et ideo bene
dicitur quod ipsam circumdarent eius
inimici hoc est Romani qui oc
casione rebellionis facti erant
inimici iudeorum. unde gregorius in omelia
Romanos enim principes designat

cum dicitur. Venient dies in te
et circumdabunt te inimici tui. Hec
ut diuturnitas obsidionis et ve-
hemencia coartacionis cruciatus
adiungitur. Et circumdabunt te et
coangustabunt te undique. legitur
enim in hystoriis Romanorum
quod ob causam rebellionis imperator
Romanus Nero misit Vespasianum
et Tytum eius filium in Iudeam
qui iudeos convenientes ad diem
festum in iherusalem incluserunt et
undique fossatis. vallis atque exercitibus
vallaverunt interim ut coangu-
starentur intra urbem nec egredi
possent ut sic verificarentur
verba salvatoris. Circumdabunt
te. et coangustabunt te undique
hec est illa circumdacio de qua
iam predixerat salvator ut dicitur
luc. xxi. Cum autem videritis ab
exercitu circumdari iherusalem tunc
scitote quia appropinquabit desolacio
eius. quam desolacionem ipse idem
salvator nunc previdendo plorat
dicens. Et ad terram consternet
te. Nam romanus exercitus post
longam obsidionem et diversa
bella ut iosephus narrat civitatem
captam destruxit ita quod templum
funditus evertit. muros destruxit
et eam prostravit ad terram
Quia vero in multitudine populi
indebite gloriabantur. ideo adiungitur
tercia pena. Et filios tuos. qui
in te sunt. Sensus verbi est

quod non solum civitatem cap
destructuri erant hostes
ipsius. sed eciam populum dissipa-
turi. Sicut enim iosephus
refert iudeos centena mili
gladio et fame ibi perierunt
nonaginta milia fuerunt
dispersi. Ex quibusdam vero
ipsorum naves honuste fuer
et absque remige vel remis
maris fluctibus expositi
alii vero venditi. ita quod pro uno
argenteo. xxx. dabantur. eo quod
ipsum triginta argenteis emerant
et morti tradiderant. nec adhuc
pro vili precio inveniebantur
qui eos emere vellet iuxta
quod predixerat eis moyses deut.
xxviii. Venderis inimicis tuis
in servos et ancillas et non
erit qui emat. Ultimo quia
de civitatis sue magnificencia
vane gloriabantur pena quarta
subiungitur. Et non relinquet
in te lapidem super lapidem
Et prius salvator predixerat
futurum de templo nunc dicit
futurum de tota civitate. S
enim dicitur mt. xxiv. Dicenti
quodam ex discipulis christo. mag
aspice quales lapides et quales
structuras templi. Respondens
ihesus ait illi. vides has omn
magnas hedificaciones non
relinquetur lapis super lapidem

qui non destruatur. Et ergo
tunc predixit de templo nunc
de tota iherusalem affirmat
quod sicut dicit et Bedam hoc modo
verum esse probatur. Ciuitas ierusalem
tunc posita in tali situ quod locus
caluarie ubi crucifixus est dominus
et ortus ubi est sepultus extra
ciuitatem erant. nunc autem
Ciuitas posita est in tali situ
quod predicta sunt in medio uel
quasi in medio Ciuitatis ergo
prior Ciuitas crudeliter est
destructa. Qualiter autem
hoc factum sit dicitur in
hystoriis antiquis. Circa 50
Romanis recedentibus ab ipsa
iudei quidam qui euaserant
et latitauerant in spelunccis
et antris ceperunt reedi
ficare Ciuitatem. quo audito
Romani miserunt illuc helia
adrianum in manu forti qui
expulsis inde iudeis non reliquit
ibi lapidem super lapidem
sed ciuitatem totaliter trans
mutauit et in loco in quo
nunc est aliam hedificauit
heliam vocauit sed procedente
tempore nomen primum scilicet iherusa
lem recepit. 2o quia arguebat
eos ingratos diuinis
beneficiis. dicit eo quod non cog
nouerit tempus visitacionis
tue. hoc enim peccatum fuit
causa alium penarum precedencium

quia si saluatorem cognouisset
et aduentui eius grata extitisset
omnem poterat temporalem penam
euadere. unde theophilus. Si me cog
nosceres et in me crederes esses parcata
a Romanis et ab omnibus exempta
periculis. Moraliter autem Ciuitas
iherusalem animam significat. quam dominus videns
cecidisse de statu gracie qua videbat
pacem mentis sue et pacem eterne
future contemplacionis et positam
in statu sanitatis et pacis viciose
iocunditatis. in suis electis plora
tibus de talis anime ruina plorat
dicens per eos quia. Si tu mise
rabilis peccator cognosceres quod tibi
euenire debet et tu pre dolore
et compunccione ac tremore fleres
Sed quare sanctis plangentibus
statum peccatorum. ipsi peccatores non
plangunt causa dupliciter est. vna quia
temporalia et presencia tantum considerant
de quibus dicitur. Et quidem in hac die
tua que ad pacem tibi. Constituunt
enim aliquando oculos mentis
sue presentes leticias et ducunt in
bonis dies suos extolluntur honoribus
transitoriis tamquam si eternitus
ducatur et ideo tempus suum
habent ad pacem sibi. Et hoc est
quod dicit Beda super lucam. Quam hic
diem habet anima peruersa que tran
sitorio gaudet in tempore cui ea
que adsunt ad pacem sunt. quando
dum ex rebus temporalibus letatur
dum honoribus extollitur dum
in carnis voluptate dissoluitur

moraliter

dum nulla ventura pene formidi-
tatur pacem habet in die sua que
grave dampnacionis sue scandalum
in die habit aliena. Alia racio
est quia futura mala que peccatores
sunt passuri sunt non considerant
de quibus additur. Nunc autem
abscondita sunt ab oculis tuis eo
enim quod ipsi providere supplicia fu-
tura non curant. scelerius peccata
committunt et minus de commissis
dolent Et hoc est quod idem Beda
subiungit perversa anima rebus
presentibus dedita in terrenis volup-
tatibus resoluta abscondit sibi
mala sequentia quia providere futura
refugit que presentem leticiam per-
bent. dumque in presentis vite oblec-
tacione se deserit quid aliud quam clausis
oculis ad ignem vadit. Oportet quoniam
iusto dei iudicio fiat ut perversa
anima que tempus sibi datum
ad meritum expendit ad vane leti-
gaudium. accipiat tempus ultionis
ideo additur. Venient dies in te
et circumdabunt te etc. Ideo quippe
peccatricem animam desperante et iusti-
ciam de eius perversis actibus per-
suam mortis sequuntur eius
inimici i. demones eam circumdant
vallo. nunc perversam cogitacionem
nunc timorem. nunc desperacionem
nunc spem vivendi. nunc memoriam
scelerum eius memorie ingerendo
ut sic diversis fantasmatibus
circumscripta. et obsessa egredi
non possit ut convertatur ad deum

et exeat de peccato. Plerumque
enim sicut dicitur in sermone
de morientibus. percutitur hac
animadversione hec est. hac sen-
tencia peccatorum ut moriens oblivisca-
tur sui qui dum viveret oblitus
est dei. Oportet quia quanto plus
maligni spiritus animam persensum
appropinquare morti conspiciunt
tanto plus eidem efflantur
molesti. ideo additur. Circumda-
bunt te et coangustabunt te
undique circumdant eam in tali
quando precavis cogitacionibus
peccatores adiungunt quibus
sic includitur eius virtus intel-
lectiva ut arctata. et quasi
detenta in illis nichil ad salu-
tem suam pertinens permittatur
cogitare. et ut omnis racio
bone cogitacionis tollatur ab
ea. ad terram prosternitur. dum
dolor de amissione terrenorum
et timor mortis qua mediante
eos in terram revertatur eius
menti insinuatur. tunc enim
eius filii hoc est bone cogi-
taciones que ex naturali lumine
vel habitu fidei inde poterant
vel debebant prosternuntur ad
terram quia totaliter dissipantur
ut verificetur verbum psalmiste
in illa die peribunt omnes
cogitaciones eorum. sed. ut
omnis ordo spiritualis. hedificii in
tali anima sciatur esse destru-
endus adiungitur. Et non relin-
quent in te la. sup. la. lapis enim

sup lapidem in tali anima non
relinquitur quia in ipsa omnis
bonus affectus cogitatus af-
fatus et opus meritorium dis-
sipatur. Decimo quoniam tot
mala non nisi demerita sceleris
detestandi anima pati permittitur
ideo adiungitur demeritum
peccati eo quod non cognovisti tempus
visitationis tue. hoc enim peccatum
est ingratitudinis quo quis divinis
beneficiis est ingratus adeo quod
est quod ipsius demerito anima digna
est deseri a protectione divina
Sed advertendum est quod ille merito
censetur ingratus qui tempus
sue visitationis non cognoscit
visitat autem deus animam
precepto que tunc ingrata est
quando precepto salubri non ac-
quiescat. Visitat aliquando beneficio
que tunc ingrata est quando
beneficium a deo sibi dari vel
non cognoscat vel si cognoscat
non refert pro eo gratias do-
natori. Visitat interdum ipsam
inspiratione melioris vite et
correctionis que tunc ingrata
est quando inspirationi contradicit
visitat nonnunquam flagello que
tunc ingrata est quando nec
flagellis corrigitur sed inter
ipsa potius induratur. In omnibus
autem hiis dicitur non cognovisse
tempus sue visitationis propter
quod merito traditur potestati spirituum
malignorum. Sequitur secunda

pars principalis cum hic est ingressus
in templum etc. In qua ponit christum
iusticie severitatem malefacta
corrigentem. Ubi sciendum est
quod ad iusticiam pertinet mala corrige-
re quali corrigendi vel correcti ordinem
ordinare. et cum ordinem iusticie debi-
tum operari. Nam si quis corrigeret
aliquod malum secundum viam iusticie
et redderet ordinem debitum illius
correctionis quando apparet contra
iusticie vel obmitteret operari. Sed
quod ipsa iusticia requirit non tenet
perfectum locum nec modum iusta
correctoris. Ut igitur christum ostendat
christum perfectum in operibus iusticie
corrigendo introducit ipsum primo
ut malefacta corrigentem. Secundo
ut transgressores redarguentem
3o ut cum ordinem iusticie operantem
Primo ergo introducit eum
ut male facta corrigentem dicens
Et ingressus in templum cepit
eicere ementes et vendentes. Cum
enim in templo aliqua ementur
et venderentur ex avaricia debebat
sacerdotum qui hoc vel ordinaverant
fieri vel permittebant adhoc ut
volentes offerre munera in templo
parata invenirent ea que offerre
possent et nolentes offerre se
excusare non possent dicendo se
non invenire quid offerrent
hoc ergo peccatum quia ex avaricia
sacerdotum originem habebat ideo
salvator ipsum corripiens simulta-
tem eius et sacerdotum maliciam
increpavit insinuans ex hoc

q pene supdicte quas futucas·
cuitati pdixit maxime ex sacer
dotum culpa veniebant eo q ipi
pncipales fuerunt in ptorum
pctō. Unde gl in omel quia narra
verat mala ventura primus templu
ingressus est ut de illo vendentes
et ementes eiiceret ostendens q ruina
ipi maxime sacerdotum culpa fuit
Alia etiam racio est. quare hoc
factum corripuit xpus tanquam
malum. Uti enim re bona ad aliu
usum q ex divina institucione
sit ordinata maxime si eius
pncipalis usus sit inmediate ordi
natus ad dei cultum est grave
pctm. et ab illo qui zelat dei
honorem corrigendum. Sz templu
illud erat ordinatum taliter ad
cultum divinum ergo vendere ibi
res temporales erat abuti ipo
et ad alium usum q pncipalis eius
institucio requireret ordinare
unde amb. deus autem templum
suum non mercacionis voluit ee
diversorum sed divinalium solicitati
a xpo igitur qui zelabat pennum
honorem iste excessus tanquam
malus fuit corrigendus et ideo
cum alias sicut habetur Jo. 2. simile
correxisset hunc excessum additu
est ab eum. Recordati vero sunt
discipuli eius quia scriptum est ze
lus domus tue comedit me. re
inducat eum xpum ut transgres
sores redarguentem cum addit
dicens illis. Scriptum est quia

domus mea. domus oracionis est
Vos autem fecistis eam spe
luncam latronum. Sicut enim ad
legis naturalis conditorem ptinet
redarguere transgressores leg
et rectitudinis naturalis sic ad con
ditorem legis scripte ptinet re
darguere transgressores eorum
que in lege ipsa sunt scripta
quia igitur xpus conditor nature
est. ideo quosdam redarguit
de naturalis legis transgressione
Scripture etiam conditor fuit.
mosayce legis. hic transgressores
legis reprehendens dicit. Scriptum
est scz ysa. lvi. Quia domus
mea domus oracionis est. hoc
est ad hoc domus dei hedificata
est ut in ea deus adoretur
Sz vos transgressores legis
non observatis in ea. Sed pocius
fecistis illam speluncam latro
num quia enim ibi insidiabantur
simplicibus ut ementes decipe
quia ibi nummularii sedentes
aliena rapiebant indebite qr
ibi lesiones temporales pauperum
exquirebant et spiritualiter malo
exemplo simplices quasi suf
focabant putentes eos a via
dei. vere fecerant domum dei
speluncam latronum. Unde glosa
in omelia circa ad accipiendum
munera in templo residebant
profecto quia quibusdam non
dantibus lesiones exquirebant

dubium non erat. Domus ergo
orationis spelunca latronum facta
fuerat qua adhuc in templo
assistere noverant ut aut
non dantes munera student
corporaliter persequi aut dantes
spiritualiter necarent. Sed quid hoc
de multis viris ecclesiasticis di-
cemus. Imitantur enim illos
quos nunc christus reprehendit quia
adhuc in suis ecclesiis resident
ut non orationibus vacent ad
populi hedificacionem et susten-
tacionem. sed pocius ut ipsi
et eorum propinqui ditentur
et bona pauperum indebite reti-
neant et malis exemplis
populum iugulent et necent talibus
enim dicit christus. Septimum est quod
domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem
fecistis illam speluncam latronum
unde augustinus de quo. ewangeliorum. Signi-
ficavit enim futuros in ecclesia
qui sua negocia pocius agerent
vel receptacula pocius ibi haberent
ad occultanda scelera sua quam ut
caritatem christi sequerentur et
peccatorum confessione venia
accepta corrigerentur. Et ad
idem facit quod dicit gregorius in omelia
domum dei speluncam latronum
faciunt qui dum perversi homines
locum religionis tenent ibi
malicie sue gladiis occidunt
ubi vivificare proximos orationis
sue intercessione debuerant
in domo enim dei non nisi

sanctitatis opera debent exerceri
iuxta illud psalmi. Domum tuam domine
decet sanctitudo in longitudinem
dierum. Tercio introducatur eum tamquam
salvatorem verum et verum hominem iusticie
operantem concludens. Et erat coti-
die docens in templo. Racio autem
iusticie hoc dictare videtur. ut
quoniam quis alios reprehendit
et corripit quia loco sacro non
bene utuntur eius in eodem loco
operari debet in ipso ea pro quibus
factus est locus. Cum ergo christus
redarguerit ementes et vendentes
qui templo dei abutebantur. nec
in eo faciebant opera convenientia
templo ipse in eodem constitutus
non aliud quam opus divinum exercuit
docens populum ea que sunt dei. Nec
te moveat quod dicitur. domus mea
domus orationis est et tamen in
templo non dicitur orasse sed po-
cius docuisse quasi docere sit
aliud quam orare. Nam cum dicitur
domum dei esse domum orationis accipitur
oratio pro omni opere spirituali ele-
vante mentem humanam in deum
docere autem viam dei maxime
elevat mentem in deum. Et ideo
cum doceret in templo ipsum
faciebat domum orationis. Moraliter (moraliter)
autem continuando partem istam.
moralitati partis precedentis. Secundum
est. Sicut templum fuit quedam
pars civitatis illius ingrate in
qua deus colebatur sed tamen
a perversis per avariciam. dei cultus

in eo pluebatur sic inter multa
tudinem malorum hominum reperiunt
aliqui dei cultores qui a malignis
spiritibus vel a mundanis ambicionibus
et avariciis aliqualiter polluuntur
quia aliquo modo deficit in eis
amor dei propter amorem munde
talium mentes deus ingrediens
per adventum nove gracie tamquam
in proprium templum invenit ibi
ementes et vendentes quando
invenit cogitaciones acquirendi
temporalia per solliciatum studium
mundalium facultatum quos incipit
eicere quando eis audit quod plurimi
talia dixerunt quod periculose acquiruntur
quod timorose possideantur et hiis
similia proponit homini circa bona
transitoria quibus diligenter
consideratis incipit homo mundum
despicere et sollicitudinem munda
ne vanitatis a seipso eicere tunc
audit deum dicentem sibi auferte
ista hinc. hoc est expellite va
nas cogitaciones de anima vestra
eodem modo. que per ysaiam clamat
ysa. i. lavamini mundi estote auf
ferte malum cogitacionum vestrarum
ab oculis meis. Et vere hoc fieri
deberet. Scriptum est enim quia
domus mea anima scilicet sancta
anima christiana anima deo cultui
mancipata. domus oracionis est per
sanctas meditaciones. vos autem
per avariciam vestram et alias ma
licias fecistis illam speluncam

demonum. qui instar latronum
querunt eam furari mactare
et perdere. fecistis eciam eam
speluncam latronum dum in
ea latitare permittitis cogita
ciones iniuste acquirendi aliena
invidendi bonis proximorum et
interdum nocendi eisdem. et
si non publice saltem occulte
si potestis huiusmodi cogita
cionibus expulsis ab anima.
Christus in ea per graciam residens
docet eam cottidie de
regno dei. ad quod nos perducat amen
Predicabiliter. Domus mea
domus oracionis vocabitur. vos
autem fecistis illam speluncam
latronum. In quibus verbis
describitur primo loci dignitas
ad orandum cum dicitur. Domus
mea domus oracionis vocabitur
Secundo humana perversitas ad offe
dendum. vos autem fecistis
etc. Quantum ad tercium sciendum
sciendum est quod sive domus dei
intelligatur anima fidelis sive
militans ecclesia sive eciam ulla
ecclesia debent quidem reperiri in
ipsa quorum opposita plerumque
reperiuntur in ea et ideo domus
oracionis fit sepe spelunca latronum
Primum est decor puritatis
psalmus domum tuam domine decet
sanctitudo etc. hanc facit spe
luncam latronum immundicia car
nalitatis. Canticum. ii. ecce iste
dilectus meus in domo mea

facit scelera multa. Primum est
amor vanitatis. Ps. Cum hiis (?) facit
fecit vanitates. Vel. Vanus
mores in domo. hanc facit
speluncam latronum odium fr-
aternitatis iuxta illud .ii. Re. iii.
facta est contencio magna
inter domum David et domum
Saul. domus David vadens etc.
3m est splendor veritatis
Mt. v. Neque accendunt lucernam
et ponunt eam sub modio sed
super candelabrum ut luceat
omnibus qui in domo sunt. hac
facit spe. la. tenebra falsitatis
Je. vii. Nunquid spelunca latronum
facta est domus ista in qua
invocatum est nomen meum
dicit Dominus. 4m est compassio
pietatis. Ysa. lviii. Frange esu-
rienti panem tuum et egenos
vagosque induc in domum tuam
etc. hanc efficit speluncam la-
tronum avaricia cupiditatis
Prov. primo. Implebimus domus
nostras spoliis sortem mitte
nobiscum marsupium unum
sit omnium nostrum etc.

Dixit Ihesus ad quosdam
qui in se confidebant
tamquam iusti et aspernabantur
ceteros parabolam istam etc.
Luc. xviii. Officium prudentis
agricole est sicut inter plantas
fructiferas ut de agro suo
arbores steriles eradicet
et a simili officium est predicatoris
atque doctoris. sic plantare virtutes
in cordibus auditorum ut de eisdem
evellat semina viciorum quod bene
deus manifestat cum ad Jeremiam
dicit Je. i. Dedi verba mea in ore
tuo. ut evellas et destruas. et
disperdas et dissipes et hoc quantum
ad vicia. Et edifices et plantes
et hoc quantum ad virtutes. Cum
igitur Christus dominus in mundo officium
exercuit predicatoris et agricole
in agro huius seculi sic plantavit
in auditorum cordibus virtutes
quod ab eis vicia extirpavit. Et
bene huius evangelii lectio manifestat
in qua declaratur quomodo superbiam
tamquam vicium infectivum bonorum
operum si eis admisceatur. Christus
humiliandam ondit humilitatem
vero tamquam virtutem deo acceptam
premiandam et sublimandam con-
clusit. Iuxta hanc introductionem
evangelium presens habet partes tres
Primo enim describitur elata
superbia comprimenda. Dixit Ihesus
ad quosdam etc. 2o superbi et humilis
differencia consideranda. ibi Duo
homines ascendebant. 3o utriusque
diversa sententia approbanda. ibi
Dico vobis descendit etc. Vel
sic humana iudicia in hoc differunt
a divinis. quia humana fundantur
super cognicione exteriorum et eorum
que apparent. non super cognicione

Dom. 11

exteriorum et eorum que apparent
non super cognicione stultorum ita
q iudicant iustum illum qui in exte
rioribus iustus apparet. Sed diuina
que secundum cognicionem tam stul
torum quam manifestorum iudicant
illum iustum qui non apparet
(vel existenter) est iustus. Saluator igitur uo
lens comprimere superbiam eorum
qui de sua apparenti plus quam
existenti iusticia confidebant dixit
dum non iudicare secundum ea que
exterius uidentur in operibus. Sed
secundum ea que interius latent in
affectibus uirorum uel [illegible]
Et secundum hanc introductionem
euangelium habet partes tres. Primo
enim describitur apparentis boni
elacio comprimenda. dixit ihesus
ad quosdam. 2o Realis mali mali
et boni discrecio inuenienda. Duo
homines etc. 3o Recti iudicij sua
commendanda. Dico uobis descendit
etc. Et quoniam ad utramque intro
ductionem sequitur eadem diuisio
tocius euangelii. Ideo prosequendo
unam alia intelligitur et declaratur
perfecta. Primo dico quod describitur
apparentis boni elacio comprimenda
Ubi notandum est quod elati et
superbi primo reputant seipsos
et quasi se sibi sufficere estimant.
2o sua opera eis bene facta ui
dentur. deinde ceteros uilipendunt

quia seipsos reputant et se
sibi sufficere arbitrantur ideo
in seipsis confidunt quia uero
sua opera eis recta et bene facta
uidentur ideo credunt se esse
iustos. 3o Quoniam alios
uilipendunt ideo ceteros aspernantur
et despiciunt quasi nichil
sint respectu eorum. uolens
ergo euangelista describere superbiam
elacionem quorundam ostendit
eam integrari ex tribus predictis
Primo ex propria reputacione
eam dicit. dixit ihesus ad
quosdam qui in se confidebant
nullus enim confidit in re
quam non reputat esse sufficien
tem ad id ad quod refert suam
confidenciam ut nemo confidit
de adiutorio illius quem non
reputat sufficientem ad auxi
lium sibi conferendum qui
ergo de aliqua re confidit
reputat eam sufficientem.
isti itaque Iudei in se confidebant
quia seipsos sufficientes sibi
ipsis reputabant ex qua repu
tacione duplex colligitur
racio superbie. Prima est
quia qui se sibi sufficere
reputat de diuino adiutorio
non curat et quasi deum
despicit quod non potest nisi
ex radice magne elacionis

orci. Similibz enim talium dicitur
illam sniam Jere. 17a. Maledictus
homo qui confidit in homine
et ponit carnem brachium suum
et a domino recedit cor eius etc.
Secunda ro supbie est quia
qui aliquid se reputat cum ipse
nichil sit. credit de se quandam
excellenciam sufficientem quaz
non habz sed fingit in ppria exti
macione. hoc autem non potest
nasci nisi ex mentali elacione
supba. Et ideo sicut dicit aplus
talis se seducat. Sz° ondit cum
ad eandem supbiam concurrere ppa
eorum operum extimacionem
quia quicqz agunt videtur eis
factum sm regulas iusticie et
ideo adiungit. Confidebant in
se tanquam iusti. hoc est tamqz
habentes opera iusticie cum
tamen sicut dicit glosa. parua
bona facerent. Tercium qm sic
supbia quando dnatur in mente
facit hominem reputare seipm
et de suis opibus iudicare qd
sint iusta ita facit alios despicere
et eorum opa nichilum reputare
ideo subiungit et aspnabantur
ceteros. Sz quoniam deus
omnem arrogantem humiliat
et sicut dr ysa. 2. Erit dies dni
sup omnem supbum et excel
sum et super omnem arrogantem
et humiliabitur euenire. Ideo
saluator hic infallibiliter euenire
ondit ponens pabolam istam que
supbum humiliatum et humilem
iustificatum concludit. Cui concordat
snia sapientis pu. 29. Supbum
sequitur humilitas et humilem
spu suscipiet gloria. Sic igitur
premissa est aliquorum supba
elacio comprehensa. Sequitur 2a
ps pbolis cuius hic duo homines etc
in qua describitur supbi et hulis
dua sine veraciter iusti et iniusti
discrecio consideranda. Ubi primo
considerari debet eorum conueniencia
que est triplex nam conueniunt
in natura et ideo ponitur. Duo
homines ut ex nature equalitate
equalis racio mansuetudinis atqz
humilitatis detur intelligi ac per
hoc unius supbia ondatur non
aliunde qm ex prauitate sue voluntatis
causari. Nam ex quo natura omnes
homines equales facit non plus
habet ex racione naturalis motiui
unus causam supbiendi qm alius
licet forte hoc habeat ex qualitate
complexionis. sed ista non est
causa compellens hominem supbire
Alias sed forte aliqualis inclinacio sit
ex complexione in aliquo ad ela
cionem. tota igitur ro principalis
est a prauitate voluntatis non
ex condicione nature. Conueniunt
etiam in eadem actione. Quia ambo
ascenderunt in templum ut ex
conueniencia fidei sine religionis
equalis racio insinuetur affectus.
omnis enim qui templum dei
ascendit uel ingreditur debet

serpsum deo debent subicere quod si non
se subiecit unus. alter autem
se eidem subiciat. peraucitas volun-
tatis ondatur qui se non subiecit
sed potius se iactauit. Conveniunt
3° in proposito quia uterque ascendit in
templum ut oraret ut orarent
inquit. hoc autem deus adiungit
ut insinuetur quod licet tam superbus
quam humilis possit hunc actum quo
mens utriusque elevatur in deum
tamen propter superbiam tali coniuncta
actui elatus dicitur et propter
humilitatem coniunctam eidem peccator
orans iustus efficitur. Habuimus
ergo eorum convenienciam. Secundo
considerari debet eorum differencia
quia duplex est in statu. differunt
etiam in affectu. In statu quidem
quia unus eorum erat quasi sin-
gularem et religiosam speciem vite
gerens de quo dicitur. unus phari-
seus. pharisei dicuntur quasi ab
aliis divisi. a phares quod est divi-
sio. Nam propter habitum singularem
quem ferebant et propter quasdam
superstitiones et observancias speciales
quas communiter ceteri homines
non servabant. erant ab aliis situ
et ritu divisi. Alius autem eciam
vite conversacionem gerens et
publica negocia huius vite exercens
apud phariseos censebatur peccator
de quo subditur. Et alter publicanus
hoc est publica negocia exercens
sicut est exigere vectigalia seu

pedagia vel sicut est artem
campsoriam exercere vel aliqua
alia opera consimilia que communiter
sine aliquo peccato non fiunt. Dif-
ferunt ergo in statu. Differunt
etiam in affectu ubi oportet
primo considerare affectum
pharisei. 2° affectum publi-
cani ibi Et publicanus. Ad
evidenciam affectus superbi pha-
risei notandum est quod omnis
superbus est elatus per propriam
reputacionem. est ad se conversus
per propriam affectionem. habet
enim amorem privatum. ceteros
despicit sui comparacione. et quarto
sua opera magna existimat et
facta secundum racionem. Et 2m quatuor
predicta pharisei affectus descri-
plenus superbia primo quia elatus
enim dicitur. Phariseus stans.
Stabat enim per elacionem
mentis. Sicut enim dicit gregorius
Moralium. Difficile est ut elacio
que regnat in corde non erumpat
in voce. et eodem modo difficile
est ut non appareat in gestu
corporis. Stabat ergo pha-
riseus elatus corpore sicut
elatus erat in corde. Unde et
dominus volens insinuare mentalem
superbiam filiarum syon. eam
per elevacionem corporis manifest-
at ysa. 3. Elevate sunt filie syon
et ambulaverunt extento
collo. 2° ondit eius affectus
ad se ipsum non ad deum conversus

cum subditur. hec apud se orabat. Ille enim orat apud deum cuius affectus per amorem extenditur ad deum usque ad sui contemptum et talis pertinet ad dei filios quia amor dei usque ad contemptum sui facit heredes ad civitatem dei pertinere sicut dicit aug(ustinus) xiiii. de civit(ate) dei pertinere. Ille vero orat apud se tantum qui affectum habet ad seipsum tantum deo contempto. Et iste pertinet ad civitatem illius qui per superbiam noluit deo subesse. amor enim sui usque ad dei contemptum facit civitatem dyaboli ut ibidem aug(ustinus) dicit. Ex dictis nomine orans apud se bene orat cum de hoc david commendetur cum dicat apud me oratio deo vite mee. Verum est adhuc quod orare apud se est duobus modis. Uno modo cogitare intra se et ex intimis cordis sui quasi in quodam mentis secreto peccata sua et dei beneficia et hec omnia referre ad deum. peccata quidem ut deus indulgeat. beneficia vero gratias referendo ut deus ipsa augeat vel conservet et hoc modo propheta apud se orabat quod bene insinuavit quando dixit apud me oratio non in me superbe sistendo. sed deo vite mee in ipsum et ad ipsum referendo. Alio modo est orare apud se

se iactando in se gloriando et se singulariter reputando quomodo iste phariseus orabat sicut patet ex dictis eius non sum inquit sicut ceteri homines et hoc pertinet ad superbiam que hominem ad seipsum recurvat. Secundo auditur eius affectus elatus per despectum aliorum ex hoc quod additur. dicens deus gratias ago tibi. quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus. Ubi attendas despectum maximam superbiam indicantem. Est enim universalis est vituperabilis est temerarius. Nam universaliter omnes despicit. Non sum inquit sicut ceteri hominum. Sicut enim dicit aug(ustinus) in omelia. diceret saltem non sum sicut multi hominum. quid enim est ceteri homines nisi omnes preter me. Ego inquid iustus ceteri peccatores. Sic ergo dicendo omnes universaliter despicit. Deinde vituperabiliter eum adiungit. Raptores. per avariciam sive per concupiscentiam oculorum. Iniusti per superbiam vite qua alios opprimunt et indebite eos tractant. adulteri per concupiscentiam carnis sive lasciviam qua inquinantur. Ecce quod vituperabiliter omnes despexit quia omnes capitalibus viciis dicit inquinatos. Deinde temerarius fuit eius despectus ex hoc quod addit. velut etiam.

hic publicanus Temerarius quippe
est et magni tumoris indicium
non de contentum despicere socium
simul cum alijs et in quadam equa
litate nisi in speciali habeatur de
spectui. Orabat phariseus despexit
est etiam temerarium illum iure
peccatores abominabiles computare
qui in templum ascenderat ut
oraret et cum hoc faciebat ibi
opera contriti et penitentis. Tertio
ostenditur superbia ipsius per enumeracionem
meritorum de quibus dicit. Ieiuno
bis in sabbato hoc est in septimana
que dicitur die sabbati. Decimas
do omnium que possideo. Et bene
hijs verbis elacio mentis ostenditur
eius. quia secundum Bedam super lucam
Quatuor sunt elacionis sive
tumoris species. Vna cum quis
quod habet a se putat habere. Alia
cum id quod habet a deo sibi datum
pro suis meritis existimat. Tercia
cum iactat se habere quod non habet
Quarta cum ceteris despectis appetit
singulariter videri habere quod habet
hic quarto modo loquitur augustinus
de superbo in libro de gratia novi testamenti dicens
Superbia odit consorcium et quantum
in ipso est solus cupit eminere omnibus
superbus est hac ultima specie superbie
laborabat phariseus. Sed dubitaret
aliquis quare iste reprehenditur
qui de beneficijs sibi datis gracias
referebat. Ad hoc dicendum est quod
gracias agere potest ex duplici

animo cum quadam reverencia
humilitate. totum quod habet
referendo in deum qui dedit
et de acceptis nullomodo seipsum
extollendo vel alium altero preferendo. et hoc quidem deo est
acceptum et gratum. Alio modo
cum quadam superba elacione
seipsum alijs preferendo propter
ea que a deo accepit. Et hoc
vicium tantum detestabile est
apud deum ut omnia bona faciat
non prodesse. vnde crisostomus super
Johannem. Superbia in nobis
existente omnis vita nostra immunda
fit. Et si sobrietatem et si
virginitatem et si ieiunium
et si oraciones. et si elemosinam
et si quamcumque aliud perficiamus
accidit enim homini habenti
virtutes vel bona opera cum
superbia quod accidit claudenti omnes
ianuas civitatis contra hostes
vna tamen relicta aperta per
quam ingressi depopulantur
et destruunt civitatem. Sic
enim superbia regnet in homine
habente multas virtutes et
per ianuam superbie hostis generis
humani cor eius ingrediens
virtutum fructum dissipat
et inutiles ipsas reddit. vnde
ysidorus de summo bono. Superbia sicut
est origo omnium criminum ita est
ruina omnium virtutum ipsa est
est enim in peccato prima in

affectu postrema. Eruamus ergo phes
publicanus deo gracias ageret
raptor iniustus adulter non esset
decimas daret et bis in sabbato
ieiunaret quequidem bona sunt
et laudabilia. tamen quia in
hiis omnibus superbiebat demto
ipsius superbie cecidit a fructu
boni operis. Advertendum autem
quod cum phariseus ceteros homines
iudicasset de peccato in proximum
dicens eos raptores de peccato
in deum dicens eos iniustos. de
peccato in seipsos. dicens eos adul
teros quia qui fornicatur in
corpus suum peccat se illis pretu
lit quia nec in proximum nec in
deum nec in se videbatur sibi
peccasse. In proximum quidem non
quia ex quo reddebat decimas
de propriis non est verisimile quod raperet
aliena. In deum similiter non
videbatur sibi ipsi peccare quia
solvebat decimas a deo preceptas
et sic servando legis precepta vide
batur sibi habere legis iusticiam
In se autem non videbatur sibi
ipsi peccare quia ieiunabat bis
in sabbato ut ex modestia cibi
et potius continentiam indicaret
castitatis et sic non sit inter
adulteros computandus. Innoxius
igitur sibi videbatur ab omni
peccato. Sed tamen si bis verbo
rum pensetur peccat in deum
an non humiliter sed superbe
gracias referebat peccat in

proximum cum omnes alios despicit
et specialiter tunc despicit publi
canum. peccabat in se quia nimis
magna presumebat de se qui enim
estimat se aliquid esse cum nichil
sit ipse se seducit sicut certum
est superbia. Et aptius dicat Gall
vi. Et prima Io. i. Si dixerimus quoniam
peccatum non habemus ipsi nos seducimus
et veritas in nobis non est.
Habemus ergo affectum superbie
pharisei iusti. Deinde cum dicit
Et publicanus a longe stans occurrit
nobis considerare affectum humilis
peccatoris quem colligere possumus
ex situ. gestu. actu. et affatu. Ex
situ quidem quia publicanus. a
longe stans. ex humilitate propter
vilitatis qua se indignum repu
tabat accedere ad loca. sanctiora
nolebat propinquius accedere. sed a
a longe stabat tamquam si cum contri
cione diceret. Merito non sum
dignus arbitratus accedere. ad te.
Sed tamen sicut dicit augustinus in
omelia de longinquo stabat.
sed dominus eum de propinquo at
tendebat. excelsus enim dominus
humilia respicit. Et sicut idem
exponit super psalmos humilia de
propinquo respicit ut ea attollat
alta id est superba de longe attendit
ut deprimat. Habes humilitatem
istius ex situ. Attendas eam
ex gestu quia nolebat nec oculos
ad celum levare. ex verecundia
quippe que ex humili consciencia

ipse consciencie uastebatur. tamen
erubescebat deum celi cuius
oculos offenderat transgrediendo
eius precepta quod nec oculos leuare
valebat ac si diceret cum dauid
Non sum dignus videre altitudinem
celi quoniam irritaui iram tuam
et malum coram te feci. Vigilat
autem scriptura submittit. Valebat
oculos suos ad celum leuare
possit enim dici quod sicut superbia
pharisei insinuata est per hoc
quod dictum est quod erat stans ita
et iste superbus fuit qui non ge
miscerit non procidit in faciem
sed stetit. hunc obiectionem scriptura
sufficienter obuiat dupliciter. primo
quia non stabat propinquius ut
reputans se sed de longe despi
ciens se. Secundo quia non stabat
extremus erectus sed pocius facie
demissa nolens oculos leuare
in celum ut ex ipso gestu corporis
insinuetur humilitas stantis sta
bat enim per spem venie nolebat
oculos leuare pro consciencia culpe
unde aug'. in omelia. audi adhuc
humilitatem publicani. parum
est quia de longinquo stabat et
nec oculos ad celum leuauit
ut enim respiceretur non respi
ciebat premebat consciencia
subleuabat spes. Attende ean
dem humilitatem ex actu. quia
nichil aliud faciebat nisi quia
percuciebat pectus suum ex pectore

enim tanquam ex loco in quo
sedes est cordis procedunt
ea que coinquinant hominem
quemadmodum christus manifes
tius dicit. mat. xv. Ex corde
enim exeunt cogitaciones male
adulteria homicidia furta blas
phemie et cetera huius que
coinquinant hominem. Publicanus
itaque suum pectus percuciens
propriam culpam cognoscebat
ac si ex ipso actu diceret non
aliud est causa mei peccati
nisi solum cor instabile quod
in hoc pectore latet ut sic
peccatum suum confitendo ex ipso
actu quo percuciebat pectus suum
virtus humilitatis manifestatur
in ipso quia secundum augustinum
in se penas exigebat de se
ut deus eidem ignoscere dig
naretur. Verum quoniam qualis
est quisque in mente talia operatur
et talia loquitur. ut dicitur
libro 2. ca. xiiii. in ethicis
Ideo humilitatem quam iste
habebat in corde ostendit in affatu
dicens. Deus propicius esto
michi peccatori. Ubi ex parte
dei exorat benignitatem.
ex parte sui allegat prauitatem
ex parte quidem dei exorat
benignitatem. Deus inquit
propicius esto. non implorat sa
pienciam que penam ordinat

in penam. non iusticiam que
profert contra peccantem
sentenciam non punicionem
que execucionem mandat penarum
Sed solam clemenciam que
propicia penitentibus impartitur
Verus quippe humilis dei
clemencie attribuit quitquid
boni invenit in seipso. vel
quitquid mali non fuerit sibi
illatum. Sibi autem attribuit
ea in quibus videt se deum
offendisse. et ideo adiungit
michi peccatori non aliud esse
cognoscens nisi peccatum. unde
augustinus de civitate dei. Cum vera
pietate et per hoc humilitate
in deum quem diligit credit
et sperat plus intendit in
ea que sibi displicent. quam
in ea. si qua in illo sunt que
non tam ipsi quam veritati pla
cent. neque id. si quid iam in
eo est unde placere potest
tribuit nisi eius misericordie cui me
tuit displicere de hiis sanatus
gracias agens. scilicet de deo
displicibilibus de illis sanandis
preces fundens. Et advertas
quomodo integra penitencia
quantum ad omnes partes suas
nascitur ex humilitate. Inte
gratur enim ex contricione
cuius signum est verecundia
que ex hoc ostenditur fuisse in pu
blicano. quia a longe stans oculos
ad celum levare nolebat. dictum
est enim supra quod in hoc ostenditur
spes venie elevans et timor
consciencie premens. contricio
autem nichil aliud est. nisi quidam
dolor animi qui terit et affligitur
inter spem venie et timorem
penarum. Confessio autem ostenditur
in affatu quo se nominat peccatorem
dicens michi peccatori. satisfactio
vero in pectoris percussione et
oracione. Cum percuciens pectus
dicebat deus propicius esto michi.
Sequitur tercia pars principalis
Amen dico vobis descendit hic
etc. hic describitur recti iudicis
sententia approbanda. huic divisioni
consonant verba augustini in
omilia dicentis. audisti superbum
accusatorem. audisti reum hu
milem. audi nunc iudicem. amen
dico vobis. Est hic considerandu
primo iusta sententia. Secundo
generalis regula. Iusta quidem
sententia cum dicit. Amen dico
vobis. Augustinus de verbis
domini. Veritas dicit. deus dicit
iudex dicit. Amen dico vobis
Sed quid dicit. descendit hic scilicet
humilis publicanus iustificatus
in domum suam ab illo. hoc
est plus quam ille phariseus.

supbus uel comparatione illius nec
inuenim quia publicanus fuit sol
licitus confiteri peccata. phariseus
autem quasi securus enarrabat merita
unde aug⁹ de remedio penitentie
magis iustificatus descendit pu
blicanus. peccatorum confessione sollicitus
q̄ phariseus meritorum enarratione
securus. Alia racio concurrit circa
ad istius sine firmitatem. Sicut
enim xpus proposuit utrumque istorum
ascendit in templum ut oraret
phariseus noluit deum orare sed
supbe gracias agere seipsum lau
dare et ceteros iudicare. Et ideo
a deo meruit reprobari. publicanus
autem non se laudauit seipsum
humiliter verbis et actibus iudicat
et deum suppliciter exorauit vn
aug⁹ de verbis domini loquens
de phariseo dicit. Scrutare in verbis
eius nichil inuenies q̄ deum ro
gauerit ascendit orare noluit
deum rogare sed se laudare et
roganti insultare. publicanum
autem cordis consciā remouebat
sed pietas applicabat. habemus
ergo instans sumam. Attendamus
infallibilem regulam. quia omnis
qui se exaltat humiliabitur et
qui se humiliat exaltabitur. Sicut
enim in speculatiuis quedam sunt
regule infallibiles cognoscendi
ut si ab equalibus equalia dmas
que remanent sunt equalia et
sicut in agibilibus quedam sunt

q̄ supbia
in iusto
ɡ̄trariꝰ ē
detestāda

regule recte agendi ut q̄ tibi
non vis fieri vide ne alteri fa
cias. Sic in premissis et sup
plicijs infallibilis regula est
ista. quam saluator expressit
Omnis qui se exaltat etc. habet aut
hec regula congruentem com
sue infallibilis veritatis. si consi
deremus racionem vitam et virtutem
habet congruentem similitu
dinem in natura habet auctem
in scriptura. Primo ergo habet
firmitatem ex racione vitii et
virtutis. Ipsa enim supbia vicium
est q̄ mentem eleuat indebite
et erigit preter deum contra
preter eius grauitatem quoque
opera iusticie quibus adiungitur
ad nichilum deducuntur. humilitas
vero tante acceptacionis virtus
est tamque deo placet ut eciam
peccatorum pondus si eis adiungatur
deprimatur et fiat indulgeri
Et hoc est q̄ dicit Cris⁹. Sicut
humilitas per sui euidenciam
peccati pondus supat et saliens
attingit deum. sic supbia ab
sui malem de facili iusticiam
deprimit. Si ergo tantum pt
humilitas in peccatore quantum est
uictoria apud deum in iusto
et si tam detestanda cum est
cuncta premiis. Secundo hec
regula habet congruentem
similitudinem in natura quia
sicut arbores profundius

radicatur eminencius in sum-
mitatibus exaltantur sic humiles
in virtute mansuetudinis et
profundius radicati altius exal-
tantur et econverso sicut arbores
quarum radices plus exigunt
ad superficiem terre minus crescunt
et citius arescunt. sic elevati
per superbiam deprimuntur. hanc
similitudinem satis expresse
nobis insinuavit illa humilis
Christi ancilla et mater dicens
Luc. i. deposuit potentes de sede
et exaltavit humiles. habetur
3o autem in scriptura qua dicitur
i. pet. v. humiliamini sub potenti
manu dei ut vos exaltet in
tempore visitacionis vel tribula-
cionis. deus enim superbis resistit
humilibus autem dat graciam
Si autem resistencia dei contra
creaturam est depressio ipsius
creature quia deus eam tamquam
sibi rebellem a se repellit. verum
est quod omnis qui se exaltat per
superbiam humiliabitur a deo per
depressionem. Sicut humiliati
et depulsi sunt illi qui per
viam superbie voluerunt deo
subesse scilicet angeli mali.
Unde Jeronimus in epistola. Superbia
nacionis celestis. celestes appeti-
mentes et ad priores volens
ortus apparuit gloriam et puri-
tatem [illegible] que de gloria
et puritate angelorum cecidit

ut quos invenit participes ire fa-
ciat consortes regni. Si vero
gracia dei est principium et causa
tota quod racionalis creatura in conspectu
exaltatur divino. cum ipse graciam
istam det humilibus. verum est
infallibiliter quod omnis qui se humiliat
exaltabitur. propter quod Christus Matth. xi.
dicit discite a me quia mitis sum
et humilis corde et invenietis
re. a. u. prov. xxix. Superbum
sequitur humilitas. i. deiectio
et humilem spiritu suscipiet glo-
ria. iiij. et primo pet. v. deus su-
perbis resistit humilibus autem
dat graciam et finaliter dabit
gloriam. ad quam nos perducat
ipse. amen

Exiens Jhesus de finibus
Tyri venit per Sydonem
ad mare gallilee etc. Marci vij.
Sicut in operibus artis create
reperiuntur tria que ad ipsam artem
pertinere videntur ita contingit
reperiri tria illis conformia in
sapiencia divina increata. In arte autem
create hoc reperimus quod ad eandem
pertinet opera destructa reficere
ad quam pertinent ipsa opera pri-
mitus fabricare. Secundo reperimus
quod artifex per voluntatem et
appetitum prevenit tam opus fiendi
quam opus reparandum. 3o reperimus
evidenciam rei facte per artem
que tam habitum quam artificem
manifestat. ad similitudinem igitur
horum trium est reperire tria

Sch. 22?

in sapientia creatoris Primo enim
ad ipsam pertinet tam opus produc-
tionis quam opus reparationis. 2o utrumque
predictum opus provenit benignitate
pure voluntatis. 3o evidentia siue
ordinem opus eius excellentiam ma-
nifestat iuxta illud Sapientie xiii
a magnitudine enim speciei et cre-
ature cognoscibiliter poterit creatorum
creator videri. Quoniam igitur
dei filius ihesus xpistus sic operatus
est salutem humani generis quod in
suis operibus servavit ea que per-
tinent ad nobilitatem sapientie
increate. Ideo in eis relucet
benignitas provencionis. strenuitas
operationis et evidentia cognitionis
siue manifestationis que tria op-
time relucent in opere huius cura-
tionis. In quo primo describitur
benignitas provencionis ibi Exiens
ihesus de finibus. 2o adiungitur
ordo curationis ibi Et apprehensum
eum de turba etc. 3o subnectitur
evidentia operationis ibi Et precepit
illis ne etc. Quantum ad primum
sciendum est quod benignitas proven-
tionis xpisti in hoc ostenditur quod ipse
sponte transit de loco ad locum
ut fiat indigentibus prius ac per
hoc possit sibi presentari ille qui
curatione egebat inveniens presenta-
tionem et xpisti inspectione curandus
Et circa hoc pars prima habet
tres. Primo enim introducitur
opportunitas proveniens Exiens

ihesus etc. 2o presentatio indigentis
ibi Et adducunt ei surdum
etc. 3o supplicatio adpraesentantis
ibi Et deprecabantur eum.
etc. Opportunitas igitur xpisti
provenientis ostenditur ex hoc
quod non propter propriam utilitatem
sed propter suam benignitatem
transeundo de loco ad locum
Exiuit de finibus Tyri et venit
per Sydonem ad mare gallilee
inter medios fines decapoleos
ut ibi oportune suam exhiberet
presentiam ubi genus humanum
salutis pati cognoverat indi-
gentiam Tyrus autem et Sydon
ut dicit Remigius civitates
fuerunt gentilium. Nam tyrus
metropolis fuit Cananeorum
Sydon autem terminus eorundem
respiciens ad aquilonem. De
talibus ergo finibus xpistus
exiuit ne daret occasionem
iudeis ut transgressorem eum
legis arbitrantes. eius predi-
cationem contempnerent nichilo-
minus tamen aliquam moram in eis
contraxit vel per easdem tran-
situm habuit ut insinuaret
quod ille gentes aliquando recep-
turi erant verbum salutis propter
quod non erant penitus contemp-
nende. Unde dicitur Mt xv. Et
egressus inde ihesus secessit
de iudea secessit in partes
Tyri et Sydonis Ubi filiam

mulieris cananee a demonio
liberavit. insinuans per hoc
gentes illas aliquando a cultura
immundorum spirituum liberandas.
Cum autem dicitur venisse ad
mare gallilee intelligendum
est ipsum ad filios israhel re-
diisse. hoc enim mare dicitur
gallilee a regione gallilea. dicitur
mare tybiadis. a tybiade civitate
super eo collocata. dicitur stag-
num genesareth ab eventu ven-
torum qui generantur in eo quasi
generans auram. Cum autem
additur inter medios fines deca-
poleos. Intelligendum est qui-
dam quod decapolis est regio
x. urbium transiordanem a
deca quod est x et polis quod est civi-
tas. et est sita contra gallileam.
Cum ergo dicitur dominus venisse ad
mare gallylee inter medios
fines decapoleos non ipsos fi-
nes intrasse intelligas. sed potius
usque ad mare venisse atque ad
illum locum pervenisse qui medios
fines decapoleos contra se posi-
tos respiciebat. Deinde cum
dicitur. Et adducunt ei surdum
et mutum etc. Introducitur
pietas indigentis. inter omnes
sensus. quibus mediantibus
homo pervenit in cognitionem
preceptorum auditus est quasi prin-
cipalis. est enim sensus valde
disciplinabilis. Carere igitur usu
talis sensus magna indigentia
est magnaque imperfectio conditionis
humane. Similiter usus loquele datus
est homini ad expressionem laudis
divine ad manifestationem proprii
conceptus et ad requirendum illud
quod ab altero exigit conversatio ho-
minis qui naturaliter est animal
conversale sociale. carere ergo usu
loquele maxima diminutio est
perfectionis debite homini a natura.
Viri ergo fideles cognoscentes
Christum reparatorem nature adducunt
ei hominem in quo multum indigebat
reparatione natura ut eidem et
auditum restituat et loquelam.
Sed quoniam acceptum est deo
ut homo homini subveniat indi-
genti et per caritatis virtutem
subveniat pro necessitatibus indigentis
ideo subiungitur deprecatio compatientis
ymmo compatientium cum dicitur.
Et deprecabantur eum ut imponat
illi manum. Ubi evangelista ipsos devotos
indicat et fideles. devotos quidem
quia Christi manum deprecantur. fideles
autem quia credunt ex impositione
manus Christi posse restitui auditum
homini et loquelam. Sequitur
secunda pars principalis cum dicitur. Et
apprehensum eum de turba etc. In
qua describitur ordo curationis
circa quem est considerare saltem
modum remedium et effectum

Modus quidem consistit in privata
segregatione. quia salvator. appre-
hensum eum de turba. duxit ipsum
seorsum. insinuans per hoc quod non
ad vanam hominum laudem sed ad va-
lem eorum salutem conferebat
remedia sanitatum. Instruit etiam
per hoc electos ut in actionibus operibus
virtutum vanam gloriam studeat
declinare. Docet nichilominus at-
tentos quod nichil est quod reddat ho-
minem carum deo ut posset mi-
rabilia operari si non fuerit eius
vita in humilitate fundata. Et
ideo bene dicit Crisostomus. oblatum sur-
dum et mutum seorsum a turba
apprehendit ut divina miracula non
faceret manifeste. instruens nos
vanam gloriam eicere et timorem
Nichil enim est ex quo aliquis
sic miracula operetur. sicut si hu-
militatem colat et modestiam se-
quatur. Deinde adiungitur reme-
dium quod consistit in quadrupla
actione. Misit enim digitos suos
in auriculas eius et expuens
tetigit linguam eius et suspiciens
in celum ingemuit et ait effeta
quod est aperire. Digitos quidem misit
in auriculas ut ostendat se illum
de quo psalmista ait. Manus tue domine
fecerunt me. iterum ostendit se
illum qui in digito dei id est in virtute
sancti spiritus. demones eiciat sanatque
languores. Iterum ut ostendat
se illum cuius corpus erat

divina virtute dotatum. unde
Crisostomus. Misit vero digitos in
auriculas potens verbo sanare
ut ostenderet quod divina virtute
ditatum erat corpus divinitati
unitum et opus eius. Notandum
est quod humana natura propter peccatum
a sua nobilitate cadens multi-
pliciter virtutem perdidit quam
habuisset in membris et in
eisdem multiplices passiones
incurrit ut ergo Christus manifestet
quod natura humana in ipso venit
de altitudine originalis innocentie
per digitos aurium passione caren-
tes passionem curat que fuit
ex peccato causata. Et hoc est
quod dicit Crisostomus. Cum enim propter
transgressionem ade natura
humana multam incurrerat
passionem et membrorum et
sensuum lesionem. veniens
Christus in seipso perfectionem de-
monstravit humane nature et propter
hoc digitis aures aperuit
Quod expuens tetigit linguam
eius. ut duo insinuet. Unum
quidem quod omnia que in ipsa
natura humana Christi erant
etiam superflua propter divinitatis
unionem. sacrata erant et
virtute plenissima. Sputum
enim quedam est superfluitas
in corpore hominis. Et hoc est
quod dicit Theophilus. Expuens
tetigit linguam eius ut se

ondet q omnia membra sacri
corporis eius diuina existunt
et sancta sicut et sputum q
vincula lingue soluit et eius
omne sputum superfluitas est
Aliud etiam insinuat per hoc
q expuens tangit linguam muti
scilicet xp ipsum qui est sapientia
dei que per saliuam datur
intelligi apperitur cuius lingua
etiam prius muta ad recta loq
dum tum de diuinis laudibus
q de alijs que ptinent ad salu
tem inepta q dictum est sapie
x. Quoniam sapientia aperuit os
mutorum et linguas infancium
fecit disertas. 7º suspexit
in celum. Et suspirauit ing
in celum. q pro tanto fecit sal
uator pro quanto manifestare
voluit q de celo descendit omnis
gratia et omnis salus. et de
celo querenda est omnis psto
vnde Beda super Marcum.
Suspexit in celum ut inde
mutis loquelam. inde auditum
surdis. inde cunctis infirmita
tibus medelam doceret esse
querendam. Quarto ingemuit
et ait effeta. Et quoniam hoc
vocabulum scilicet effeta in
comun vsu non erat vel lingua
hebrayca non habebat ideo ipum
exposuit euangelista cum dicit q
est adaperire q proprie adauros
ptinet ut intelligamus p hoc

illi subueniret passioni de qua p
missum est q adiuuaret eum suo
dum. Verum quoniam ingemuit
saluator ista faciens. Aduertend
est q alia est in nobis alia in xpo
causa gemendi. Nam in nobis pu lis
ratio gemitus debet esse triplex
vna quia exclusi sumus a regno
Alia quia grauati sumus pcto
3ª quia afflicti sumus penis pcti
demerito. Saluator autem nullam
pdictarum habuit rationem ge
mendi. Ingemuit igitur propter
exemplum. propter compassionis
affectum et propter dilectionis argu
mentum. propter exemplum quidem
ut instruat nos. q si ipse qui non
indiget alicuius beneficio ymo
cuncta petentibus donat. tamen
daturus alij sanitatem ingemuit
et nos qui alieno indigemus auxi
lio cum fletu et gemitu debe
a deo necessaria postulare. siue pro
nobis siue pro aliorum petamus
suffragijs beneficia auditoris
ita q possimus dicere illud apostoli
ad Romanos. viij Ipse spiritus
postulat pro nobis. hoc est po
stulare nos facit gemitibus
inenarrabilibus. Huic sententie
concordat Beda super Marcum
dicens. Ingemuit autem non q
ipsi opus esset cum gemitu aliq
petere a patre qui cuncta peten
tibus donat cum patre sed ut ge
mendi nobis daret exemplum

eam vel pro meis vel pro meorum
peccatibus premorum! supne pie
tatibus presidia postulamus. Secundo
ingemuit propter compassionis
affectum. Cum enim deus crearet
hominem inmortalem sanum et
integrum viribus corporis et
anime in tantam miseriam iniuste
peccati devenit ut aliquando in
aliquibus permittere auditu parit
et loquela. quam miseriam xpus
videns in homine sibi peccatis inge
muit. Sicut etiam in morte
lazari ploravit. Nam secundum
aug contra Julianum. ideo de
mortuo lazaro ploravit quia quem
deus creaverat inmortalem deme
ritum peccati fecerat esse mortalem
ita et hic ingemuit quia qui
beneficio conditoris fuerat integer
creatus et sanus. peccati demeritis
sine vsu loquele. effectus est
et auditus. Huic exposicioni
consonant verba Ep. dicentis
ingemuit non misertus humane
videns miseriam in quam genus
humanum inciderat. Tercio inge
muit propter veritatis argumen
tum. qui enim suspirans ingemiscat
veritatem humanitatis ondit.
Veritatem humanitatis ondit
qui autem imperando sanat. sicut
et potenciam indicat deitatis
Unde B. super exametum. utraque
natura unus et eiusdem tibi

manifeste distincta est. Sus
piciens enim in celum quasi
hamo deum precaturus ingemuit
Sed mox suo sermone quasi
potens divina maiestate cura
uit. Deinde cum dicit. Et
statim aperte sunt aures eius
etc. describit effectum curacionis
qui consistit in aperacione sensus
in quo viget virtus auditiva
de quo premittitur. Statim aperte
sunt aures eius et in solucione
instrumenti in quo stat vis
prolocutiva de quo subditur.
Et solutum est vinculum lingue
eius et in perfectione vsus.
ipsius prolocutive virtutis
de quo subiungit. Et loquebatur
recte. Sequitur tercia pars
principalis. Et precepit eis ne
mini dicerent etc. In qua subditur
describitur evidencia operacionis
Circa quam manifestatur primo
imposicio exemplaris precepti
ibi. Et precepit illis etc. 2o
Recognicio beneficii recepti ibi
Quanto autem eis etc. Tercio
comendacio universalis facti
ibi Et eo amplius etc. Ponitur
igitur primo imposicio exem
plaris precepti cum dicitur Et precepit
illis nemini dicerent et hoc pre
ceptum est exemplare multis
modis. Nam primo per hoc
exemplum docemur in magnis

que agimus. non propriam gloriam
sed dei laudem et proximorum
utilitatem nos debere querere
et quantum in nobis est iactanciam
declinare. Secundo ex hoc docemur
quod non est nobis gloriandum in
excellencijs et in hijs que exterius
patent sed in passionibus et
et humilitatibus que minus latent
Unde Ieronimus Per hoc non in virtu
tibus gloriandum se docuit sed in
cruce et humiliacione. Tercio
docemur per hoc quod in omnibus
que agimus tempus et oportunitatem
debemus attendere racionem et
modum cogitemus rei. Si enim
salvator precepisset sua opera
divulgari. potuisset ex hoc accende
invidiam iudeorum ut ante tempus
ipsum persequerentur et ipsum
reputarent appetitorem laudis
ut igitur omnem occasionem eis
auferret tam persecucionis quam falsi
iudicij. Tercium est in se. declinat
laudem humanam. Et hoc est quod
in parte dicit Crisostomus. Precepit
miraculum occultare ne ante
tempus accenderet iudeos ad homi
cidium per invidiam perpetrandum
Deinde cum dicit Quanto
autem eis precipiebat etc. ponitur
recognicio beneficij recepti. Nam
isti quibus precantibus infirmus
erat sanatus. tamquam grati
de beneficio sibi facto et humili
tatem salvatoris perspicientes

quod non divulgarent factum [illegible]
et nichilominus magnitudinem beneficij
attendentes animabantur ad pre
dicandum opus factum quod humilitas
facientis reddebat excelsius quia
humilitate crescente et operis predicacio
augebatur. Et ideo quanto eis pre
cipiebat saltem quod non dicerent
tanto magis plus predicabant ut
sic verificaretur regula eiusdem christi
dicentis. Qui se humiliat exalta
bitur et illud sapientis Gloriam
precedit humilitas. Sed advertere
hic debemus unum utile documentum
inter dantem et recipientem. Sal
vator dans beneficium sanitatis
laudari recusat. Recipientes autem
predicant recusantem. ex quo instru
imur sicut dicit Crisostomus quod cum damus
beneficia largimur minime applausus
et laudes debemus appetere. cum vero
accipimus beneficia. debemus benefac
tores laudare et predicare quamvis
hoc ipsi recusent. Dubitaret
autem hic aliquis de duobus
Primo quare christus qui conscius
erat cordium precipiebat istis quod
non dicerent alicui ea que sciebat
eos predicaturos. Secundo utrum
isti non servando christi preceptum pecca
verint. Ad primum dubium
respondet augustinus de consensu evangelistarum
quod ideo christus precepit eis ne eum
dicerent cum sciret eos dicturos
quia pigris laudatoribus volebat
ostendere quanto gaudiosius quantoque
ferventius eum predicare debeat

quibus iubetur ut predicent.
quando illi qui prohibentur tacere
non valent. Ad 2m dicendum est quod
quedam sunt precepta in quibus
oportet observare et intencionem
sapientis et verba precepti sicut
sunt mandata decalogi et in talibus
quamvis transgreditur preceptum
peccat. Alia vero sunt precepta
in quibus tantum oportet observare
intencionem sapientis nec oportet
in eis observare verba precepti sicut
patet in illo precepto mathei v. Si
quis te percusserit in una maxilla
prebe ei alteram. Intencio enim
sapientis est ut paciencia sic
supportet percussus in una maxilla
ut habeat animum paratum ad paciendum
etiam si percuciatur in altera et
hanc intencionem debet observare
verus xpianus. non autem obligatur
ad servandum verbum precepti. scilicet
ut offerat alteram percucienti una.
Nam xpus huius precepti conditor pa-
cienti se in unam maxillam non
prebuit alteram sed dixit Si male locutus
sum testimonium perhibe de malo
si autem bene. cur me cedis. ad
propositum ergo quando xpus precepit
istis neminem dicerent. Intencio sa-
pientis fuit prebere exemplum
devitandi laudem hominum et eius
appetitum in actibus operacionibus
et hoc est observandum ab omnibus
verba autem precepti obligatoria
non fuerunt et ideo isti non
servando ea. minime peccaverunt

Deinde cum dicitur. Et eo am-
plius admirabantur etc. describitur
commendacio universalis facti
Iudeorum ex magnitudine atque
excellencia operis cuius causa
nesciatur nec apprehenditur nascitur
admiracio in hiis qui talia opera
intuentur ex qua fit ut actor
illius operis in omnibus que vult
potens credatur et per hoc
commendetur de omnipotencia in
operando. et hoc bene manifestat
evangelista cum dicit. Eo amplius
admirabantur dicentes. Bene
omnia fecit et surdos fecit audire
et mutos loqui. ubi dicit glosa
quod ex predicacione eorum qui erant
sanati a xpo crescebat admira-
cio turbarum et confessio beneficiorum
Moraliter autem iste mutus
et surdus significat peccatorem
cuius lingua a divinis laudibus
tacet ita quod si aliquando lingua
peccatoris deum laudet. semper
tamen lingua cordis eius muta
remanet iuxta illud ysaie xxix
populus hic labiis me honorat
cor autem eius longe est a
me. propter quod dicebat psalmista. Muta
fiant labia dolosa. Sicut autem
mutus est peccatorum a dei lau-
dibus ita surdus est a divinis
audiendis monitis et preceptis
iuxta dictum prophete. Sicut aspidis
surde et obturantis aures
suas hinc autem dicitur cuius
exit de finibus tyri quia etc

relinquit animam angustiata
oneribus peccatorum Tyrus enim
interpretatur angustia. Sed per
Sydonem venit ad mare. quia
perquirendo et venando ac pueni
endo suis inspirationibus appropinquat
ad animam in amaritudine compunc
tionis constitutam cui dicitur per
illud Trenorum ii. Magna est velut
mare contricio tua. Et bene tan
situs per Sydonem significat
requisitionem quam inspirando
deus dicitur facere in conversione
peccatorum. Nam sydon interpretatur
venacio. Mare autem propter ama
ritudinem et commocionem suam
significat amaritudinem peni
tentis anime que virtute con
tritionis et doloris in quadam com
mocione constituta est. postquam
autem ad detestacionem pecca
torum perventum est tunc respiciuntur
medii fines decapoleos. quia
tunc in aspectu mentis iam
ipso subiecte ponuntur abscisiones
x. mandatorum dei. Sed quia homo
in tali dispositione constitutus
cognoscat se divino beneficio
indigere ut auditum spiritualem
recipiat et loquelam. Ideo.
omnes vires anime eius. ipsum
ipso presentant et ei supplicant
ut manum sue virtutis apponat
dicat [tunc] saluator immissis spiritus sancti
donis quasi quibusdam digitis
in aures interioris auditus. et

immissa sapientia tangens gustum
mentis. mentem ipsam facit
ad celum respicere ut clamat
cum psalmista. Ad te levavi oculos
meos qui habitas in celis. Et
iterum levavi oculos meos in
montes unde veniat auxilium
michi. Sed quoniam in tali consi
deratione cognoscat homo quod longe
prius fuerit. quod indignus gratie
extiterit. in quantis erroribus
vixerit. quantisque dei beneficiis
ingratus fuerit ingemiscat
et precatur ut deus sinum
sue mentis aperiendo purgat et
dicat effeta. i. mox aperiuntur
omnes vires ad usum virtutis
ad cuius imperium statim aperiuntur
aures ad cordis ad audiendum
atque obediendum et taciencia
prius labia solvuntur ut loquatur
recte tam de dei laudibus quam
de humanibus moribus et simpliciter
de omnibus que pertinent ad sa
lutem. Et in homine sic sanato
sicque reintegrato interius nascatur
propositum non manifestandi
sed ex humilitate abscondendi
dona sibi a deo collata. tanquam
si dicatur eidem. Nemini dicas
Et quanto plus hoc propositum observat
tanto deus plus talem hominem
in suis virtutibus predicat.
Eo enim quod humilitas celat eum
virtutis ope celsat et fama
virtutum Et ex hoc admirabilior
redditur cunctis videntibus

in tantum ut de mutacione facta
circa ipsum per graciam dicatur
quod deus bene omnia fecit qui sur-
dos arte interioris auditus fecit
audire precepta celestia. et mutos
a dei laudibus fecit loqui laudes
eius. ut de unoque sic confusio
verificatum intelligatur illud
psalmi Sacrificium laudis honori-
ficabit me et illic iter quo oste-
dam illi salutare dei.

Beati oculi qui vident que
vos videtis etc. luce x. Oc-
ulum cordis humani semper versa-
tur circa aliquam rem quam amat. Et
ideo multum debet homo attendere
qualis sit res quam amat. Si
enim ametur bonum transitorium
toto corde. studium hominis laborat
in vanum. quod bene attendens
salomon postquam dixit Ecclesiastes primo
Vanitas vanitatum et omnia
vanitas. determinans que omnia
intellexit quando dixit omnia va-
nitas subiunxit. vidi cuncta que
fiunt sub sole et ecce universa
vanitas et afflictio spiritus. Si autem
ametur principaliter ab homine bonum
divinum quod est eternum. studium
eius fructuosum redditur et
acceptum. Ad hoc autem quod ametur
aliquid multum valet commendacio
precii et cognicionis ipsius. hoc
enim modo consueverunt puelli
inducere ad amorem alicuius vir-
ginis. scilicet per commendacionem
bonitatis pulchritudinis et
valoris ipsius. sic ergo com-
mendacio inducit ad amorem
et desiderium rei presentis postquam
autem res commendata diligitur
et desideratur restat ut revelatur
modus et via quibus possit
pervenire ad eius acquisicionem
et possessionem ut igitur eternum
bonum ametur et amatum que-
ratur Salvator in presenti ewangelio premittit
eius commendacionem. insinuat
desiderium circa ipsum et affec-
cionem. subiungit modum et
viam ad ipsius acquisicionem
et secundum hec tria ewangelium
istud principaliter dividitur in tres partes
Primo introducitur commendacio
boni principaliter considerati
in principio Beati oculi. Secundo
ostenditur affectus premium appa-
renter desiderati ibi Et ecce
quidam etc. 3o subiungitur persone
mandati utiliter consecrati
ibi at ille dixit ad eum in
lege quid scriptum est etc. Circa
primum ad primum sciendum est
quod bonum principaliter cognitum
potest dupliciter commendari.
Uno modo propter utilitatem presencie
eius. Alio modo propter desiderium
expectancium quando erat
absens. maxime si expectatores
fuerunt viri commendabiles
et valentes et hoc modo com-
mendat hic salvator bonum
sue patrie Primo enim commen-
dat ipsum et beneficio videndi

dicens. Beati oculi etc. Qui
ex desiderio expectaverunt
ibi. Dico enim vobis. Commen
dat ergo Christus primo ex visione
videntium cum dicit. Beati
oculi qui vident que vos videtis
Ubi advertendum est quod duplex
est beatitudo. Una que habetur
in re et hec attenditur penes
visionem deitatis clare vise
et hanc habent soli comprehensores
de hac enim Christus loquebatur
cum dicit. Beatus qui man
ducabit panem in regno dei
et hec promittitur illis qui
in domino moriuntur. Alia
est beatitudo spei scilicet quando
quis habet spem firmam de
perveniendo ad primam beati
tudinem. et hoc convenit viris
illis de quibus dicitur Matthei v.
Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum
Beati mites etc. hec etiam
beatitudo illis convenit qui
nudamente legem dei Christus viat
meta illud ps. Beati immaculati
in via qui ambulant in lege
domini. De hac itaque beatitudine
dicitur hic. Beati oculi qui vi
dent que vos videtis. Hanc
beatitudinem optabat Tobias
senior dicens. Beatus ero. si
fuerint reliquie seminis
mei ad videndam claritatem
iherusalem. Christus autem dicit Beati
oculi qui vident que vos
videtis. Multipliciter potest hec
intelligentiam. Unam quidem de
visione interiori qua per fidem il
luminati apostolorum oculi videbant
impletum quod sancti patres expec
taverunt implendum. Et sic dicitur
Beati oculi interiores discipulorum
non exteriores phariseorum qui Christum
viderunt et non intellexerunt
unde glo. Beati oculi etc. interiores
non exteriores phariseorum. qui
corpus meum vident. Alia intel
ligencia potest esse satis conformis
predicte que oritur licet ex hiis
que immediate precedunt. Premiserat
enim salvator. Abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus
et revelasti ea parvulis. hec
autem dicens insinuavit. quod
occulta sacramenta divinitatis
et humanitatis. profunda misteria
regni celorum. necnon et altissima
noticia trium personarum parvulis
revelata. reddunt beatos in
spe illos quibus revelantur
propter quod discipulos tamquam parvulos
de tali revelacione et noticia
commendans dicit. Beati oculi
qui vident que vos videtis. i. secundum
quod dicit glo. qui cognoscunt illa
sacramenta que revelantur
parvulis quibus me et patrem
revelavi. Tercia intelligencia
potest esse quod includatur hic aliqualiter
visio corporalis ut sit sensus
Beati oculi tam mentales

quod corporales que vident que vos
videtis. eo quod mentales per fidem
vident. hoc est intelligunt in
me misterium incarnacionis et
corporales vident exterius ipsam hu
manitatem presentem et cum hoc
vident operaciones a me fieri que
indicant divinitatem latentem
hoc enim non intelligi potest christi vi
sione exultasse illum salutem sy
meonem cum dixit. viderunt ocu
li mei salutare tuum. hoc eciam
modo viderunt illi de quibus Jo.
.i. verbum caro factum est et
habitabit in nobis et vidimus
gloriam eius gloriam etc. Deinde
cum subdit. dico enim vobis. quod
multi prophete et reges etc. Manifestat
desiderium expectancium ut ex
hoc commendet bonum sue presencie
quando enim aliquid desideratur
ab insipientibus vel levibus personis
vel eciam ab hiis qui sunt subiecti
passionibus peccatorum. desideria istorum
ut tales sunt. non arguunt no
bilitatem nec bonitatem in re
desiderata eo quod tales plus appe
tunt bonum apparens quam existens
Sed quando aliquid vehementer
desideratur ab illis qui illuminati
sunt noticia veritatis qui ornati
sunt habitu sanctitatis. qui eciam
statum excellentem tenent in
regno mundi talia desideria comme
mendant bonum desideratum
quia tales in desiderando secundum

quod tales sunt. non deviant
a bono vero. et hoc modo
commendat christus bonum sue
presencie quia desideratum a viris
illuminatis quantum ad noticiam
veritatis ideo premittit. dico
enim vobis quia multi prophete
Iterum quia desideratum a
viris papinis quantum ad
excellenciam dignitatis ideo
adiungit. Et reges. Iterum
quia desideratum a viris or
natis habitu sanctitatis ideo
Matheus xiii. loco Regum
posuit dicens. Multi prophete
et iusti. Et unum vnum istorum
pro altero ponitur quia illi
veri sunt reges qui per iusticiam
se et alios regunt. et econverso
illi vere sunt iusti qui sibi
et aliis presidendo rectam in omnibus
rectitudinem tenent. Et hoc bene
insinuat Beda dicens. Matheus
apertius prophetas et iustos ap
pellat. Ipsi enim sunt reges
magni qui temptacionum suarum
motibus non consenciendo
succumbere sed regendo preesse
noverunt. Attendendum est
quod christus dicit prophetas et iustos
voluisse videre que videbant
apostoli nec tamen viderunt et
audire que audiebant et non
audierunt. quod quidem tali modo
verum sunt. Ipsi enim a longe
et per speculum et in enigmate

presenciam xpi in carne aspici
entes et eam intelligentes
necessariam humane saluti. summo
desiderio cupiebant videre p
sentem. propter quod ille rex et
propheta david clamabat. ostende
nobis domine misericordiam tuam
et salutare tuum da nobis
et ysa. utinam disrumpres
celos et descenderes. Et quia
non solum presencia eius in carne
valis erat humane saluti
verum eciam doctrina eius
ideo voluerunt audire que
apostoli audierunt. Sed quoniam
deus temporis plenitudinem
preordinaverat in quo exhiberet
incarnacionis misterium ideo
illi ab hoc tempore longe positi
nec viderunt nec audierunt.
non potest autem ex hac negacione
qua dicitur non viderunt et
non audierunt arguy quod prophete
et iusti priores ignorarunt
misterium eiusdem incarnacionis
quymo pocius ex xpi verbis
arguitur contrarium. Nemo
enim potest desiderare quod omnino
non novit. si ergo deside
raverunt videre et audire
ea que xpus presencialiter in
mundo positus fecit et docuit
ergo per spiritum illa futura no
verunt. Et hoc est quod dicit
glosa. Ex hoc autem. dicto

plures extimaverunt prophetas
caruisse xpi noticia. Sed. sic
optaverunt videre que videbat
apostoli noverunt illum venturum
ad homines et dispensacionem
que dispensavit. nullus enim
habet horum appetitum que
mente non concipit. noverat
ergo filium dei. Unde non iam
predicat voluerunt videre me
sed que vos videtis nec audire
me sed que vos auditis. viderat
enim ipsum non tamen iam
incarnatum nec sic cum hominibus
conversantem nec tanta maiestate
eis loquentem. Attendendum
2º quod non dicit xpus omnes prophete
et reges. sed multi. et 3ª sicut
dicit Origenes. aliqui voluerunt
videre et viderunt sicut de abra
ham dicit ipse xpus. Jo. viij. abra
ham pater vester exultavit
ut videret diem meum. vidit
et gavisus est quam visionem
non plures ymmo pauci prophete
et iusti attigerunt. fuerunt
enim prophete et iusti non tanti
ut visionem abrahe et presenciam
apostolorum attingerent et istos
dicit non vidisse nec audivisse
que apostoli videbant et audiebant
Sequitur 2ª pars principalis et
est quid legis peritus etc. In qua
describitur affectus precium. ap
parenter desiderati ubi considerandum.

est. Primo psone condicio. Et
ecce quidam etc. 2o dubii interrogacio
Magister quid faciendo. Condicio
quidem psone comprehendit litte
ralem noticiam legis superbam ela
cionem mentis. simulatam inten
cionem cordis. Comprehendit ergo
primo condicio psone litteralem
noticiam legis de qua dicitur
Et ecce quidam legis peritus verba
quidem legis tenens sed. vim
legis ignorans. sicut dicit ambrosius
super lucam. Iste enim erat
de numero illorum qui ignorantes
dei iusticiam et suam volentes
constituere iusticie dei non sunt
subiecti. Et iterum de illis erat
qui dicentes se esse sapientes
per noticiam litteralem legis
stulti facti sunt propter ignoranciam
spiritualis intellectus eiusdem
Comprehendit secundo condicio
psonalis superbam elacionem
mentis propter quam additur
Surrexit ut elacio quam habebat
intus manifestaretur per
elevacionem actus exterioris
Comprehendit tercio psonalis
condicio simulatam intencionem
cordis. quia dicitur temptans
eum. Omnis enim temptacio
ab aliquo apparenti bono incipit
et ideo iste temptator sub de
siderio vite eterne pallians
intencionem suam. quasi

blandiendo et laudando christum
dicit Magister quid faciendo
vitam eternam possidebo
ubi describitur quasi. dubii
interrogacio. potuit autem hec
questio moveri ab isto legis
perito propter verba quedam
que premiserat christus dicens Gau
dete ergo quod nomina vestra scripta
sunt in celis. vel ex hoc quod
discipulis specialiter dicit. Be
ati qui viderunt etc. Verum
quoniam perversa erat intencio
huius temptatoris. ideo ad
malum finem ordinabat suam
interrogacionem. ad hunc scilicet
ut christus videns quomodo possi
det vitam eternam novam
viam adhuc instituerat sicut
novam videbatur predicare
doctrinam. ac per hoc legis
peritus calumpniari posset
christum quod in hiis que principaliter
pertinent ad salutem doceret
contraria Moysi. Vel forte
ideo temptando interrogat
quid faciens habeat vitam eternam
ut simulando se legis ignarum
interrogatus a christo de lege
videret totte legis precepta
et per hoc laudaretur ut pru
dens et legis peritus. Nec
de alio indiguit facere questionem
quam de vita eterna propter duo

Primo quia sciebat scriptum
legum scribere & vitam eternam
illis qui sequebantur ipsum
docendo ut quidam simulet
sanctitatem quia querat de
pertinentibus ad salutem. Secunda
tercia pars principalis. at ille
dixit ad eum. In lege quid
scriptum est etc. In qua describitur
perfectio mandati videlicet observati
ita quam talis ordo continetur
Ponitur enim primo continencie
legalis interrogacio. at ille dixit
ad eum. 2o sufficiencie eiusdem
explicacio ibi Ille vidEND respondens etc.
3o explicacionis illius approbacio
ibi dixitque illi recte etc. 4o quis
proximus sit homini declaracio ibi
Ille autem volens etc. Vel sic
Primo prius de continencia legis
interrogatur in principio. 2o legis
legis sufficiencia explicatur ibi
Ille. respondens etc. 3o illius explicacio
approbatur dixit illi recte respondisti
4o cuius sit ut proximus declaratur
Ille autem volens etc. Primo
igitur legis peritus de legis continencia
interrogatur propter quod ille
scilicet Jhesus dixit ad eum
In lege quid scriptum est. Quomodo legis peritus interrogat. et ut ex sua responsione colligit quis alius
sic vitam eternam possideat
vel ab ea excludatur. Et ideo
dicit glosa quod Christus interrogat
quid scriptum est ut in suis verbis
vel iustificetur vel dampnetur
Verum non simpliciter interrogat

quid scriptum est. sed ... ubi scriptum
est adiungitur enim adiungitur dicitur
In lege ut ex hoc fallaciam tempta
toris excludat. Intendebat enim
iste temptator aliquid audire a Christo
quod non continetur in preceptis Moysi
Et ideo ipsum remittit ad legem
ostendens quod lex aliquid continet ob
cuius observacionem perducebat ad vitam
de qua iste quesierat. Deinde cum
dicit. Ille respondens dixit. diliges
dominum deum tuum ex toto corde
etc. Explicat sufficienciam legis
ubi oportet vide huius scripture continen
ciam sufficienciam particularem et
diversam. Continenciam quidem quia
ex toto corde, tota anima, tota mente
et ex omnibus viribus iubet deum
diligi. Ex quo enim totum hominem
et omnes vires eius dileccio dei
sibi vendicat nullus locus relinquitur
in homine ad diligendum aliquid
quod impediat dei dileccionem. Supra
enim minus diligitur deus. quando
aliquid non relatum ad eius dilec
cionem amatur propter quod bene dicit
Augustinus in libro confessionum. Minus te amat
qui tecum aliquid amat. Si ergo
cor hominis divisum sit per amores
ut scilicet deum diligat et cum
hoc amat aliquid quod ad dileccionem
dei non referat nec ordinet iste
non implet continenciam huius
precepti. Et ideo bene dicit Basilius
quod cum dicitur tota anima in ceteris
non recipit scissionem. Nam

quantumque dilectionem in infimis
expenderis hoc tibi necio a toto
deficiet sicut in vase aliquo licore
pleno ingestum emanat foras
imitatum nostre plenitudini derogatur
sic et in anima ingestum emmanavit
ab ipsius dilectione ad illicita in
tantum minui necesse est amorem
ad deum. Ulterius quod dicit ex omnibus
viribus quandam vehementem cona
tum ad deum diligendum. conti
nencia istius mandati audit in
theologia. hoc igitur intelligendum
est quod oportet nos omnem virtutem
anime amori divino subicere et hoc
viriliter et non remisse. unde
additur Et ex omnibus viribus
tuis. Sed quid significat in di
lectione dei ista distinctio. Ex
toto corde ex tota anima etc. Ad
hoc dicendum est sciendum multos
modos ista posse exponi. Uno
modo sic. homo propter gradum no
bilem quem tenet in rebus habet
in se virtutem vegetativam
que proprie viget in corde. Virtutem
sensitivam que viget in anima
unde animatum ab animato propter
dignoscitur sensu. habet tercio
virtutem racionalem et intellectivam
que viget in mente. et quamvis
quidquid vivimus quidquid sentimus
quidquid intelligimus ad dei amorem
ordinare et referre debemus.
Ideo dicitur diliges dominum deum tuum
ex toto corde etc. verum quia
omnes iste virtutes simul
collecte debent viriliter
ad deum ordinari. Ideo adiungitur
et ex omnibus viribus et huius
exposicio potest haberi ex dictis
Gregorii nisseni. Alio modo de-
bet intelligi ut per totum cor
penes quod residet appetitus rei
desiderabilis intelligatur deus
sic amari ab homine ut in eo
non remaneat amor avaricie
ad res temporales. per totam
animam aput quam residet
concupiscibilis virtus ad delec
tabilia gustus et tactus intel
ligatur dei amor sic occupare
animam ut nulli prave delecta
cioni relinquatur locus. per
totam mentem aput quam
residet quedam elevacio hominis
super se intelligatur. dei
amor sic desiderari ab homine
ut in ipso solo totaliter glorietur
ut sic per totum cor excludatur
avaricia per totam animam
concupiscencia carnis per to
tam mentem superbia et vana
gloria. Et hec exposicio insi
nuatur in dictis sancti Maximi
episcopi. sub hiis verbis. Cum hac
igitur intencione terminum ad
deum dilectionem lex pertractat
ut avellat nos a terrena mundi
habitudine qua respicitur ad
possessiones ad gloriam et

ad voluptates in quibus et
temptatus est xpus. Aliomo
pt intelligi ex toto corde etc
sicut exponit glosa augustini xxiij
Ex toto corde .i. ex toto intellectu
sine errore. Ex tota anima .i.
ex tota voluntate sine discordia
ex tota mente .i. tota memoria
sine oblivione. Ex omnibus
autem viribus additur. ad
exprimendum universalem co
natum quo et intus et extra
debemus ad amorem ferri di
vinum. Aliter etiam exponi
possunt verba predicta sicut
patet infra dominica. xviij post
penth. accesserunt ad ihesum
etc. habemus precepti continentiam
Secundo oportet videre precepti
sufficientiam. Ubi advertendum
quod illa sunt sola diligenda ex
caritate que possunt participare
felicitatem eternam vel ipsam
habere per creationem cuius ratio
ad plenius pt reddi ex hoc quod dicitur
ab apostolo primo Cor. xiij. Caritas
numquam excidit. Cum autem
habitus est perpetuus et similis
ratio eorum respectu quorum
est habitus debet esse perpetua
quia ergo caritas perpetuitatem
habet et diligibilia ex ipsa
debent hoc habere quod ordinabi
lia sint ad eternitatem in qua
possunt participare illud bonum quod
caritas primo respicit sicut tamen

primam diligibilis. talia autem
non sunt nisi tria scilicet deus
qui habet bonum illud per essentiam
ipse homo qui diligit et hoc quantum
ad animam primo et deinde quantum
ad corpus. quando erit factum
incorruptibile. 3o ille qui potest
participare cum eo illud bonum
scilicet proximus quo nomine angelus
et homo quilibet datur intelligi
Complecta ergo dilectionem dei sui
et proximi sub precepto comprehendens
cum dicit. diliges dominum deum tuum
et proximum tuum. sicut teipsum
sufficienter regulavit hominem
quantum ad ea que diligenda sunt
ex caritate. 3o oportet videre
huius precepti possibilitatem. Nam
videtur impossibile quod in hoc mundo
homo feratur in deum toto corde
tota anima. tota mente. cum eius
animus necessario ad multa distrahatur
que impediunt illam tam intensam
dilectionem dei. Dicendum igitur
est quod preceptum de diligendo
deum modo predicto adhoc datum
est ut homo conetur et niche
atur incipiat ipsum perficere
et ea que impediunt eius
impletionem studeat a se ab di
care. adhoc autem faciendum
habet multiplex adiutorium. primum
est quedam vis seminaria que
plantata est nobis a natura
diligendi bonum. omnia enim
bonum amant et appetunt et
ideo maxime bonum est maxime

diligendum. Quantum ad hoc adiuvans
est multorum beneficiorum receptio.
Tam enim eo quod natura dictat
nos debere diligere benefactores
cum ergo deum habeamus tantum
benefactorem ut ab ipso accepimus
quidquid sumus quidquid possumus et
habemus quidquid sanum multo debemus
ipsum diligere eo modo quo preceptum
est. Unde bene dicitur viii
ethicorum quod hominibus ad deos est
amicitia ut ad bonum superexcellens.
nobis [illegible] enim fecerunt. Aliter
autem dici potest seu posset. scilicet
quod aliquid precipitur ut omni tempore
observetur sicut sunt ea que
precipiuntur in preceptis negativis
aliquid autem precipitur ut pro
loco et tempore observetur sicut
ea que precipiuntur in preceptis
affirmativis quia ergo hoc pre-
ceptum est affirmativum ideo
eius observancia debet sic intelligi
scilicet ut pro omni eo quod potest
cor cogitare vel anima desiderare
vel mens recordari. vel vires
operari dei dilectio non desistatur
Vel aliter. aliquando precipitur
aliquid ut quando precipitur impleatur
.a. Potenciam etiam exequendi
mandatum de primo dilectione
videtur homo habere ex natura
Unde Cyrillus. Oportuit autem
a deo potenciam ad huius execucionem
mandati. Quis autem non novit
quam mansuetum et communicativum

animal est homo. non autem
solitarium et silvestre. nichil
enim tam proprium est nature
quam adinvicem communicare et
mutuo indigere et cognatum
diligere. quam generaliter suscipiens
nobis dominus tradidit scilicet
horum consequenter et fructus
.b. requirit. Aliquando autem
ut desideret homo esse in statu
in quo illud possit implere
quod transcendit facultatem
eius pro aliquo statu. Quamvis
ergo in hac contemptibili vita
homo non possit preceptum
predictum semper implere tamen
utiliter datum est ut videns
homo quod in hoc statu succumbit
et a potencia implendi ipsum
deficit desideret esse in statu
illo felici in quo ipsum continue
poterit adimplere. Quarto
oportet videre horum precepto-
rum decem que est quod precepto
divino non limitatur modus
sed dicitur ex toto corde. ex tota
anima. totus. tota mente viribus
omnibus. precepto suo et primo
est proprius modus. scilicet terminus
cuius differencie racio potest
accipi ex hiis que statim dicta
sunt. Quia enim caritas aspicit
bonum beatificum sicut primam
causam substancie diligibilis
ille debet diligi sine fine
modo qui eam potest participare
qui illam bonitatem habet sine fine
hoc est dominus deus. Et ideo sic finito modo

finite et iste est quilibet
homo et etiam eius proximus
quicumque sit proximus. Deinde
cum concluditur: Dixit ei recte
iudicasti, respondisti etc. Ponitur
approbacio responsionis sive expli-
cacionis in qua quidem approba-
cione et querenti et questioni
respondit salvator querenti quidem
quia temptator erat sicut
ewangelista premisit. Sic igitur respondere
ut fallacie ipsius astucia con-
primatur quia ad hoc quod vitam
eternam habeat sufficiens
esse dicitur observancia manda-
torum. Sed questioni de vita
eterna acquirenda satisfecit quoniam
perfectum iter regni celestis
ostenditur dilectio dei et proximi
et ideo ait: hoc fac et vives.
Unde glossa: Perfectum iter celestis
vite ostendit dum legis perito
de dilectione dei et proximi scripta
reperienti respondit: hoc fac et
vives. Deinde cum dicit:
Ille autem volens iustificare
se ipsum etc. Quis sit homini
proximus declaratur ubi talis
ordo ab ewangelista servatur. Primo
enim describit questionem
superbientis: Ille autem volens
iustificare etc. Secundo parabolam satis-
facientis ibi: Suscipiens autem
Ihesus etc. Tercio adaptacionem
concludentis ibi: Quis horum

tamen videtur tibi proximus etc. Primo
igitur describit questionem cum
dicit: Ille autem volens iustifi-
care seipsum dixit ad Ihesum: Et
quis est meus proximus. Et vi-
dendum est quod ista questio est super-
bientis. Putare enim se esse
tam iustum tam sapientem et
tam perfectum quod nullus sit sibi
equalis in ipsa iusticia, sapiencia
et perfectione, est putare se pare(m)
non habere et per consequens nec habere
proximum; cum proximus dicat quandam
comparacionem equalitatis. Hoc
autem non potest in homine accidere
nec ab ipso estimari nisi ex magna
superbia. Iste itaque legis peritus
volens se iustificare quasi ita
iustum ostendere ut nullus ei esset
in iusticia comparandus dixit: quis
est meus proximus. Et hoc est quod
dicit Cyrillus: Laudatus legis
peritus a salvatore quod recte respondisset
in superbiam prorumpit nullum
sibi proximum putans esse, quasi
nullus esset ei in iusticia comparandus.
Attendendum est hic quod quedam
vicia ita sunt affinia ut facili-
ter unum oriatur ex altero. Et de
numero talium sunt ypocrisis et superbia
et ideo legis peritus qui prius
ut per ypocrisim temptator accessit
per propriam reputacionem in su-
perbiam est elatus et hoc est
quod dicit idem Cyrillus: Commendatus

enim eum quodam mo altnatum
vicia. a fallacia qua temptando
quesiuerat ad arrogantiam lapso
descendendum est. q tam ypocr
quam supbia oculum habent ob
nubilatu mentalem. Et ideo leg
pitus qui ex hijs que legerat
xpm cognoscere debebat p ypo
crisim ita obcecatus fuit ut
ipsum non deum sed hominem
tantus extimaret. et p supbiam
ita fuit tunc prematus ut quem
hominem confitebatur proximum
non putaret. Unde glosa. Eum
putabat se non ante deum sed
hominem stare nec ipsum quem
ingenij vocat proxim cognoscat
Et vere ignorauit se hre proxim
et equalem in iusticia quia non
credebat in xpm sicut dicit amb
Qui autem xpm nescit legem
ignorat quia ignorat illam vitam
quam lex pmittebat vetera
Deinde cum dicit. Suspiciens
autem ihesus etc. adiungit parabo
lam satisfacientis in qua sub si
militudine hominis descendentis
ab ierla in iericho. et incidentis
in latrones qui dispoliatum pla
gis impositis semiuiuum relinquentes
abierunt. significat pmu hoiem
spoliatum gratuitis et in naturalibus
a demonibus vulneratum. Et cum
tam sacerdos q leuita nra non
pstante tamen proxim debebat
de vulnerato tam ppter genus

quia israhelite erant sicut
homo qui ab ierlm descendebat
q ppter affectum quia eis
commissa erat cura pplis dl'nai
Samaritano autem prestante
nuam vulnerato in quo erat
tantum similitudo nature et
compassio mie. concluditur ex
hijs. q proxim efficit. non ppin
quitas generis nec dignitatis
ptas. sed pocius ydemptitas
nature et necitas indigencie
ac p hoc sicut nullus a pdictis
excluditur ita nullus est qui
proximus non reputari debeat
In hac autem parte descbt
primo actum mentem homis
instruentem cum dicit. Et
suspiciens etc. Secundo casum mia
indigentem. homo quidam etc
3o affectum miser negligentem
cum dicit ut sac et proxim
miso subueniente. Samaritanus
autem Describit ergo pmo
actum mentem hominis instru
Suspiciens aut ihus entem cum dicit Iste enim
actus quo xpus in celum
suspexit instruit mentem
hominis q notitia et obseruacio
precepti diuini a celesti dono
procedit. 2o describit casum
mia indigentem cum dicit
homo quidam scilicet adam
et in ipso totum genus humanum
ab ipso per viam nature propagandum

descendebat ab ierusalem in
iericho i. a visione pacis eterne
que significatur per ierusalem que
interpretatur visio pacis. descendit
appetendo inferiora bona in defectus
multiplices peccatorum. qui
defectus per iericho insinuatur
que interpretatur luna. a luna
deficiens quandoque lumen. non appa-
ret ita adam in defectum pec-
catorum et gratie carentiam
descendit quando salem divini
luminis per inobedientiam
non aspexit. Et incidit in
latrones i. in angelos noctis
et tenebrarum qui merito
dicuntur latrones quasi
latenter quia aliorum est ra-
pientes. qui ipsum adam dispo-
liaverunt eum donis et
gratiis quasi vestibus gratuitis
quia gratis a deo collatis. Et
plagis impositis i. in naturalibus
homine vulnerato abierunt
non a temptacione cessando
sed pocius insidias occultando
Et abierunt semivivo relicto
vel sicut dicit augustinus de quibus
eum hic. Spoliaverunt eum
in mortalitate et plagis
impositis peccata suadendo sive
relinquendo promptitates ad
malum. reliquerunt semivivum
quia ex parte qua potest intelligere

et cognoscere deum vivus est
homo ex parte qua peccatis contabescit
et premitur mortuus est. vel
semivivus relinquitur quia liberum
arbitrium habet homo vulneratum
in tantum quod ad eternam vitam
per se redire non potest tamen sua
dampna potest quodam modo sen-
tire sicut ille qui relinquitur
semivivus. Vel semivivus relinquitur
homo quia humana natura sic
prostrata est in adam ut quasi
mortua censeatur. tamen quia
in ipsa debebat christus apparere
qui est vita eius ideo non erat
totaliter morti subiecta. propter
quod bene dicit ysaias primo nisi
dominus sabaoth reliquisset nobis
semen quasi sodoma fuissemus
Tercio describit affectum mi-
seria negligentem cum sit humano
genere sic vulnerato spoliato
et semivivo iacente. Accidit
ut sacerdos quidam descenderet
eadem via et viso eo preterivit quia
sacerdocium legis quod incepit
ab aaron non potuit humano
generi lapso subvenire. vidit
quidem eum quando peccatum
et defectum eius cognovit quia
per legem cognicio peccati. Ro-
iii. sed quem videre potuit
sanare non valuit. similiter
et levita cum esset secus viam
et videret eum pertransivit

qua lex moysi insinuata per levi
tam et etiam prophetarum visio sig
nificata per eundem. Videre quidem
peccatum humani generis potuerunt quod
erant secus viam. hoc est iuxta
veritatem in lege descriptam. Sed
tamen ipsum sanare non valentes
gemendo pertransierunt. Quarto
describit remedium misso subvenientem
dicens Samaritanus autem i. christus
qui significatum quidem samaritan
qui interpretatur custos uel tenuit
iuxta illud ysa. xxi Custos quid
de nocte et ps. Nisi dominus custo
dierit civitatem etc. iter faciens
quia idem christus pertransiuit iter
faciendo et sanando omnes oppressos
a dyabolo. venit secus viam quia socius
est hominum mortalitatis susceptione
finitimus et sic fuit secus viam
humane nature per carnis susceptionem
sed tamen fuit extra viam. per
omnimodam carentiam delictorum
iuxta illud psalmiste. Beatus vir qui
non abiit in consilio impiorum
et in via peccatorum non stetit
etc. Sicut autem christus factus
est hominum carnis susceptione
finitimus ita factus est eidem
nature collatione virtutis. Ideo videns
eum motus est quia videns
humanum genus tantis vulneratum
delictis et sic spoliatum gratiis
misericorditer ei compassus appropinquavit
eidem et sacramentis eum curavit. quia
alligavit vulnera eius scilicet huma
ni generis. Infundens oleum et vinum

spem venie quasi infundendo
oleum vinum. et vinum hoc est
fervorem dilectionis ad bene
operandum. Vel infudit oleum
promittendo remissionem peccatorum
et regnum cum dicat penitentiam
agite appropinquabit enim regnum
celorum. vinum autem infudit
minando timorem et forti
tudine dampnacionis iudicium. et
pene cum dicatur dicat Omnis
arbor que non facit fructum
bonum excidetur et in ignem
mittetur. Et hec est expositio
ambrosii dicentis. Sicut oleo
fovet remissione peccati
sic vino compungit denunciacione
iudicii. Vel infudit oleum
per conversationem mansuetu
dinis sue humanitatis. vinum
autem per excellencia operum
deitatis. Et imponens illum
in iumentum hoc est in corpus
suum quia peccata nostra ipse pertulit
in corpore suo. Vel imposuit
eum in iumentum quando ho
minem facit credere sue incar
nationis misterium. Ipse enim
dicit in ps. ut iumentum factus
sum aput te. Unde augustinus
de questionibus evangelii Iumentum
eius est caro in qua ad nos
venire dignatus est. Imponi
iumento est in ipsam incarna
cionem christi credere. Sic autem
assumptum hominem per fidem
vel per remissionem peccatorum

factam in baptismo. Duxit
illum in stabulum .i. uniu-
ersalem ecclesiam que lassatos et vulnera-
tos ac a latronibus spoliatos
recipiens reficit donec in
patriam revertantur. Et bene dicitur
ecclesia militans stabulum et
non domus quia sic recipit
viatores ut fetore non careat
delictorum ne ipsam quis existi-
met patriam sed potius ad hanc
missiam. unde glossa non domum
sed stabulum vocat quo nomine
miserias et fetores huius vite
signat ne homo in hoc exilio
tamquam in patria gaudeat. Sed
quoniam ductus ad ecclesiam
per fidem et sacramenta invenit
tam remedia sanitatum quam in-
crementa virtutum ideo bene
adiunctum est Et curam eius
egit. Egit ergo christus in ecclesia
curam hominis a dyabolo vulnerati
tam cum premonuit ne precepta
contempneret que recepit
Et altera die .i. die sue ascen-
sionis. vel altera dies est
qua hominem sanatum per gratiam
dimittit operari per liberum
arbitrium et vivere sub regi-
mine eorum qui in ecclesia
sunt prelati et hoc est quod
subditur protulit duos denarios
et dedit stabulario. Duo denarii
sunt duo testamenta vel
duo caritatis precepta vel fides
divinitatis et humanitatis que
dantur stabulario quando cuilibet
presidenti vel docenti ex officio
in ecclesia committuntur. Cui propter
officium commissa est cura subditi
vel discipuli gubernandi. Et ideo ei
precipitur. Curam illius habe et
ne remississime hoc faciat sed potius
conetur ad plus expendendum quam sibi
ex officio videtur incumbere adiungitur
Et si quid supererogaveris ego
cum rediero reddam tibi. Super-
rogavit apostolus paulus qui ad
Cor. scribens ait .i. Cor. vij. De
virginibus autem preceptum domini
non habeo consilium autem do.
Iterum supererogavit quando predi-
cans evangelium propriis manibus acqui-
rebat victum cum liceret tunc sibi
ab hiis quibus predicabat necessaria vite
accipere. Supererogant doctores
qui novum et vetus testamentum
ad utilitatem fidelium conantur
exponere et hii omnes retribucionem
accipient in futurum. Exposicio
predicta sumpta est de dictis augustini
de questionibus evangeliorum. Et eciam
cum dicit. Quis horum trium
videtur tibi etc. describit adaptacionem
concludentis. In qua adaptacione
ponitur primo percunctacio. Quis
horum trium videtur tibi proximus
fuisse illi qui incidit in latrones. Et adiungitur
finaliter eiusdem respondentis responsio

Ait ille dixit q. f. etc. 3o conclusiva
instructiva conclusio. Et ait illi
ihesus vade et tu fac similiter
In qua quidem conclusione denotat
omnem hominem proximi indigendum
aut vel exhibendum misericordie
officium vel exhibendum esset
si indigeret et quia nullus est
homo cui sit nunc beneficium in aliquo
tempore denegandum. ideo nullus
homo a proximi ratione excluditur
Sic igitur mandatum de proximi
dilectione omnes obligat ut nullus
possit ab eo absolui pretexere igno
ranciam dicendo quis est meus
proximus cum omnis ut patet ex conclusione
hac proximus sit censendus
ac eidem nunc beneficium pro loco
et tempore exhibendum etc.
nobis adimplendi graciam donare
dignetur ille qui nunc exhibuit
homini sanitatis amen

Dictum est dum iret ihesus
in iherusalem occurrerunt
ei x viri leprosi etc. luce xvii
Anima cum est corpori copulata
consonum est quod per similitudines
rerum visibilium ad cognicionem
invisibilium perducitur quod bene
ostendit apostolus Ro. i cum dicit In
visibilia dei per ea que facta
sunt intellecta conspiciuntur
Anima igitur deus invisibiliter
sanat multociens infirmitates
mentis. Ad huius sanacionis
noticiam pervenit intellectus
hominis considerando et intelli
gendo modum quo conficitur
interdum sanitas corporalis et
hinc est quod in presenti ewangelio ponitur
devota supplicancium. Imperii
christi obediencia sanandorum
beneficium sanitatis. vero ingratitudo
illius qui gratus extitit sana
tori. Redarguicio ingratorum
et profectus devotionis. Ad hec
autem ista ponuntur per ordinem
in descripcione corporis sanacionis
ut mens humana intelligat
quod spiritualis sanitas acquiritur
per devotam supplicacionem
precepti condescensionem et per
humilem subiectionem qua
collata debet sanatus esse
gratus de beneficio. nam ingrati
merentur redargui et grati
merentur in beneficiis ampli
ari. Ewangelium itaque predictum
habet quatuor partes. Primo
enim describit ewangelista modum
sanitatis collate in principio. Secundo
est 2o affectum virtutis re
cognite ibi Unus autem ex
illis etc. 3o excessum voluntatis
ingrate ibi Respondit autem ihesus
in me etc. 4o profectum mentis
devote ibi Et ait illi surge
etc. Describitur itaque primo
modus sanitatis collate.

cta quam Primo introducitur
desertio loci. 2o desiderium beneficii
3o cognitio defectus proprii 4o
sanitas postulata. 5to obedientia
impetrata. Desertio quidem loci
ponitur sub hiis verbis. Factum
est dum iret Jhesus Jerusalem tran
sibat per medium Samarie et Galilee. hoc autem
factum est non casualiter
sed potius ad propositum ut dum
per illa loca transiret opportu
nitatem sue presentie exhiberet
illis qui suo beneficio indigebant
scilicet leprosis. Et signanter
transiit inter Samariam et Gal
lyleam. Sicut enim dicit Lyra
discordia erat inter Samaritanos
et iudeos ut ergo insinuet
quod venit eos ad pacem reducere
per fidei unitatem inter utrosque
transiit ut utrosque compingat
in unum. Deinde cum dicit
Et cum ingrederetur quoddam castel
lum occurrerunt etc. describit
desiderium beneficii. Circa quod consideratur
aviditas beneficii. congruitas
numeri. qualitas morbi. Aviditas
quidem beneficii quia occurrerunt
ei. Congruitas numeri. decem v
iri. qualitas morbi quia le
prosi. Dicit ergo de hiis omnibus
Occurrerunt ei etc. Christo enim
ingredienti castellum propter
hoc solum decem viri leprosi

occurrerunt eidem quia desiderabant
eius beneficio consequi sanitatem
Isti enim propter immundiciam morbi
extra communem habitationem hominum
morabantur quos simul morari
faciebat communitas atque uniformitas passionis. Et sicut dicit
Lyra. Prestolabantur transitum
Jhesu Galilei donec advenienterem
eum viderunt desiderantes suppli
ca ab eo consequi sanitatem. Deinde
cum dicit Qui steterunt a longe
describit cognitionem proprii defectus
Nam ideo de longe steterunt
quia reputantes se immundos
propius erubuerunt accedere et
tanto mundo appropinquare. Unde
Theophilus. Steterunt a longe.
quasi verecundantes de immundicia
que eis imputabatur. putabant
enim quod Christus eos fastidiret
ad modum aliorum. Et bene
cognitio proprii defectus sequitur
ad desiderium beneficii. quia qui
melius suum cognoscit defectum
avidius debet desiderare reme
dii beneficium. Deinde cum dicit
Et levaverunt vocem suam
dicentes Jhesu etc. describit sa
nitatem postulatam et hec
postulatur cum vehementi
desiderio et fideli animo. Cum
vehementi desiderio quia levave
runt vocem suam. Magnus
enim clamor intentionem signi

est magnum desiderium propter quod dicebat psalmista
Domine deus salutis mee in
die clamaui et nocte coram te
Ubi vehementiam sui desiderii
ad salutem consequendam expressit
Postulatur etiam ista sanitas
cum fideli animo. Cum dicunt ihesu
preceptor etc. hoc enim quod non obse-
crant eum ut mortalem sed ut
saluatorem quia ihesum et ut
dnatorem quia preceptorem anim-
sui fidelitatem ostendunt. Unde
Theophilus. Nec simpliciter obsecrant
eum nec rogant eum ut mor-
talem. vocant enim eum precep-
torem i. dominum quo pene videntur
hunc opinari deum. postulatur
etiam hec sanitas cum sermone
pio quando dicunt miserere nobis
et iste sermo eis conuenit. tum
propter eos quod propter eum quem rogant
Propter eos quidem quia erant
in miseria constituti nichil aut
conuenientius postulatur a
miseris quam misericordia nam miseris
misericordia necessaria est. Propter etiam
illum quem rogant conueniens
est talis sermo. Nam ipse est
qui ex misericordia qua compassus est
nostris miseriis. factus est nobis
ihesus dicente angelo ad ioseph
Matthei 1. vocabis nomen eius ihesum
ipse enim saluum faciet populum
suum a peccatis eorum. quia igitur
postulant misericordiam inuocantes
ihesum. ideo dicentes nomen
verum nominis ipsius salutem
salutem lucrantur. Et sciendum
est quod quamuis longe fuerunt
corpore tamen propinqui facti sunt
affectione ac deuotione quia
ipse est deus omnibus inuolutis
cum. Deinde cum dicit. Quos
ut vidit dixit. Ite ostendite
vos sacerdotibus. describit obedientiam
imperatam et hec obedientia
duo insinuat et tercium prefigurat
Insinuat quidem primo quod christus
non venit soluere legem sed
adimplere dum iubet illos
ire ad sacerdotes quos lex de
sanitate recepta uel non recepta
relinquebat iudices sacerdotum
Unde et illum quem a lepra
sanauerat Matthei viii legitur
ad sacerdotes misisse dicens
Vade ostende te sacerdoti et offer
munus tuum quod precepit moyses
in testimonium illis. Secundo
ista missio insinuat quod obedi-
entes christo iubenti sanari de-
bebant eo enim quod ad sacerdotes
misit eos se ostensuros eisdem
Insinuat quod parendo christo iubenti
sic sanarentur quod a sacerdotibus
mundati iudicarentur quod bene
insinuat cum tercio cum addit
Et factum est dum irent
mundati sunt. Et dicit Theophilus

q mbr̄ eis ut veniant ad sacerdotes
nichil aliud innuebat nisi q debe
bant emundari. Tercium autem
q ista missio prefigurat. 2 quia
lepra significat hereticam doct
rinam. per istos igitur leprosos
publici heretici quorum dicitur
si ad unitatem fidei convertantur
deus sic curat q tamen ministris
ecclesie reliquit officium eos
reconciliandi et fidelibus eccle
annumerandi. Et ideo dicit aug.
de q[uestionibus] ewangeliorum q sacerdotium iudeorum
figura fuit sacerdotii q est in
ecclesia. Cetera autem vicia per
seipsum intus in consciencia
deus sanat et corrigit. Doctrine
vero vel imbuendi per sacramenta
vel cathetizandi per sermonem
potestas ecclesie tributa est
Glo[sa] etiam expressius ad propositum
faciens dicit sic Quicumque
heretica pravitate vel gentili sup
sticione vel iudayca perfidia vel
fraterno scismate per dei graciam
mundatus caruerit necesse est ut
ad ecclesiam veniant colorem que
fidei verum aliisque similem ostendat.
Unde paulus ad ananiam. Corne
lius ad petrum mittitur Cetera
vicia deus in consciencia per seipsum
corrigit et sanat Sequitur
2a pars principalis ewangelii. Unus
autem ex illis etc. In qua describitur
affectus virtutis recognite. Circa
quem quinque concurrunt primo

est recognicio beneficii. Unus autem
ex illis etc. 2m expressio laudis
3m Reverencia mentis et cecidit
in faciem. 4m Convenientia vocis
gracias agens. 5m despectio gentis et hic erat samarit[anus]
Ponitur igitur primo Cognicio
beneficii cum dicitur. Unus autem
ex illis ut vidit quia mundatus est
In domo dei hoc exigitur a creatura
ut perceptio q gratis datur. Cum enim
tale beneficium cognoscatur ~~debet~~
n[on] debet recipiens negligens esse
in cognoscendo ut oblivio sue [illegible]
cognito cum ymo debet intendere
in receptum ut donanti sit statim
gratus. talis autem merito sue gra
titudinis debitus est largitori et non
per ingratum cum ab eo divisus.
propter quam racionem merito dicit
ex unus. Iterum iste infra unita
tem fidelium positus per caritatis
vinculum suo creatori unitus est
et ideo merito dicitur. Unus autem
ex illis ut vidit quia mundatus
est. vidit quidem quando per gratitu
dinem beneficium recognovit. vidit
etiam quia mundatus est ab illo
quem racione tanti beneficii tota
debuit caritate diligere. Deinde
cum dicit Regressus est etc.
ponitur expressio laudis. Cognitum
est ut omnis res que ab aliquo
principio egreditur ad suum revertatur
principium quantum potest. propter quod
bene dictum est Eccl. i. ad locum
unde exeunt flumina revertuntur
ut iterum fluant. Et si hoc

competit rebus carentibus ratione
multo magis competit creaturis
ratione utentibus. ut accepto be
neficio creatoris ad ipsum cum tot
laudibus revertantur cum quot graciis
se percipiunt a deo egisse. Et eodem
modo cum magnis laudibus ad ipsum
redeant si ab ipso magnum beneficium
perceperint quod bene iste unus deo
gratus ostendit qui percepto beneficio
sanitatis. Regressus est. cum
magna voce magnificans deum.
Magna enim vox magnam affectio
nem devocionis eius insinuat
que glosa redditur. quando. in ipsa
deus magnificatur. Et ideo dicit
Theophilus quod samaritanus reversus
voces emittebat benignas
Deinde cum dicit. Et cecidit in
faciem suam ante pedes eius
describitur reverencia mentis. Circa
quam sciendum est quod quando re
verencia fit prudenter atque humili
ter tunc est deo accepta. In hoc ergo
quod iste cecidit ad pedes ihesu hu
militer reverenciam exhibet. In
hoc autem quod cecidit in faciem
suam prudenciam eius demonstrat
Nam qui cadit retro se non discer
nit propter ubi cadit qui autem
cadit in faciem ubi se prosternat
considerat et sic prudenciam in
suo casu conservat. propter quod sicut
dicitur hic in glosa qui in faciem
cadit videt quo cadat. qui vero
cadit non videt. Boni ergo. in

faciem cadunt quia humiliant
se in hiis visibilibus ut. ad.
invisibilia erigantur. Mali vero
retro cadunt quia cadunt in
invisibilibus ubi non vident
quid et eos consequatur. Sic
igitur iste in sua reverencia
prudenciam servat quia cadit
in faciem propriam. humilitatem
vero servat quia ad pedes domini
se prosternens. nichil boni
sibi ipsi attribuit sed bona que
accepit a christo illa recognoscit
Quoniam autem reverenciam
mentis tam prudenter quam humiliter
exhibitam frequenter sequitur
expressio congrua vocis ideo
additur. Gracias agens ubi
sicut dicebatur describitur
convenientia vocis. Congruum
quippe est ut sicut iste voce
propria mediante qua clamando
petiverat. Ihesu preceptor mise
rere mei. ita sanatus ab ipso ihesu
per vocem propriam eidem gracias
ageret qui sanaverat Deinde
cum dicit. Et hic erat samari
tanus. Ponitur descripcio gentis
ubi genus ipsa et interpretacio
nominis aliquid nobis insinuat
genus quidem samaritanorum
satis vilis erat illis temporibus
tamquam a diversis partibus congre
gata et samariam causa inha
bitacionis translata ad insinu
andum igitur quod vilitas generis

fideli devoto et grato homi
nichil ad graciam dei preparandam
potest obesse expressit circumstancia quod
hic erat samaritanus. Et hoc
est quod dicit Theophilus hinc potest
quisque continere gratiam quod nichil
impedit quemque placere deo et
secundum genus prophanus processit dum
mos bonum gerat propositum. Circa
quod nobis insinuat genus de quo
iste fuisse dictus est. Interpretatur
autem huius nominis ipsius ad
nobis insinuat. Nam samaritanus
interpretatur custos ille autem
novit prudenter et humiliter
deo gracias agere qui custos
sui esse non manitet super
se tollitur sed coram illo a quo
recepit quicquid habet se devota
mente prosternit. Sequitur 3a
pars principalis. Respondens autem
Ihesus etc. In qua describitur
excessus voluntatis ingrate
ubi circumstancia introducit. primo
rememoracionem beneficii miseri
corditer collati. 2a redargu
cionem nimis evidenter ingrati
ubi Non est inventus etc. Primo
igitur rememorat beneficium
misericorditer collatum dicens
Audit autem Ihesus. Dixit
Nonne x. mundati sunt. Bene
autem est collatum beneficium
mundicie hiis qui denario numero
continentur quia per observanciam
decalogi quilibet mundiciam

mentis habet. Deficiens autem
ab ipsa decalogi observancia imperfectus
censetur. Et ideo bene adiungitur
2a redarguicio ingratorum sub
numero qui deficit a denario quando
dicitur Et novem ubi sunt. Nam
secundum Augustinum Cum ingrati deo munda
tori suo graciarum agendarum
pia humilitate non prostraverunt
similes sunt illis de quibus dicit
apostolus. Cum autem cognovissent
deum non sicut deum glorificaverunt
aut gracias egerunt ideo tales
in novenario numero tamquam imperfecti
remanebunt. novem enim indiget
uno ut quadam forma unitatis
coaguletur in decem. Interrogat
autem Christus ubi sunt novem
cum sciret utique ubi essent qui
omnia cognoscit. insinuans per
hoc ingratos de receptis a deo
beneficiis non esse in sua approbacione
et quasi reputandos esse quasi
qui non sunt. 3o discernit circumstancia
inter factum grati et ingratorum
dicens. Non est inventus qui
rediret et daret gloriam deo
nisi hic alienigena. Et bene
in benediccionem assignat cum reditu
quia cum omnis homo recessisset
a deo eo quod omnes declinaverunt
nullus potest dici inventus nisi
qui ad deum reversus est quod
bene salvator insinuavit. Luce
xv quando conversionem prodigi
filii ad patrem invencionem perditi
fuisse voluit dicens. peccat

et inventus est. inventus enim erat qui ad patrem reversus fuerat. Advertendum est sicut supius dicebatur quod sicut non obest ecclesie prophanum genus bonis et iustis ita non prodest sanctitas parentum pravis et ingratis. Unde illi qui ex genere erant israel sed nonem mundati qui non dederunt deo gloriam hic reprehensibiles ostenduntur et alienigena commendatur salus. quia salus gratus inventus est. Sequitur 4a pars principalis Et ait illi ihesus. Surge et cetera. In qua describit perfectum incrementum devote etc. quam introducatur primo confortatio vigorosa Et ait illi surge. 2o adhortatio virtuosa Et vade. 3o commendatio graciosa Quia fides tua et cetera. Primo igitur introducatur confortatio vigorosa quod ei dicitur Surge. actus. enim surgendi quia erectionem importat vigorem quendam significat insurge te ipsum quod apostolus inducens. ad vigorem gracie petentem clamat ad ephesios v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et cetera et psalmista Surgite postquam sederitis qui manducatis panem. doloris Secundo eidem enim additur Et vade introducatur adhortatio virtuosa. nam in via dei non proficere est deficere. non igitur sufficit surrexisse a peccato ad graciam nisi qui surrexerit proficiat in virtute. ad hunc igitur perfectum vigorat adhortatio qua dicitur. Vade i. proficias in virtute ut de talibus qui sic proficiunt intelligatur illud psalmiste. ibunt de virtute in virtutem et cetera. Tercio quia infirmitatem suam cognoscens statim iacuit per divini verbi consolationem ut ad fortiora opera proficere iubetur. Deum enim concluditur. Quia fides tua te salvum fecit introducatur commendatio graciosa. vere graciosa commendatio in qua meritis fidei sue salus dicitur introducta. Et sicut de fide commendatur ille qui gratias retulit ita de infidelitate arguuntur ingrati. hoc de litterali expositione sufficiat. Moraliter autem sciendum est quod in homine est superior pars domus que debet se regulari debet eternarum legum consideratione et hec pars congruenter significatur per ierusalem que dicitur visio pacis. Est alia pars domus inferior que debet regulari per superiorem et dictamen superioris custodire et hec significatur per samariam que interpretatur custodia. Est est 3a in homine appetitus sensitivus qui fertur ad diversa delectabilia et iste significatur per gallyleam que interpretatur transmigratio vel rota. Christus itaque visitans animam per illustrationem partis superioris ipsius domus quasi vadens iherusalem

medium transit per ea que
sunt intima parti inferiori et
appetitu concupiscibilis. audiens homo
in quodam quasi transitu quod
preteriat ei. inter penitencias et
virtutes quibus regulari debet
vita mortalis. transiens per
mediam samariam et gallyleam
et tunc ingreditur quoddam cas
tellum .i. intimum consciencie
humane. In cuius ingressu occur
runt ei cogitatus quos per
transgressionem .x. mandatorum
lepra .i. macula peccati inficerat
tamquam .x. viri leprosi. Et hoc
autem quod conscius est homo
suorum facinorum. se indignum
reputat deo appropinquare et
ideo se et suos affatus quasi
longe constituens vindicat
se longinquum ab eo. hoc enim
modo publicanus se considerans
longe stabat luc. xviii. Et quoniam
tunc homo se videt in magna
miseria constitutum compellitur
clamare. et miam postulare
dicendo ihesu preceptor miserere
mei. Et bene premittitur ihesu
quod est nomen salutis. quia
principaliter homo in predictis
salutem querere debet. bene
etiam adiungitur preceptor ut
homo se cognoscat transgressorem
preceptorum ipsius. et quia a
tali transgressione non mitius
ipso. sed dei mia est sanandus

hinc est quod bene additur miserere
mei. videns autem saluator in
homine ea que prius fuerant
ab eo a(?)versa et ideo infecta ad
se perfecte conuersa et salutem
ac miam postulare approbat et
remedium penitencie inspirando
indicat. In quo remedio inspirat
primo voluntariam peccati detesta
cionem dicens. Ite. Secundo debitam
confessionem addens ostendite
3o. propriam ostensionem subdens
vos super et non alios ut homo
in confessione propria et non
aliena manifestet peccata. 4to
debitam ministrorum requisicionem
concludens. Sacerdotibus quod est
contra multos peccatores qui vel
levitate vel vana iactancia vel
familiari amicicia mundi sua peccata
familiaribus sibi revelant que
tamen nolunt sacerdotibus confiteri
Sed quid fit in homine qui ab eo dictis
inspiracionibus divine paruit querere
remedium penitencie. dicitur quod
statim legitur de istis. Et factum
est dum irent mundati sunt
Statim enim ut proponit sinceri
peccator se per confessionem veram
mundare eum debet. mundatur .i. a
macula peccatorum iuxta dictum
ps. dixi. hoc est proposui confitebor
adversum me iniusticiam meam
domino et tu remisisti iniquitatem
peccati mei. Cum autem sanatus
a christo tenet vere fidei unitatem

quasi unus ex eis recognoscat
quia dei beneficio est sanatus
quasi videns quia mundatus est
Et talis per virtutem gratitudinis
tribuit ad xpm attribuens eius
bonitati q sanatus est et magnis
laudum vocibus deum glorificat
pro beneficio sanitatis. Qui vero
ab unitate fidei recedunt vel
approbatione decalogi removentur
quasi novem exemptes reputantur
ingrati quia nec beneficium a deo
recognoscunt acceptum nec ei
gratias referunt ut tenentur
propter quod non sunt digni notitia
sed ut sint in approbatione divina
sed quasi ab ea extranei repu
tentur tanquam qui non sunt
et dicatur de eis. Novem ubi
sunt. Is autem qui gratus existens
deo gratias agit dignus est ma
ioribus gratiis cumulari. Et
ideo ei dicitur. Surge ad statum
boni operis. vade per profectum vir
tutum virtutum quia fides tua te
salvum fecit salvat disponendo
te et coordinando ad salutem
Quam nobis concedat xpus
dei filius qui est benedictus
in secula amen.

Nemo potest duobus dominis
servire etc. ca. vi. Secun
dum cuiuslibet boni legis la
toris est disponere et ordinare
subditos ad consecucionem illius
finis qui principaliter est intentus
in lege. Hoc enim patet. in
regnis et Civitatibus in quibus
legis latores conantur ordinare
et disponere eos qui sunt in
regno et civit. ad consequendum
bonum reipublice. Et quoniam
ad hoc disponuntur regulis. ad
monicionibus comminacionibus
et promissionibus. hinc est q
in legibus ipsorum reperiuntur
regule dirigentes admoniciones
incitantes comminaciones deter
rentes et promissiones alli
cientes. Salvator igitur ut
legis ewangelice conditor volens
ad finem eterne beatitudinis
nos ordinare. ad quem tamquam
ultimum finem tota ipsa lex
ewangelica refertur. Intendens
prefigit nobis regulas infal
libilis veritatis intendens inclu
incitantis exigenitatis excludens
promissa allicientis utilitatis
Et hec tria in presenti ewangelio
ordinantur in quo xpus primo
prefigit veram regulam cir
ca humanam subiectionem. Nemo potest etc.
2o addit instructoriam admo
nicionem. Ideo dico vobis nolite
3o adiungit utilem et allicientem
conclusionem. Querite ergo
primum. Quantum ad primum
salvator prefigit primo regulam
pertinentem ad humanam occupa
cionem sive subiectionem dicens. Nemo
potest servire. 2o reddit eiusdem

regule ceremoniam. aut enim unum odio etc. 3º adiungit duorum dictorum expositionem. non potestis deo etc. Primo ergo prefigit regulam pertinentem ad humanam occupacionem vel subieccionem dicens. Nemo potest duobus dominis supplendum secundum glosam ~~et regulam~~ inter se dissidentibus servire. Ubi primo est videnda racio dicti. 2º unde hoc dictum traxit originem. 3º quomodo ex hoc discernitur vita virtutibus intenta a vita que viciis occupatur. Primo ergo videnda est racio dicti. Servire enim importat in serviente quod voluntatem suam totaliter conformet voluntati domini sui cui servit. Et quia nemo potest conformare voluntatem suam duabus dominis inter se contrariis ideo nemo potest duobus dominis servire. Secundo videndum est. unde hoc dictum originem traxit quod potest tribus modis declarari. Christus enim superius locutus fuit de mundicia habitationis tam interioris quam exterioris. Et quia ad hanc non potest pertingere quis. si subiciatur rebus contrariis et repugnantibus et servit eisdem sed tantummodo soli deo sufficiendo huic est quod dicit. Nemo potest etc. Iterum ex alio traxit potest

In superioribus Christus multam repressit avariciae servitutem avaricia autem est ydolorum servitus. Volens ergo ostendere quod talis servitus excludit hominem a servicio dei. ideo dicit. Nemo potest etc. et ista videtur principalis intencio dicti. Iterum ex alio traxit potest origo dicti istius 2m glo. dictum fuit supra quod per malam intencionem bona opera depravantur. ut elemosina. oracio. et ieiunium. scilicet quando fiunt ut hominibus placeatur. Unde Christus ergo salvator tacite questioni qua dici potest possem. facio bona ut placeam hominibus deo et ut placeam hominibus. ait Nemo potest duobus dominis servire. Tercio videndum est quomodo hic discernitur vita virtuosa a viciosa. Nam qui servit virtuti deo subicitur mediante virtute. Qui autem servit viciis dyabolo subicitur vicio mediante. Sicut ergo nemo potest duobus dominis servire ita nemo potest viciis et virtutibus simul intendere et eisdem servire. Deinde cum dicit. aut enim unum odio etc. reddit racionem predicte regule generalis. Ubi advertendum est secundum Augustinum de civitate dei libro xiiii. Quod amor est radix omnis affeccionis

audie nře. Et ideo ex amore
nascitur timor. patet q sicut
duplex est amor ita duplex
est timor. Est enim amor bene
inflammans ex quo nascitur
timor bene humilians. Et est
amor male inflammans ex quo
nascitur timor male humilians
Quoniam igitur omnis qui alteri
servit aut hoc facit ex amore
aut ex timore ideo oportet q
duobus dnis contrariis nemo servire
possit. Nam si ex amore uni illorum
serviat amabit dnm et odio
habebit ea que dnō contraria
sunt et sic unum illorum dnorum
odio habebit et alterum diliget
diligit quidem illum cui servit
ex amore et odio habebit alterum
qui contrarius est dnō quem
amat. Si vero quis serviat
alicui dnō ex timore tantum
hic enim timor est male humi
lians 2m scilicet quando est
sine amore oportet q illum
sustineat cui servit et alterum
eius contempnat. Nolle enim
subici alicui dnō per timorem
nec tamen eidem subiectum
et ex amore est ipsius dnatum
contemptus. et hoc est q addit
aut unum sustinebit et alterum
contempnet. Sicut ergo non simul
stant in eodem respectu eiusdem
amor et odium subiectio et
contemptus. ita nemo pt sil

duobus dnis contrariis servire
Aliter etiam pt exponi q
dictum est. aut enim odio
habebit etc. Servire enim pt
quis alicui ex altera duarum
causarum scilicet vel ex caritate
vel ex necessitate. Cum servit
dnō alicui ex caritate eidem
coniungitur per veram caritatem
et ideo ita diligit eum cui
subicitur q odit omne q videt
ei contrarium ergo unum
diligit et alterum odit dnorum
contrariorum. Cum autem
servit alicui ex necessitate dnatum
patitur servitutem q oportet
eum sustinere etiam invitum
ergo unum illum sustinebit
cui necessitate subicitur et alterum
ei contrarium contempnere
cogitur invitus. Et inde ad
dicit. Non potestis deo servire
et mamone. Ostendit expo
sitionem duorum dnorum
contrariorum quibus non pt
homo simul servire. Ubi ad
vertendum est sicut dicit
glosa q deus trahit ad superiora
sibi servientem. amor vero
temporalium que hic nomine
mamone designantur trahit
ad inferiora illum qui cor apponit
ad ipas. Quamvis ergo deus
et res create contraria non
sint tamen in ratione dominandi
contraria sunt. Nam si amor
dei in homine dnatur trahet

ipsum ad supna desideranda
bona. Si autem amor terrenorum
dnatur in homine trahet ipm
ad infima appetenda ergo.
bene expositum est qui sunt
duo domini quibus simul homo
servire non potest. Aliter etiam
potest intelligi quod dictum est
Mamona enim secundum Jeronimum sermone
syriaco divitie nuncupantur
Servire ergo mamone est
servum esse divitiarum quod est
esse amarum avarum et ava-
ricie servire. Et quia nemo
potest simul servire deo et divicijs
quia deo servire est servire vir-
tuti ideo bene dicitur Non po-
testis deo servire et mamone
Sciendum est tamen sicut
idem Jeronimus dicit quod aliud est
servire divicijs aliud habere
divicias. Qui enim servit
divicijs divicias custodit ut
servus et iste magis possidetur
a divicijs quam possideat ipsas
Qui autem habet divicias
eas possidet ut dominus quod bene
fieri potest ut eis bene utatur
ad exercicium virtutis atque ipsas
bene dispenset unde Jeronimus
Qui divitiarum servus est
divicias custodit ut servus
qui autem servitutis excussit
iugum distribuit eas ut dominus
Aliter etiam potest exponi
verbum predictum. Sicut
enim habetur in glosa. Mamona
est nomen demonis qui preest
divicijs. non quod in eius dicione
sint. sed quia hijs utitur ad deci-
piendum homines irretiendo
eos laqueis diviciarum. Potest ergo
per mamonam intelligi demon. Sicut
ergo non potest quis deo et dya-
bolo servire. ita non potest deo et mamone
esse subiectus. Et hec exposicio
confirmatur per augustinum
de sermone domini dicentem Ille
enim servit mamone et divicijs
illi utique servit qui rebus istis
terrenis merito sue perversitatis
prepositus princeps huius seculi
a domino dicitur. Sequitur 2a
pars principalis autem sic. Ideo dico vobis
ne solliciti etc. In qua ponitur
instructoria admonicio. Circa
quam introducitur. Primo ipsa
admonicio. ideo dico vobis. 2o
admonicionis racio. Nonne anima
etc. Introducitur ergo primo
admonicio sub hijs verbis. Ideo
dico vobis ne solliciti sitis anime
vestre quid manducetis nec corpori
vestro quid induamini. Ubi primo
videnda est racio huius dicti.
Ad cuius evidenciam sciendum
est quod duo sunt necessaria homini
ad vitam corporis conservandam
scilicet victus et vestitus. propter
quod dicit apostolus 1 Thi. vi. habentes
alimenta et quibus tegamur
hijs contenti simus. Ex hoc

igitur q hec duo homi sunt nccia
posset aliquis credere q quis non
possit homo servire deo et diuicijs
tamen pt habe cor intencu ad.
eas propter victum et vestitum sine
quibus vita non pt conservari Ad
excludendam go opinionem hanc
dicit. Ideo dico vobis etc. Et hoc
est q dicit aug9 de s. dn. Ne
forte quis superflua non querat
propter ipa nccia cor duplicetur et
ad ea deflectenda torqueatur
intencio addit. Nolite solliciti
esse anime vre etc. hic autem anima
pt duobus modis accipi. vno mo
pro parte hominis que dat vitam Et
tunc est sensus verbi. Nolite sol
liciti esse anime vre quid manducetis
.i. propter animam vram que aliter
non pt corpus vivificare et tunc
nisi manducetis. Nolite habere
sollicitudinem superfluam circa
victum acquirendum. Quamuis
enim anima de se cibo corporali
non egeat. tamen non pt alit
in hac vita mortali corpus suste
tare nisi manducet homo. Alio
mo pt intelligi pro vita ipa cor
porali. eo modo quo dicit saluator
Jo. xii. Qui odit animam suam
in hac mundo. animam .i. vitam
corporalem et hic anima ideo po
pro vita quia ab ipa phe causa
in homine vita Tercio sciendum
est q ex hoc verbo male intel
lecto. dixerunt quidam q xpianus

non debet laborare nec aliquo
mo procurare cibum corporis
et maxime monachus vel reli
giosus. Et quidem falsum est
sicut pbat aug9 in libro de ope
monachorum sicut enim dicit
ibidem aug9. Qui veniunt ad
confessionem seruitutis dei ex
vita rusticana et ex opificum
exercicio et plebeio labore. se
quominus operentur excusare
non possunt nullo enim modo
decet vbi senatores fiunt labo
riosi ibi fiant opifices ociosi
et quo veniunt relictis delicijs
delicijs qui fuerunt prediorum
dni. ibi sint rustici delicati. Cum
autem ait dns. Nolite solliciti
esse etc. Non hoc dicit ut ista
non procurent quantum necessitatis
est vnde honeste possint. Sed
ut non ista pnr intueantur et
propter ista faciant quicquid in euangelii
predicacione iubentur. sic igitur
non prohibetur prudencia circa
talia honeste procuranda. Sed
sollicitudo principaliter querendi
predicta. Ideo bene dicit glosa.
Nolite solliciti esse etc. .i. circa
temporalia ne retrahamini ab eternis
Vnde ieron9 dicit q labor exercendus
est. sollicitudo tollenda. Quomodo
autem sit sollicitudo sicut posset
si intelligatur illud. ps. diuicie
si affluant nolite cor apponere
Ille enim de diuicijs sollicitus

est qui cor eius apponit. Ille
autem cor apponit qui nil studi
osius optat. ergo sollicitudo
est studiosa intencio cordis
ponens certis rebus illud circa
quod inclinatur affectus per ipsam
sollicitudinem. De tali enim
sollicitudine quando est circa
transitoria bona. dicit Salomon
Ecclesiastes ii. Peccatori autem dedit
deus afflictionem et curam super
fluam ut addat et congreget
et tradat ei qui placuit deo.
Sed et hec vanitas et cassa sol
licitudo est. Intelligas tamen
quod in hac auctoritate dedit deus debet
intelligi permissive. i. permisit deus
et id quod ponitur in fine quod hec
vanitas est et cassa sollicitudo
non debet referri ad illud ver
bum et tradat ei qui placuit
deo. sed ad ea que superius posuit
scilicet addat congreget per
curam superfluam. Deinde cum
dicit. Nonne anima plus est
quam esca. ponitur huius admoni
cionis racio. Ubi primo ponitur
racio cavende sollicitudinis
quo ad procuracionem alimenti
2o. quo ad procuracionem indumenti
3o. quo ad sollicitudinem abicien
dam utrumque. 2a. ibi Et de vesti
mento. 3a ibi Nolite ergo sol
liciti esse etc. Prima in tres
2m tres raciones quas adducit
2a ibi Respicite volatilia etc

3a. ibi Primus autem vero. Ponit
ergo primo primam racionem abici
ende sollicitudinis circa alimenta
que sic formari potest. Cum tribuit
liberaliter quod maius est ∧ sed deus
tribuit animam nobis que plus
est quam esca et corpus quod plus
est quam vestimentum et hoc faciet
sic enim qui animam et corpus
largitus est spem ponatis divine
gubernacionis tamen quo ad escam quam
quo ad indumentum. Vel sic
potest conformari. deus non conpassus est
animam in corpore indigentem
cibo et vestimento nisi sua pru
dencia de utroque providisset ei
sufficiens gubernaculum quia
sapiens artifex non fabricat
nobiliores effectus quin eis
provideat de minus nobilibus sus
tinentis que sunt necessaria ad con
servacionem ipsorum et hoc est quod
dicit littera. Nonne anima plus
est quam esca. i. Nonne nobilior effectus
est anima in entibus nature quam esca
per quam conservatur vita corporea
et corpus. Nonne plus est. i.
nobilius quam vestimentum quo ornatur
Igitur si supremus artifex animam
et corpus nobiliora quidem creavit
aut escam et vestimentum
eis et necessaria providebit. Deinde
enim dicit Respicite volatilia celi
etc. Ponit racionem secundam que 2m
escam in hoc differt a precedenti
quia in illa est processus de precedentibus

∧ absque vestra solicitudine tribuet quod de minus est.

a maiori ad minus. In ista vero
est processus ascendens a minori
ad maius. Habebat ergo precedens
ratio tale fundamentum. Qui libe
raliter dat quod maius est liberaliter
dabit quod minus est. Hec autem ratio
habet pro fundamento illam maxi
mam propositionem qua dicitur communiter
Si de quo minus videtur inesse
inest et de quo magis. Sed minus
videtur quod deus pascat volatilia
celi quam homines. Volatilia autem
pascit absque eorum sollicitudine
ergo multo magis homines pascet
qui plus sunt in dei extimatione
et in gradu entis et in ordine
universi et hoc est quod dicit littera
Respicite volatilia celi non serunt
neque metunt tamen pater vester
celestis pascit ea. Dicit autem
pater vester et non dicit pater
eorundem volatilium ut maio
rem det hominibus fiduciam sperandi
quia si is qui hominibus specialiter
pater est pascit ea ad que non
comparatur ut pater. quanto magis
illos pascet quorum proprie dicitur
esse pater. Et ideo subdit. Nonne
magis pluris estis illis. Dicit
autem magis pluris esse hominem
quam volatilia. quia homo sublimius
ordinatur in terminum nam nobilius
dotatur infusione gratie. perfectius
muneratur consummatione glorie
Unde omnia alia volatilia animalia
deus fecit ad hominem et propter

hominem. hominem autem fecit
ad se et propter se. Deinde
cum dicit. Quis autem vestrum
etc. Ponit tertiam rationem. que
sic formari potest. Humana sollici
tudo non potest producere corpus
proprium ad quantitatem sibi
debitam. sed ad eam dei providen
cia sola producit. Ergo si hoc
non potest circa suum esse. nichil
ipse potest absque eadem providencia
circa suam conservari virtutem.
maiore. ratio istius ponitur
dicendo. Quis autem vestrum
cogitans id est propriam sollicitudinem
potest adicere ad staturam suam
cubitum unum. quasi diceret. nullus hoc
potest sed dei providencia hoc perficit
ergo multo magis nec sollicitudo
nostra potest sufficere ad quantitatem
iam habitam conservandam. Hec
ratio confirmatur ex dictis Crisostomi
super Matheum dicentis. Deus enim
est qui per singulos dies incre
menta corporis tui facit te non
intelligente. Si ergo in te ipso
cotidie dei providencia operatur
quomodo in necessariis tuis cessabit
Si autem vos cogitando modicam
partem corpori vestro addere non
potestis quomodo cogitando sal
vandi estis in toto. Deinde cum
dicit. Et de vestimento quid sol
liciti estis ponit rationem ad exclu
dendam sollicitudinem circa vesti
mentum. Circa quam primo

inducat nos ad considerandam
etiam res viles et parum dura
biles dei providenciam. Secundo
ostendit quod ipsa superat omnem humanam
industriam. 3° Ex hoc excludit
sollicitudinem superfluam 2a ibi
Dico autem vobis. 3a ibi Si autem
fenum etc. Introducit ergo primo
nos ad considerandam dei providen-
ciam etiam res viles et parum
durabiles ut sunt herbe et vir
gulta dicens. Considerate lylia
agri quomodo crescunt non laborant
ut homines neque nent ut femine
et tamen dei providencia sic
curat de eorum ornatu ut ipsa
lylia agri statuto tempore for
mentur in frondibus vestiantur
candoribus. impleantur odoribus
et quod terra vacua non dederat dei
providencia producat ex terra
Deinde cum addit. Dico autem
vobis etc. ostendit quod hec providencia
omnem superat humanam industriam
ubi potest formari talis racio. Si
salomon qui cunctis regibus
fuit preclarior et de ornatu et
gloria regali sollicitior. In
tantum a lylijs superatus est. ut
nec in omni gloria sua fuerit
vestitus tam decenter etiam
una die sicut lilia in tempore
floricionis eorum. ergo dei pro
videncia que hoc facit omnem
superat industriam humanam et
hoc est quod dicit. Dico autem
vobis quoniam neque salomon

in omni gloria sua coopertus est
sicut unum ex istis. Precedens
autem racio confirmatur seu confir
mari potest ex hoc quod dicit Jeronimus
super hoc verbo ait enim. Que serica
quod sericum que regum purpura
que pictura textrium potest floribus
comparari. Quid ita rubet ut rosa
quid ita candet ut lylium quasi
dicat nichil Deinde cum dicit
Si autem fenum etc. Excludit ex
predictis curam sive sollicitudinem
superfluam dicens. Si autem fenum
quod hodie est et cras in clibanum
mittitur. deus sic vestit. quanto magis vos
modice fidei. ac si dicat Si res tam brevis
duracionis et tam celeris consuma
cionis quia hodie tantum durant
et non plus nec non et tam vilis
ordinacionis quod earum finis est
quod mittantur in clibanum. absque
parum sollicitudine deus sic
ornat et vestit quanto magis
vobis qui estis multe duracionis
gloriose consumacionis et preciose
ordinacionis providebit de necessario
vestimento. Quid ergo dubitatis
ne vobis providencia divina in
vestimento subveniat et mediante
fidei nec provenit non ex defectu
bonitatis divine. Ideo bene dicit
vos modice fidei. ubi glo. Modica
fides que nec de minimis certa
est Sciendum est quod hic quod dicit
cras in clibanum mittitur duobus
modis potest intelligi primo ut
significetur nomine clibani.

fiernus ad quem calefaciendum
ut panis possit coqui in eo aliquando
utuntur feno et virgultis desiccatis
Secundo ut eodem nomine significetur
acervus factus ex feno qui in
multis regionibus fit sub forma
fiernus scilicet rotundus et quasi
figure pyramidalis. In utraque autem
exposicione hoc insinuatur quod
lilia et herbe ordinantur ad vilem
finem respectu finis ad quem ordinatur homo. Deinde cum dicat
Nolite ergo solliciti esse etc. excludit
sollicitudinem utramque scilicet circa alimentum et vestimentum. unde
Crisostomus. Postquam sigillatim de victu
et vestitu sollicitudinem exclusit
argumento ab inferioribus sumpto hic simul
utramque excludit dicens Nolite
ergo solliciti esse dicentes quid
manducabimus aut quid bibemus
aut quo operiemur. Et tamen
huius persuasionis adiungit duplicem
racionem quia hec sollicitudo ex defectu
fidei venit. Nam hec omnia gentes
inquirunt hoc est gentes que
omnia credunt quodam fortuito
casu venire et non dei providencia
ministrari sollicitudinem totam
ponunt in acquirendo predicta
nec spem aut in providencia dei ne
credentes ergo nec sperantes
deum habere gubernatorem totam
intencionem mentis et studium
vite ponunt in sollicitudine predictorum

igitur qui fide et spe eorum
imperfectionem transcendunt
non erunt solliciti de predictis
Secundam tamen adiungit
cum ait. Scit enim pater vester
quia hiis omnibus indigetis
Ex hoc enim quod scit non potest
propter ignoranciam ipsius ab-
mitti vestra gubernacio. Ex hoc
quod est pater vester non potest
propter ipsius voluntariam ne-
gligenciam pretermitti vestra
subvencio. unde Crisostomus Crisostomus. Non
dicit scit deus sed scit pater
vester ut eos in maiorem spem
deducat. Si enim pater est
non poterit despicere filios
cum nec homines patres hoc
sustineant. maxime autem vobis
subveniat propter necessitatem
veram quam cognoscit ideo addit
quia hiis omnibus indigetis
Sequitur tercia pars principalis
Querite ergo primum regnum
dei etc. In qua adiungit talem
et alliciente conclusionem
circa quam primo iniungit
nobis diligenciam finalis
premii. Secundo ostendit sufficienciam
convenientis medii ibi Et iusti-
ciam eius. 3o promittit
indeficienciam temporalis
subsidii ibi. Et hec omnia
adicientur vobis. Primo igitur
iniungit nobis diligenciam

finalis premij dicens Querite
ergo primum regnum dei etc.
Qualis enim homo ex naturali
dictamine racionis desideret
beatitudinem et per consequens
regnum dei tamen a studio
et diligencia inquirendi tanti
boni distrahitur propter occu-
paciones rerum temporalium et
ideo saluator videns humanam
sollicitudinem ad bonum vltimum
dicit primum Querite regnum
dei. Est autem regnum dei e[st]
tribucio bonorum operum ut
dicit Crisostomus. Omelia augustini verbo
de simone domini. Regnum dei
est bonum nostrum in quo est
finis constituendus. Ideo bene
dixit saluator. luce xiiij. Bea-
tus qui manducabit panem
in regno dei. hoc enim est
regnum dei illud in quo premia-
buntur iusti ad quod introdu-
centur electi a quo excludentur
immundi. Premiabuntur quidem
iusti. Mathei xiij. Tunc iusti ful-
gebunt sicut sol in regno patris
eorum. Introducentur electi
Mathei xxv. venite benedicti patris
mei possidete regnum paratum
vobis regnum a constitucione
mundi. Sed ab ipso excluduntur
immundi. i. Cor. vi. Caro et san-
guis regnum dei non possede-
bunt et Gal. v. Quoniam
qui talia agunt regnum dei

non consequentur. Deinde cum
dicit. Et iusticiam eius ostendit
sufficienciam conuenientis medij.
Sicut enim vnicuique nature
prouidit media debita per que
posset attingere finem suum. Ita
humane nature prouidit conueniens
medium perueniendi ad dei regnum
quod est finis ipsius. hoc autem
medium est iusticia. non quelibet
qua non iusticia legis antique
sed iusticia fidei propter quod dictum
est Mathei v. Nisi habundauerit
iusticia vestra plus quam scribarum
et phariseorum non intrabitis
in regnum celorum. De iusticia
igitur legis gracie tanquam
de sufficienti medio perueniendi
ad regnum dei loquitur christus
dicens. Et iusticiam eius. hanc
autem iusticiam Crisostomus super
Mathei dicit esse viam pietatis hijs
verbis. Iusticia autem eius
est via pietatis per quam itur
ad regnum. Si ergo cogites
qualis erit gloria sanctorum
et super pena malorum. necesse est
ut aut propter timorem pene
recedas ab eo malo. aut propter
desiderium glorie festines ad
bonum. et si cogitamus que
sit dei iusticia quid odit deus.
et quid amat iusticia ipsa
ostendit tibi vias suas que amatores
se sequntur. Deinde cum dicit

Et hec omnia addicientur vobis
addit indeficienciam temporalis
subsidii. divina enim providencia
sic administrat necessaria querentibus
regnum dei et iusticiam eius
ut non permittat sibi servientes
deficere ab hiis que necessaria sunt
ad vitam corporis gubernandam
quoniam intencio totius cuiuslibet
peccatis est auferre ab homine
solliciatudinem acquirendi temporalia
bona et inducere ipsum ad stu
dium boni eterni. Ideo non
dixit christus. Primum querite
regnum dei et iusticiam eius
et postea querite ista. ne si hoc
dixisset cor hominis fuisset du
plicatum et intentum aliter
duabus dominis serviret. Et igitur
uni soli domino serviatur addidit
hec omnia addicientur vobis
Nec dicit dabuntur quia hec
bona temporalia in comparacione
eternorum a deo parva sunt ut
non debeant dici que dantur tamquam
optima. sed apponuntur ad tempus
tamquam necessaria propter vitam mor
talem. Advertendum est quod
christus hic ordinatur divina pro
videncia circa nostram gubernacionem
quod nichilominus ex hiis verbis
insinuari credo nostre reparacionis
nam quia homo transgrediens
dei mandatum dereliquit

iusticiam privatum est genus
humanum hiis rebus quibus
debebat eius vita corporalis
spiritualiter gubernari. dicente
domino. Gen. 3. Maledicta
terra in opere tuo etc. Cum
ergo homo ad querendam
iusticiam revertatur. non
privabitur rebus quibus
eius vita indiget corporalis
sed potius vel per fecunditatem
terre colende vel per alios
modos iustos et licitos eidem
addicientur ea que necessaria sunt
ad vitam donec de corrupti
bili perveniat ad eternam
ad quam nos perducat etc.

Cum intraret ihesus
in domum cuiusdam prin
cipis phariseorum sab
bato manducare panem et
ipsi observabant eum etc. Luc.
xiiii. Studium cuiuslibet
boni legis latoris est. ut
tam factis quam documentis
exterminet vicia et virtutes
inserat et mores subditorum
componat. Et tanto eius
studium est perfectius quanto
melius predicta tria perficiuntur
Quoniam igitur christus legis
lator per se certissimam tenuit
extirpandi vicia. inserendi
virtutes. et componendi mores
in suis operibus sive documentis

habuisse cognoscat. Hinc est
q in pnti ewg. malicie phari
seorum obviat per beneficium
curacionis. eorum avariciam re
darguit per evidenciam operacionis
eorum superbiam humiliat per
documentum publice instruc
cionis. Et ideo predicta ewgii
psdictum habet partes tres. Una
enim. Primo beneficium curacionis
contra phariseorum insidiosam
maliciam. Cum intraret ihus.
2o argumentum redargucionis
contra eorum cupidam avariciam.
Et rndens ad illos. 3o documen
tum humiliacionis contra eoru
fastidiosam superbiam. dicebat
autem ad invitatos. Quantu
ad pmu sciendum est q xpus
sic impendit beneficium curacionis
ydropico q tamen non potest
eius operacio patere calumpnie
insidiancium. Namus eviden
ciam ewgta talem ordinem
describit. Pmittit enim qua
rumdam circumstanciarum con
sum. 2o adiungit insidiancium
studium. 3o maciam operacionis
4o Congruenciam interrogacionis
5to Evidenciam curacionis. 1a
ibi. Et ipi observabant eum.
3a statim. Et ecce homo ydro
picus. 4a ibi. Et rndens ihs
dixit. 5ta ibi. Ipse autem ap
prehensum. Premittit ergo

quarumdam circumstanciarum con
sum inter quas prima est sumpta
a loco. 2a a tempore. 3a a convictu.
Sumitur ergo prima de quo dr a loco.
Cum intraret ihesus in domum cuius
pncipis phariseorum. Quamvis
enim salvator cognosceret pharisco
maliciam tamen cum eis mediam
conversabatur et cibum sumebat
ut per conversacionem. doctrinam
et miracula eos traheret ad noti
ciam deitatis propter q tum hic q
luc. vii. inbeint phariseorum me
fuisse convivijs. Dicitur enim ibi
sic Rogabat ihesum quidam pha
riseus ut manducaret cum eo et
ingressus domum pharisei discubuit
hic autem intrasse dicitur in domu
pncipis phariseorum. 2a circumsta
sumitur a tempore de quo subdr
Sabbato. Nam sabbatis potissime
docebat tam exemplis q verbis
Sabbatis etiam miracula faciebat
ut significaret spuale sabbatu
et ut pluribus eius operacio et
doctrina prodessent. unde dicitur
in glo. Sabbatis pupue docet
et operatur ihesus non solum propter
spuale sabbatum. sed propter celeb
rem pplr conventum querens
salutem omn. Tercia circumstancia
est convictus de quo dicitur man
ducare panem. Naturale est hois
alium invitantis ad convivium
ut ad amorem illius quem invitat
adducatur et familiaritate coniciat
Et ideo xpus invitatus ad pha

viscerum divina condescendebat
eisdem ut eos ad suum amorem
attraheret et ut attracti libencius
susciperent eius doctrinam. Consuetudine
enim quilibet libenter audivit
doctrinam illius quem diligit
Deinde cum dicit. Et ipsi obser-
vabant eum describit insidiancium
studium inter ceteras cautelas
insidiatorum hec est una scilicet
ex quadam familiaritate deprehendere
aliquid reprehensibile in illo cui
invident vel quem non diligunt
Et ideo pharisei ipso invidentes
observabant ipsum in familiari
convictu quo manducabant cum
eo observabant autem si curaret
ut ipsum de sabbati salucione
accusare valerent sic enim ca-
lumpniati sunt ei Jo. ix. Non est
hic homo a deo qui sabbatum
non custodit Deinde cum dicit
Et ecce homo quidam ydropicus
etc describit materiam operacionis. Deus
enim et rebus quas creavit
et defectibus peccatorum intro-
ductis in eis ita utitur ut in
eis tamquam in subiecta materia nunc
suam potenciam nunc suam sapienciam
nunc suam clemenciam intendum
per dicta omnia manifestet unde
et iste ydropicus qui erat ante
eum factus est materia tam potencie
quam sapiencie quam eciam eciam clemencie
ostendende. Est autem ydropisis

morbus aquosus subcutaneus
de vicio natus vesice cum infla-
cione turgente. hanhelitu fetido.
cuius proprium est sitim tanto
amplius provocare quanto is
qui patitur eam plus biberit
ita dicit Beda super lucam
Istud autem vicium quod hic
paciebatur in corpore pharisei
paciebantur in mente. Et
ideo ante ipsos stetit curandus
ab hoc vicio. ut corporali exemplo
discerent qualiter in mente
curari possent. unde Gregorius xiiij
moral. Recte ydropicus ante
phariseos curatur quia per alterius
egritudinem corporis in altero
exprimitur egritudo cordis
Deinde cum dicit. Et videns
Jhesus etc describit convenienciam
interrogacionis que patet ex
tribus. Primo ex hoc quod dicitur
Et videns Jhesus. nam eius
manifesta interrogacio fuit oc-
cultarum cogitacionum et
insidiarum visio. unde Beda
quod dicitur vidisse Jhesus ad hoc
respicit quod premissum est et
ipsi observabant eum. Deus cum
novit cogitaciones hominum 2o
congruencia huius interroga-
cionis patet ex hoc quod legisperi-
tos ac phariseos interrogat
dixit enim ad legisperitos et
phariseos. legisperita propter

legis noticiam. debebant bn
iudicare de hys que continet
in lege. pharisei propter sanctitatem
religionis quam se habere puta
bant debebant pie sentire
de beneficio impendendo infirmo
d legis peritis indicium quereret
d pharisei autem opus pie
tatis exposcat. Et ideo 3a co
gruencia est in christi interroga
cione de eo quod interrogat. Si licet
sabbato curare. Si enim opera
caritatis non sunt prohibita
in sabbato eo quod talia non sunt
opera servilia que sola sunt pro
hibita in sabbato levitici xxiii capitulo
opus servile non facietis in eo
Curare autem infirmum ex com
passione opus est caritatis
debuerunt intelligere legisperiti
quod licebat curare infirmum
in sabbato ac per hoc non obs
uare curantem. Et ideo in hac
interrogacione ondit christus ipsos
esse legis ignaros qui calumpniaz
parabant quasi transgressori
legis ei qui talia operabatur
in sabbato que non sunt in
lege prohibita. Immo potius ap
probata si fiant in sabbato. Et
ex eadem interrogatione phariseos
qui pretendebant speciem religiosi
tatis de irreligiositate redar
guit quia religio est cultus
pietatis. unde Jacobi i. Religio

munda et immaculata apud deum
et patrem hoc est visitare infirmos
pupillos etc. Cum ergo parant
calumpniam illi alienam qui infirmum
ex pietate curabat a cultu pietatis
alienos esse probant. Et quoniam
ad hanc interrogacionem tam congrua
saliceret. Si licet sabbato curare
unde absque sua confusione non
possunt ideo subiungit evangelista. At
illi tacuerunt. Sicut enim quod dicit
Beda. merito tacent qui contra
se dictum quicquid dixerint vident
Si enim dixerint licet curare
contra se esset qui observant
si curaret. Si dicerent non licet
arguerentur de hoc quod sabbato
pecora curant. Deinde cum
dicit. Ipse autem apprehensum etc.
describit evidenciam seu efficaciam
curacionis. Nam christus non curans
de iudeorum insidiis sibi notis publice
curat ydropicum. Et hoc est quod
dicitur. Ipse autem apprehensum
sanavit eum ac dimisit. Et
bene dicit ac dimisit quia cor
paliter sanatum dimisit abire
ut proficeret propriam operacionem
ad animarum salutem et ut propria
voluntate esset tanto benefactori
gratus beneficium cognoscendo
ab ipso. Notandum quod iste ydro
picus desiderabat sanitatem
consequi a christo. et ideo stabat
ante eum. Ita quod eius desiderium.

et etiam pūta erant quasi quod
quedam precto in auribus. ipse tamen
voce non audebat rogare ut ipsum
curaret in sabbato propter phariseorum
timorem. Et ideo xpus non atten
dens ad silencium oris. sed. ad.
desiderium mentis contulit ei be
neficium sanitatis. Sicut enim
dicit gg in moralibus motus
cum reverencia affectus. magnus
est in conspectu intuitoris spiritus
clamor vocis. Notandum est
2o. q salvator non curavit hic
de scandalo phariseorum eo q iam
uleta calumpniabantur opera xpi
scilicet remedia sanitatis que
operabatur in sabbatis. Insinuans
ex hoc q non debent obmitti opera
pietatis et caritatis propter scanda
lum invidorum vel detractorum
Sequitur 2a pars principalis. Et
rndens ad illos etc. In qua intro
ducitur argumentum redargu
cionis contra phariseorum avari
ciam. hoc enim modo Beda super
lucam partem istam continuat
dicens. Ante phariseos ydropicum
sanat et mox contra avariciam
disputat ut ipsos avaricie arguat
per quam sabbatum violant et
male legem interpretantur. Dividitur
autem hec pars in duas. Primo
enim introducitur argumentum
redargucionis. 2o impossibilitas
rnsionis ibi et non poterant
ad hec etc. Introducitur ergo.

primo argumentum redargucionis
sub hiis verbis. Et rndens.
ad illos scilicet ad insidiosos
observatores dixit. Cuius vestrum
asinus vel bos in puteum.
cadet et non continuo extrahet
illum die sabbati. ac si diceat
unus quisque vestrum operatur
in sabbato salutem proximi. dicalis
propter cupiditatem temporalis
comodi non operans salutem.
animalis propter animal. sed propter
comodum temporale. Et ergo
reprehensibile non iudicatis in
nobis opus factum pro cupidi
tate. quo reprehensibile reputatis
de opus factum. ante pro
ope caritatis. Et hoc est q
dicit Beda super lucam. Com
petenti exemplo solvit questionem
ut ondat eos violare sabbatum
in ope cupiditatis qui eum
violare arguunt in ope caritatis
cinomanum itaque evidencia est.
et violencia argumenti eos
convincebat convincebat. Ideo
sequitur impossibilitas rnsionis
de qua dicitur. Et non poterant
ad hec rndere illi. In sermo
autem in expone spirituali dicitur
curare plus bovem et asinum
nominat q animalia cetera
et quid puteus importat.
Sequitur tercia pars principalis
Dicebat autem et ad invitatos
parabolam etc. In qua adiungit

documentum humiliacionis
contra eorum fastuosam su
perbiam. Et hoc modo continuat
dicitur partem istam super luca
dicens. Primo curatus est
ydropicus in quo fluxus carnis
exuberans anime gravabat of
ficium spus extinguebat ar
dorem. Deinde docetur humilitas
dum in convivio nupciali appe
tencia loca superioris arcetur
Circa hoc autem occurrit vide
Primo docentis motivum. dice
bat autem. Secundo superbientis
periculum. Cum invitatus fueris
ad nupcias. 3o. humilitatis premium
Sed cum vocatus fueris ad nup
cias. 4to conclusionis indicativa
Quia omnis qui se exaltat
etc. Primo igitur occurrit
nobis videre docentis motivum
quod est ex hoc quod aliqui invitati
a principe phariseorum. cum
ipso sathagebant obtinere loca
prima et suprema in convivio
tamquam ex hoc magis honorabiles
viderentur. et hoc est quod subditur
dicebat autem et ad invitatos
parabolam istam. saltem que sequitur
ut eorum superbiam ad humilita
tem reduceret. intendens quos
primos accubitus i. prima loca
convivii eligerent dicens ad
illos saltem ea que sequuntur. No
tandum est quod invitati ad con
vivium istud erant vel legisperiti

vel pharisei. legis autem periti ut
sapienciores extimarentur in lege
eligebant loca honorabiliora in
conviviis. Et iterum quilibet legis
peritus ut peritior aliis haberetur eligebat
locum honorabiliorem et ipsum
appetebat putans ex hoc sapiencior
extimari. pharisei autem ut sanc
tiores haberentur in vita. honorari
in conviviis appetebant. Et ideo
loca magis honorabilia appetebant
et inter se et respectu aliorum
ex quo motus est salvator do
cumentum humilitatis ponere
Deinde cum dicit. Cum invitatus
fueris ad nupcias etc. tu describit
superbientis periculum. Circa quod primo
prohibet actum ambicionis sive
elacionis. Secundo ponit periculum
derisionis. 3o. statum confusionis
2a ibi. Ne forte honoracior. 3a
ibi Et tunc incipies cum rubore
Primo igitur prohibet actum
ambicionis sive elacionis dicens
Cum invitatus fueris ad nupcias
non discumbas in primo. saltem
in sublimiori et honorabiliori
loco. Sicut enim dicit Cyrillus
prosilire pimpte ad honores qui
nobis non conveniunt indicat
nos themerarios esse et nostra
facta vituperio replet. Secundo ut actum
predictum prohibeat ponit periculum
derisionis dicens. Ne discumbas
in primo loco ne forte honoracior
te sit invitatus ab illo et veniens

is qui te et illum vocavit dicat
tibi amice da huic locum. Tercio
adiungit statum confusionis dicens
Et tunc incipies cum rubore no
vissimum locum tenere. Et bene
dicit cum rubore .i. cum verecundia
et confusione. Et hoc propter duo
Primo quia non obtinuit locum
honoris quem indebite accepit
2o quia ad locum inhonorabilem
est deiectus. Et ideo bene dicit
Crisostomus Et concupivit nequaquam
obtinuit ambiciosus honoris sed
passus est repulsam et sathagens
qualiter habundet honoribus non
honoratur. Deinde cum dicit
Sed cum vocatus fueris ad nupcias
etc. Suadet humilitatis profectum
Ubi nobis occurrit videre quo ex
Primo suadet humilem electionem
2o subinfert profectus disposicionem
3o concludit honoris assecucionem
Prima ibi ut cum venit etc. 3a ibi
Et erit tibi gloria etc. Suadet
ergo primo humilem electionem
dicens. Et cum vocatus fueris
ad nupcias. Vade recumbe in no
vissimo loco. Humilis enim repu
tacionem hominis quam ad se et mo
destie operacionem in conversacione
ad alios quasi nichil equipollet
Et ideo hec insinuans Christus
acceptum tam deo quam hominibus
suadet eius spontaneam electionem
2o subinfert eiusdem ad profectum
disposicionem dicens. Ut cum venit

qui te invitavit dicat tibi amice
ascende superius. Qui enim non
ambiciose ~~suadet~~ studet aliis
preferri. sed humiliter se aliis
postponit merito humilitatis
fit dignus honoribus. Quia
quanto humilitas est magis
grata videntibus humilem tanto
apud eos maioris reputacionis
fuerit erga humilem quam superbum
Recumbe ergo in novissimo loco
ut ex humilitate amicum te
cognoscat qui ex presumpcione
postponat ob. Et ideo tercio
concludit Christus honoris assecu
cionem quam quis meretur ex
humilitate atque modestia dicens
Et erit tibi gloria coram simul
discumbentibus. Advertendum
est hic quod omnis honorabiliter
homo naturaliter appetit hono
rari. Salvator igitur volens
homines inducere ad humilitatem
ad eam attrahit ex spe conse
cucionis illius quod omnes appetit
scilicet ex spe consequendi ho
norem propter quod dicit Et erit
tibi gloria etc. Deinde cum
dicit Quia omnis qui se exal
tat etc. Introducit generalis regule
~~successionis~~ iudicium dicens
Quia omnis qui se exaltat
humiliabitur et qui se humiliat
exaltabitur. Hec autem regula
bono modo intellecta infallibilis

vera est sz hoc modo. Omnis
omnis qui se exaltat inaniter
et superbe dimittis extollendo
coram hominibus vel in propria
reputacione ille a deo humiliabitur
quia a premio deicietur. Qui
autem humiliat premde se re
putando beneficiis indignum
iste a deo exaltabitur. Alio
modo potest esse vera regula predicta
quantum ad reputacionem hominum
non tamen semper sed aliquando.
Interdum enim illi qui se ex
altant per superbiam et propriam
reputacionem ab hominibus hono
rantur et qui se humiliant
contempnuntur. Interdum econtra
coram hominibus qui se humiliant
honorantur. Qui autem se ex
altant et honoribus seipsos
ingerunt a quibusdam contemp
nuntur ita quod si aliqui ipsos
honorant ipsimet qui honorant
ipsos contempnunt et contemp
nendos indicant propter fastum
De predicta vero regula aqua
dicitur supius. dominica x. post penthecostes
in fine illius ewangelii luce xviii
dicit ihesus ad quosdam qui
in se confidebant etc. hec enim
regula finis est illius ewangelii
sicut istius. Spiritualiter autem
intrante ihesu in domum hominis
in seipso divisi per cupiditatem
et avariciam sive per aliud viciu
contingit aliquando ut homo

ad se ipsum reversus quasi sabbatum
et requiem sui custodiens fiat
xpo communis. Et maligni spiritus
hunc sanando invidentes observant
qualiter hominem ad peccatum re
vocent quod homo predicto aliquo
bono ymo potius sue anime salute
procuranda. Debet enim totis vi
ribus adimplere ut sciens cog
noscat se apprehensum a virtute
divina in qua apprehensione ut
scienter cognoscat ydropisis anime
totaliter effugatur. Sive enim
per ydropisim intelligatur lascivia
carnis etc quod dicit Beda que lasci
via non saciatur sed augetur dum
sibi satisfit. Sive intelligatur ava
ricia etc quod vult augustinus que non
saciatur divitiis et copia. sed
pocius augetur. Intelligendum
est per nullum alium sanari posse
hominem ab altero predictorum nisi
per xpm. Sanato autem homine
obmurgandi sunt insidiatores
demones et per similitudinem
temporalium sollicitudinum obmurgandi
dicente homine ad seipsum. Si
bovem aut asinum cadentem in
puteum sattagis extrahere pro
videns temporalibus comodis quanto
magis debes teipsum de puteo
profunde iniquitatis abstrahere
ne dampneris etc multo magis
Dicit autem bovem aut asinum
per bovem insinuans hominem
qui legi alicui subiectus per

transgressionem eiusdem legis
in puteum viciorum lapsus est
per asinum insinuans eum qui
legi scripte non subditus eius
legem tamen nature transgre
diens cecidit in puteum iniqui(tatis)
ab isto puteo predicabat se tueri
p(ro)ph(et)a dicens. Non absorbeat
me profundum nec urgeat
super me puteus os suum. Potest
etiam per bovem intelligi is qui
naturali discrecione viget. Bos
enim ruminans et ungulam di
videns. s(cilicet) hominem discrecionis
prudencia pollentem. iste autem
cadit in puteum quando. quando
ex certa malicia se immergit pecc(at)o
asinus autem animal stolidum
hominem stolidum ebetem et pure
discrecionis designat qui cadit
in puteum quando vel errore
vel alioquo irretitur peccatis
Si igitur predicta animalia
procurat quis extrahere. de
puteo m(ate)riali quando cadunt in ipsum
non obstante celebritate sabbati
et hoc facit ad temporalem uti
litatem. Quanto magis debet
unusquisque seipsum extrahere
de pecc(at)o ne (et)iam dampnacionem
mergatur. Exiens autem homo.
de peccatis et curatus ab ydro
pisi avaricie sive luxurie ad
nupcias christi et ecclesie vocatus

est fidelibus eiusdem christi
unito et unio coniunctus. dictum
est. non se ergo extollat nec
quasi sanctior ceteris de suis
meritis glorietur. nec etiam
reputet se dignum habere
locum in ecclesia digniorem.
Nam ad alta se ingerens multo
ciens deprimitur ad infima et
iterum cognoscat alium seipso
meliorem existere ac per h(oc)
cum rubore novissimum loci
tenere incipit qui invenit
in se asinum unde appetunt
honorem. vocatus ergo per
graciam ad nupcias christi et ecclesie
debet humiliter senciendo.
de se in novissimo loco recumbe(re)
i(d est) novissimum et minimum eum
se reputare. attendens verbum
sapientis qui dicit. Quanto
magnus es humilia te in omnibus
et coram deo invenies graciam
Nam dominus videns quem humi
lem invenerit amica nomine
nuncupabit et exaltans ipsum
per maiora dona faciet a secede(re)
et in conspectu fidelium ipsum
faciet apparere mirabilem
in vita. mirabilem etiam in
fama donec mirabilior fiat
in gloria. Quia omnis. qui
se exaltat per superbiam humili
abitur in pena. Et qui se
humiliat per reputacionem

propriam exaltabitur in eterna gloria. Ad quam nos perducat rex humilium Christus. Qui cum patre vivit et regnat per omnia secula seculorum amen.

Accesserunt ad ihesum pharisei et interrogavit eum unus ex eis legis doctor etc. Matthei xxii. Attendas lector quod in textu ewangelii iacet sic: Pharisei autem audientes quod silentium imposuisset saduceis convenerunt in unum et interrogavit eum etc. Potest autem ewangelium introduci multis modis. Primo sic: qualitas hominis semel et bis confusa multociens aggreditur aliquid contra eum qui confundit et dum in tali proposito perseverat non corrigitur quantumcumque confundatur. Quoniam igitur malicia phariseorum temptans Christum sepe confusa prudentem responsionem non est correcta hinc est quod iterato conatur ipsum temptare et hoc est quod dicit Crisostomus: cuius malicia confunditur aliquando corrigitur autem nunquam. Confusi sunt ergo primo interrogantes utrum liceat censum dari cesari. Iterum temptant de magno legis mandato et hoc est quod dicit ewangelium

accesserunt etc. Aliomodo potest introduci hoc ewangelium. Inter cetera que faciunt hominem impudentem contra innocentem est livor invidie et malivolencie. Hoc est enim dictum scilicet invidia et malivolencia orta ex ipsa nunquam cessat insidiari innocenti et uno modo insidiandi cessante alium adinvenire conatur sicut manifeste videmus in studiis invidorum. Quoniam igitur pharisei ex invidia malignum animum habebant ad Christum ideo cessante uno modo temptandi ipsum alium modum adinvenerunt propter quod accesserunt ad eum et interrogavit eum unus ex eis etc. Verum quoniam modestie proprium est finem aliquando imponere insidiis temptatorum et hoc fieri potest imposita aliqua difficili questione. Hinc est quod Christus imponens questionem cuius filius ipse esset imposuit finem temptationibus invidorum. Tercio introduci potest hoc modo. Duo sunt opera sapientis scilicet non mentiri de quibus novit et mentientem posse manifestare. Propter primum scilicet quod non mentiatur de quibus novit ad interrogata scit reddere veritatem. Propter secundum scilicet quod mencientem potest

manifestare ex sua sapiencia ptes
ignorantes de eorum ignorancia
conuincendo repellere. xpus itaque
sapientissimus pnn opus sapientie
in pnti ewangelio exercuit ad interrogata
profens veritatem. Sed autem opus
sapientie exercuit phariseos interro
gans de quadam difficultate. Et
hoc est quod dicit ewangelista accessit
ad ihesum etc. Sequendo quelibet
predicacionem introductorum ewangelium
diuiditur in 3es partes. describit enim
primo quedam questio de xpo ex
pertinencium sumens. accesserunt
ad ihesum. Secundo xpi responsio deuite
tum proferens ait illi ihesus dili
ges deum etc. 3o ipius interrogatis
audaciam excludens. Congregatis
autem phariseis Quantum ad
primum describit ewangelista primo
phariseorum quandam astutam
deliberacionem. 2o subiungit tempta
tiuam questionem ibi. Et interro
gauit eum vnus etc. describit
ergo primo quandam phariseorum
astutam deliberacionem. quia secundum
veritatem littere. audientes pharisei
quod ihesus imposuisset silencium
saduceis conuenerunt in vnum
conuenerunt quidem in vnum ad
deliberandum qualiter xpm de
ignorancia possent arguere et
de aliquo alio defectu in sua responsione
Conuenerunt eciam in vnum
ut multitudine vincerent quem

ratione non poterant superare.
Vnde sicut dicit Crisostomus veritate
se nudos esse professi sunt qui
multitudine se armauerunt
Potest eciam intelligi eorum
deliberacio astuta sequendo literam
quam ponit ecclesia scilicet ac
cesserunt ad ihesum. Eo enim
quod ad ipsum accedunt interroga
turi de mandatis legalibus.
pretendunt se simplici corde velle
ab eo audire aliquid pertinens
ad salutem animarum suarum
Sed quoniam hoc non intendunt
consequi ymmo pocius capere
aliquid indebitum ex ore eius
Ideo talis accessus cum deliberacione
habitus ostendit quandam astutam
maliciam in deliberando. deinde
cum dicitur. Et interrogauit
eum etc. Subiungitur questio
temptatiua hijs verbis. Et
interrogauit eum vnus ex eis
legis doctor temptans eum.
magister quod est mandatum magnum
in lege. Circa quam interroga
cionem primo aduertendum est
est secundum Crisostomum quod vnus pro omnibus
loquitur ut siquidem xpm vincat
omnes videantur vicisse. Si
autem victus fuerit solus videatur
confusus. Sed tamen interrogantes
per vnum vincendi erant ab
vno. Secundo aduertendum
est quod iste qui interrogat dicitur
esse legis doctor et cum hoc

dicatur temptare xpm q duobus modis pt intelligi. Uno modo q iste legis peritus malo animo xpm interrogauit quia non ut addisceret. sed ut videntem de ignorancia xpm argueret. Et si obiciatur q xpus dixit ei non longe es a regno dei ut pz marci xii. q quidem non dixisset ei si habuisset malignum animum contra xpm. Videt aug de concor. ewan et potest esse q temptans accesserit domini tamen visione correctus animum mutauerit ad benignitatem ex qua confirmauit dictum xpi dicens marci xii. Bene magister in veritate vidisti. quia unus est deus et non est alius preter eum et ut diligatur ex toto corde etc. Alio modo intelligi pt q hoc q dicatur temptans eum accipiatur non pro temptacione improbe et maligne voluntatis sed pro temptacione cuiusdam curiose experiencie que sine magno vicio fieri potest aut etiam pro quadam temptacione probacionis simplicis ut sciliceat firmiter cognosceret noticiam quam xpus habebat in legis difficultatibus Et sm hoc non fecerit sine magne culpe interrogacio huius legis doctoris propter q dici potuit ei ut marcus recitat

non longe es a regno dei. Attendendum est q iste premittit magister Si enim temptans ex prauo animo accessit ut vult Crisostomus tunc magistrum vocat illum cuius non vult esse discipulus et sic simulatorie atque dolus adulatorie vocat ipsum magistrum Si autem temptans accedit non tamen animo maliuolo ut potest fieri in aliquo temptatiue interrogante ut experiatur sapienciam alicuius tunc istud verbum magister non adulatorie prolatum est. sed pocius quodam urbano modo loquendi. Quarto aduertendum est q interrogat de magno mandato legis dicens. Quod est magnum mandatum in lege. Que interrogacio tum (?) eum reprehensibilem notat. Quia ille debet de magnis interrogare mandatis qui prius minora impleuit. Omnium vero iterum de magno interrogat mandato quia cum multa videntur in lege esse equalia querit ex visione xpi habere causam calumpniandi quicquid ipse videret si dicat unum esse maximum inter omnia. Si quis igitur scire vult curiositate ductus que sint maxima precepta regulande vite et ea obseruare non curat. similis est phariseo interroganti de magno mandato et tamen minimum non curanti. Sequitur racio pro primo. ait illi ihesus diliges dominum deum tuum etc. In qua redicatur

xpi visio documentum proferens
Circa quam xpus manifestat primo
magni mandati primitatem. Secundo
sequentis precepti conformitatem
3o amborum integritatem. 2a ibi
Secundum autem simile est etc. 3a ibi
In hiis duobus. Manifestat ergo
primo magni mandati primitatem
dicens. Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo et in tota anima
tua et in tota mente tua. Hoc
est maximum et primum mandatum.
Circa quod videndum est quare mandatum
datum de dilectione dei maximum
est. Sciendum est quod amor est
prima affectio animi hominis. Obiectum
istius affectionis est bonum ita
quod illud bonum in quo est plus
de racione boni maxime debet amari.
Quia igitur deus est summum bonum
ideo summe amandus est. Preceptum
ergo regulans est animum
hominis ad diligendum summum bonum
maximum est. Ex eodem patet
quod predictum mandatum est primum
Maximum enim in quolibet genere
primum est illius generis. Quia ergo
bonum quod deus est maximum est
in genere boni cum sit bonum
per essentiam nacio est primum
bonum. ergo mandatum de diligendo
ipsum est primum. 3o videndum est quid
est diligere ipsum toto corde etc.
Secundum Crisostomum deum diligere ex toto
corde est quando cor non est inclinatum ad alicuius rei dilectionem
magis quam dei. Ex tota anima
diligere deum est certissimum
animum habere in veritate et firmum
esse in fide. Ex tota vero mente
diligere deum est ut omnes
sensus tui deo vacent. Cuius
enim intellectus deo ministrat
cuius prudencia circa deum est
cuius cogitacio ea que dei sunt
tractat. Cuius memoria que
bona sunt recordatur tota mente
diligit deum. Secundum augustinum autem
sic intelligitur deum ex toto
corde diligere precipis ut omnes
cogitaciones tuas. Ex tota
anima ut omnem vitam tuam
Ex tota mente ut omnem intellectum tuum in illum conferas
a quo habes ea que confers
Nullam ergo vite nostre partem
reliquit que vacare a dei dilectione
debeat et quasi locum dare
ut alia re velit frui. Cum
dicit diliges dominum tuum et
ex toto corde tuo etc. Quandocumque
ergo aliud diligendum venit
in animum illuc rapiatur quo
totus dilectionis impetus currit
tunc enim est optimus homo
cum tota vita pergit in incommutabile bonum. In hac exposicione
augustini sciendum quod commentator ipse pro toto corde
accipit omnes cogitaciones
quia cor est principium cogitacionum ut habetur Matthei xv De
corde enim exeunt cogitaciones

et pro tota anima accipit amo
rem. quia anima est racio et
causa vivendi. ideo et principa
liter in homine. pro tota mente
accipit omnem intellectu quia
virtus intellectiva homo pre
viget in mente. Aliter potest
exponi 2m glosam. Ex toto corde
i. toto intellectu sine errore
unde glosa. Ex toto corde id est
ex toto intellectu. unde nulla
in confessione divinitatis
relinquas locum errori. Ex
tota anima hoc est ex tota
voluntate sine contradictione
unde glosa ex tota anima i. tota vo
ut nichil ei contrarium velis
Ex tota mente hoc est ex tota
memoria sine oblivione. unde
glosa ex tota mente i. memo
ria nichil reminiscens quo
minus de eo senciat. De istius
autem precepti exposicione tetigi
supra dominica xii. post penth
in exposicione illius ewangelii
Beati oculi qui vident etc. Secun
dum dicit. Secundum autem
simile est huic. Manifestat
alterius precepti conformitatem
que in hoc consistit quod preceptum
de deo diligendo quod est primum
et maximum assimilatur precep
tum 2m scilicet ut diligatur
proximus sicut quilibet diligit
seipsum. dicitur autem hoc
mandatum simile ee primo

propter duo. quia sicut primum est
de libali dilectione boni. Ita et
hoc 2m est de eadem dilectione
quia tamen primum est de dilectione
maioris boni. istud de dilectione
minoris. Ideo non dicit 2m autem
par est sed simile est huic. In
tantum ergo simile in quantum
ad dilectionem libalem ordinat
cor humanum. Alio modo est simile
2m primo mandato. quia primum
est de diligendo deo. eo modo quo
diligi debet scilicet toto corde
et anima et mente. Secundum autem
est de diligendo homine. homo
autem factus est ad ymaginem
et similitudinem dei. Bene ergo
simile est mandatum 2m primo
quod ad dilectionem similis ordinat
Vel simile est 2m primo quia
sub primo continetur dilectio
ordinata dei. Sub secundo dilectio
ordinata proximi. Constat autem
quod ipse xpus proximus nobis factus
est per assumpcionem carnis
ut patet Luc. x. in parabola samarita
et eciam in psalmo quasi proximum
et quasi fratrem nostrum sic complacebam
etc. Anima igitur xpus deus est
et eciam hoc proximus noster factus
est. Multum sunt mandata ista
similia. quorum unum ordinat
nos ad diligendum xpm deum
et aliud ad diligendum xpm
proximu nrm. Modus autem istius
dilectionis contente in secundo

Quilibet diligit seipsum
primo ad vitam
2o ad sufficientiam
3o ad famam
4o ad iustitiam
5o ad gratiam
6o ad gloriam
ad h o^a^ debet dil^re^ pxm

precepto est iste. Diligit seipsum
Seipsum autem debet quilibet
amare ad duo scilicet ad iustitiam
et ad vitam eternam ut sic or-
dinate diligendo ad iustitiam per
eam perducatur ad gloriam. Et eodem
modo debet amare proximum scilicet
ut iustus sit. vel quia iam iustus
est et etiam ad vitam eternam
eadem desiderandam et procurandam
Deinde cum dicit In hiis duobus
etc. Manifestat predictorum precep-
torum perfectionem sive integritatem
que in hoc consistit quia quecumque
continentur vel moraliter vel figu-
raliter in lege. quecumque etiam mo-
nitorie. comminatorie. promissive et
exhortative in prophetis, continentur totum ordi-
natur ad dilectionem dei et proximi
Et ideo dicit in hiis duobus man-
datis tota lex pendet et prophete

Sciendum est autem quod hoc
verbum pendet in hac conclusione
positum tribus modis potest intelligi
Uno modo secundum Rabanum dicentem
quod ad duo precepta predicta pertinet
totus decalogus. Precepta quidem
prime tabule pertinent ad dilectionem
dei. Precepta secunde tabule
ad dilectionem proximi. Complendo
ergo ad dictum suum quod tota lex
et prophete ad predicta precepta ordinantur
Sed cerimonialia et figuralia legis
necnon et dicta prophetica sunt
in adiutorium servandi precepta.

Alio modo intelligitur secundum
Orig. quasi efficienter ut sit
sensus. In hiis duobus mandatis
universa lex pendet et prophete
id est hec duo precepta tante
perfectionis sunt ut qui ea servavit
sit dignus recipere a deo gratiam
qua mediante legem totam in-
telligat et prophetas. Huic autem
expositioni consonat quoddam
commune dictum scilicet quod operatio
boni via est ad cognitionem
maiorem. Tercio modo intelligi
pt secundum Ang. Et in hiis duobus
mandatis pendet tota lex et
prophete quia in ipsis habent finem
et complementum suum. Ad
cuius evidentiam est sciendum
quod ea que ordinantur ad finem
ab ipso fine dependent. tum
quia finis imponit eis necessitatem
essendi talia. tum etiam quia
non sunt nisi propter finem.
tum etiam quia complent
ex introductione finis. Et ideo
optime dicitur quod ea que sunt
ad finem pendent ex fine. Verbi
gratia. leges civiles sunt que-
dam ordinationes ad hunc finem
scilicet ad pacem rei publice con-
servandam in civitate. Et ideo
ex isto fine imponitur eis
necessitas quod sint tales vel tales
scilicet quales requirit finis
predictus acquirendus vel

consumandus per ipsas leges.
Iterum ipse sunt preter hunc
finem. et iterum complementa
sum accipiunt quando ipsis
mediantibus introductus est
iste finis quia ergo finis legis
et prophetarum est ordinatus ad amorem
dei et proximi. ideo bene dicitur
quod in hiis duobus mandatis pen
det tota lex et prophete. Sequitur
3a pars principalis. Congregatis
autem phariseis etc. In qua intro
ducitur interrogacio iudeorum
excludens. Circa quam primo
introducitur quedam difficilis
questio. Congregatis autem
etc. Secundo adiungitur semiplena
visio. dicunt ei david. Tercio
subditur perplexa interrogacio ait
illis quomodo ergo david. quarto
temeritatis repressio et nemo
poterat respondere. Primo igitur
introducitur quedam difficilis
questio sub istis verbis. Con
gregatis autem phariseis
interrogavit eos ihesus dicens
Quid vobis videtur de christo
cuius filius est. hec autem
questio pro tanto difficilis est
quia christus cum duplicem naturam
divinam scilicet et humanam dupli
cem habet nativitatem unam
ex deo per quam est dei filius
aliam ex virgine que processit
a progenie david per quam

est david filius. Non ergo potest suf
ficienter respondere ad questionem
predictam per hoc quod christus dicitur
esse filius david. Et ideo bene
dictum est quod secundo adiungitur quedam
semiplena visio. Dicunt ei
david. Nam et si verum dicunt
non tamen omnem filiacionem
que in christo est exprimunt sed
unam tantum. hanc autem tantum
proferunt quia christum credunt esse
purum hominem ex stirpe david
generatum vel generandum ex qua
visione ostendunt se carere cognitione
et fide perfecta quam debebant habere
de christo. quia non intelligunt nec
credunt ipsum esse deum et hominem
Unde glosa. Non reprehenduntur quod
david filium christum dicunt. sed quod
filium dei non credunt. Deinde
am subditur. ait illis. Quomodo
ergo etc. adiungit perplexam interroga
cionem dicens. Quomodo ergo david
in spiritu vocat eum dominum dicens
Dixit dominus domino meo sede a dextris
meis. donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Si
ergo david vocat eum dominum quomodo
filius eius est. In qua interroga
cione. Primo occurrit nobis
quod salvator dicit. Quomodo david
in spiritu. ut ostendat firmitatem et
veritatem eorum de quibus volebat
interrogare. scilicet quod non ex proprio
corde seu voluntate quasi fingens

nec ex errore quasi nesciens dixit
vocat xpm dnm suum sed potius
inspiracione divina cui non potest
subesse falsitas ullomodo Secundo
occurrit nobis exposicio verborum
que dicit ps^ta que talis est. Dixit
dns scilicet pater domino meo i.
filio sede a dextris meis i. in po
cioribus bonis glorie Vel secundum
Ierom. a dextris dei sedere est in
honore et equalitate paterne dig
nitatis manere vocat autem david ipsum
xpm dnm suum propter proprietatem
et affinitatem incarnacionis vel
propter beneficium redempcionis vel
propter fastigium glorificacionis
Addit autem ut timorem phariseis
incuciat id quod subditur in ps^ta
donec ponam inimicos tuos sca
bellum pedum tuorum. Et est
sensus huius verbi secundum Ieronimum
Sede semper a dextris meis et ini
mici tui in sempiternum subicientur
pedibus tuis et ita ly donec non
est determinacio finiti temporis sed
indicium infiniti. Hiis igitur
premissis subinfert xpus propriam
interrogacionem dicens. Si ergo
david vocat eum dnm et cum
hoc xpus est purus homo quo
filius eius est? Non enim consue
tudo est patrum filios proprios
suos dominos vocare Deinde di
citur. Et nemo poterat respondere
ei etc. Introducitur temeritatis
repressio Circa quam primo
describitur ignorancia quesiti
quando dicitur. Et nemo poterat
respondere ei verbum Secundo
reprimitur temeritas animi
ibi neque ausus fuit etc. De
scribitur ergo primo ignorancia
quesiti quando dicitur et nemo
poterat respondere ei verbum
Hec enim impotencia respondendi ad
quesitum ex ignorancia ve
niebat. Si enim intellexisset
xpm esse simul deum et hominem
potuissent respondere. david vocat
xpm dnm suum in spiritu prophetico
ad eius divinitatem quam
cognovit inspiratus a deo.
filius autem david est xpus
quantum ad humanitatem. Ex
ignorancia igitur divinitatis
quam non intelligebant nec
credebant in xpo. Nemo poterat
respondere verbum ad questionem
premissam Secundo reprimitur
temeritas animi eorum qui
confusi ex propria ignorancia
non fuit ausus ex illa die
quisquam scilicet phariseorum
amplius eum interrogare
Ex quo satis patet secundum Orig
quod non bono animo pharisei
interrogabant xpm Nam si
bono animo et causa discendi
accessissent ad interrogandum
ipsum nunquam posuisset ante

eos questionem ex qua confu
si destitissent ab interrogacione
cum ipse venisset ad instru
endam civitatem omnes qui
vellent addiscere. Secundum
autem hoc ewangelium moralem
de se in prima facie importet
intellectum et ideo non est
opus alia moralitate quam sit
illa que posita que posita est
in exposicione litterali ipsius
Ex ipso tamen verum possimus
aliter morale documentum
Si quis enim malo animo
et temptandi vel confundendi
occasione ad hominem virtuo
sum accedit. Ipse virtuosus
debet talem responsionem proferre
que nulli calumpnie pateat
Sed potius interrogantem ex
sua racionabilitate ad bonum
possit attrahere sicut xpus
fecit. Respondens quod primum
mandatum est diligere deum
etc. Et non tantum ad quesita
debet vir probus respondere sed
eciam aliqua in sua responsione
adiungere que ad fraternam
caritatem inducant cum qui
premium suum volt confundere
et cum hoc ex virtute illorum
eius qui malo interrogat
animo malicia reprehensibilis
recognoscatur. Ista enim

fecit salvator. Non enim ad
questionem de magno mandato
contentus fuit dare responsum
verum eciam addidit commen
dacionem mandati de proximo
diligendo contra quod faciebant
qui maliciose ipsum interroga
bant. Si autem taliter inter
rogatus viderit maligne
interrogantem ex sua racionabili
responsione non corrigi nec a malicia
concepta cessare imponat aliqua
difficilem questionem per cuius
ignoranciam malorum audacia
confusa reprimatur et non sit
amplius ausa interrogare cum
insidiis innocentem

Et ascendens ihesus
in naviculam transfretavit
et venit in civitatem suam
etc. Mt. ix. Una et eadem virtus
potest in diversis diversimode
operari sicut caliditas in glacie
calefaciendo liquefacit et calidi
tas in lacte ipsum coagulat
Similiter igitur amor sit una
radix operandi aliter tamen operatur
per amorem dominus ad servos aliter
magister ad discipulos aliter
medicus ad egrotos et aliter
pater ad filios. Anima igitur
salvator noster erga humanum genus
ex radice et [illegible] dileccionis
multipliciter operari dignatus est

quia nitidum ut magister erga discipulos
interdum ut medicus erga egrotos
nunquam vero ut pater erga filios. Sed hec
eius opera etiam ex dilectione tanta
diversimode describitur in diversis
Quando autem modum dilectionis
tenuit in operando quam pater erga
filios tenet. videmus ipsum benig
ne acceptantem homines oblatos
vel accedentes ad ipsum sicut ipse
testatur in parabola prodigi filij rede
untis ad patrem. Iterum videmus
ipsum liberaliter conferentem dona
sicut patet ibidem in convivio solemni
inter preparato propter filium redeuntem
Iterum videmus ipsum sic caritative
liter reprehendentem aliquorum defectus
ut reducere et non confundere
intelligatur filios non bene comble
indignatos sicut ibidem patet in
reconciliatione filij senioris. Ultimo
ex hiis videmus ipsum elicientem
aliquem fructum ex opere quod procedit
ex dilectione plena. Similiter se
operatur ex amore ut bonus medicus
ad curandum infirmos. videmus
enim oportune se offerentem egrotis.
benigne suscipientem oblatos. liberaliter
conferentem sanitatem optatam.
et utiliter utentem effectu sanitatis
collate. hunc igitur ordinem prudens
cura in sententia patris cura ly
dicitur. Et ascendens in naviculam etc.
ubi describit primo salvatoris
benignam oportunitatem in principio
Et ascendens. 2o benivolentis accepta

benignitatem ibi. Et ecce offerebat
3o effectum sanitatis collate
videns autem Jhesus fidem. 4o
fructum utilitatis eliciate. viden
tes autem turbe etc. describit
ergo primo benignam oportuni
tatem salvatoris quam manifestat
ex tribus. Primo ex usu. 2o
ex actu. 3o ex situ. Ex usu quidem
quia ascendit in naviculam. ex
hoc enim quod ille qui potenciam
divinitatis poterat super mare
siccis pedibus ambulare voluit
uti ministerio naviculae sicut verus
homo. benigne se presentem hominibus
prebuit ut secure possent ad
ipsum homines accedere quem
cernerent sic familiariter inter
homines conversari. Secundo
manifestat eam ex actu. quia
transfretavit ut sicut oportune
se exhibeat illis quos a demonibus
liberaverat transeundo in genaza
reth ita oportunitatem sue presencie
transfretando multis aliis exhiberet
apud quos talia operari dignatus
est. ut non solum ex virtute
alicuius sanctitatis participate
cognoscatur virtutes efficere
ac sanitates conferre. Unde etiam
probatur verus deus equalis
patri ex propria divinitatis virtute
peccata remittere. unde Crisostomus in omelia
demonstravit supremus Christus suam
virtutem per doctrinam quando
docuit eos ut potestatem habens.

per leprosum quando dixit volo
mundare. per Centurionem qui
dixit. Dic verbo et sanabitur
puer meus. per mare quod verbo
refrenavit. per demones qui eum
confitebantur. hic autem turcus
aliquis maiori modo minimos vel suos
cogit confiteri equalitatem
honoris ad patrem. Unde ad hoc
ostendendum subdit quod ascendens
in naviculam transfretavit.
Tercio eandem oportunitatem
manifestat ex situ quando addit
Et venit in civitatem suam
humanum quippe genus propter
peccatum commissum in deum incurrit
timorem sicut patet Gen. 3. ubi
propter timorem dei ambulantis
in paradiso. adam abscondit se.
timor autem iste quodammodo
deiecit ipsum a familiaritate
divina et a fiducia appropinquandi
ad deum. ut ergo christus per amorem
eidem genus ad se traheret quod
ab eo diffugerat metus factus
est habitator civitatis terrene
cum homine. ut tamquam concivis
factus hominibus fiduciam ad se
accedendi importunitatibus lar-
giatur. Consueverunt enim
concives quando extra suam
civitatem se inveniunt adinvicem
habere recursum. quia ergo extra
paradisum tamquam extra propriam ci-
vitatem est homo positus per
peccatum et factus habitator

huius miserabilis incolatus christus
simul nobiscum habitare dignatus
est ut nobis fiduciam tribuat
secure accedendi ad ipsum. propter
quod apostolus ad hebreos. 4. cum induxisset
conformitatem christi ad homines sub-
iungit. Adeamus ergo cum fiducia
ad thronum gracie ut misericordiam consequamur
et graciam inveniamus in auxilio
oportuno. hec omnia concordant dicta
iohannis crisostomi qui exponens hoc
verbum scilicet venit in civitatem
suam. dicit. Creator autem terrarum
orbis terre dominus. postea quam propter
vos nos se nostra angustavit in carne
cepit habere humanam patriam. cepit
civitatis iudayce esse civis ut
attraheret caritas quos diffugerat
metus. Sed dubitaret aliquis.
que fuit hec civitas de qua dicit
venit in civitatem suam. Et videtur
quod fuerit nazareth. Prima sicut dicit
Ieronimus civitatem suam non aliam
intelligere debemus quam nazareth
unde et nazarenus appellatus est.
Contrarium patet per hoc quod matheus
dicit. 4. quod hoc factum est in
Capharnaum scilicet quod elegerunt
ibi palatium sibi privatum. Sed
hoc dicendum est quod christus natus
fuit in Bethleem. annunciatus et
educatus in nazareth. Sed tempore
predicacionis multum spacium fuit
et demoratus in Capharnaum et
ideo diversis respectibus dici potest
quod quelibet predictarum tum fuit
civitas eius. Prima igitur eam ta

hic nominat Ciuitatem suam quando
volt destrahere opera virtuosa et mira
culosa. ideo Ciuitas sua potest intelligi
Capharnaum sicut exprimunt moderni
Vel aliter dici potest secundum augustinum de con
sensu ewangelistarum. christus conuersatus fuit
et educatus ut plurimum in gallilea
vnde et gallileus dictus est. In quacumque ergo
Ciuitate gallilee positus esset poterat
dici esse in Ciuitate sua et quoniam
Capharnaum in qua secundum veritatem
sanauit paraliticum hunc erat prin
cipalis Ciuitas gallilee. Ideo potest
intelligi quod sit capharnaum de qua
dicitur venit in Ciuitatem suam
Vel aliter dici potest secundum eundem augustinum
ibidem quod hic textus matthei debet sic
intelligi. ascendens ihesus in na
uiculam transfretauit i. suo transitu
venit in Ciuitatem suam scilicet in na
zareth. sed obmisso quod ibi fecerit
et qualiter inde recesserit statim
subiungit sanacionem paralitici non ibi
factam sed postea quando de nazareth
venit capharnaum. et tunc patet
quod exposicio Jeronimi bona est. Narrat
igitur matheus duo non simul
facta. tamquam si essent simul facta.
scilicet aduentum in nazareth et sanita
tem collatam paralitico. Cum tunc
secundum hanc vltimam solucionem primus
venit in Ciuitatem suam scilicet
nazareth et postmodum non ibi
sed in Capharnaum sanauit para
liticum presentatum sibi qui a quatuor
portabatur ut dicit marcus Et hec

exposicio innititur per hoc quod dicitur
marci ii. Et iterum intrauit
Capharnaum post dies octo.
inter istos autem octo dies
potuit venire in Nazareth
Vel potest dici quod ista fuit Ciui
tas Capharnaum ut dictum est
quam ewangelista vocat Ciuitatem
christi quia ibi habitauit in princi
pio predicacionis ut dicitur marci i. ve
et habitauit in Ciuitate Ca
pharnaum maritima. sic igitur
facta est Capharnaum Ciuitas
christi non annunciacione nec natiuitate
nec educacione. sed aliquanta
habitacione. Sequitur secunda pars
principalis. et ecce offerebant
ei paraliticum. In qua describit
ewangelista deuocionis acceptum sin
tatem. vbi attendere possumus
Primo ex parte offerencium
siue portancium obsequium
graciosum. Et ecce offerebant ei
scilicet ex parte oblati siue portati sta
tum calamitosum. paraliticum iacen
tem in lecto etc. obsequium autem
portancium fuit graciosum et
ideo acceptandum. quia factum
ex caritate fidelitate et pietate
Ex caritate quidem serena factum
est hoc obsequium eo quod iste in
necessitate positus erat in qua non
nisi per obsequium alterius poterat
releuari. Et ideo prebentes eidem
beneficium tale quod propter ipsos suffi
medico presentatur implent officium
caritatis serene. Si quis enim

videt fratrem suum necessitatem habe
et claudit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in eo
ait. Jo. pª. 10. 3. Isti ergo viden
tes fratrem suum necessitatem habere
et aperientes eidem viscera sue
compassionis per caritatem reddi=
derunt sibi obsequium graciosum
Factum eciam fuit ex fidelitate
quia sicut dicitur marci 2º. Cum
non possent eum offerre ante
thesum propter multitudinem tec
nudauerunt tectum et patefa
cientes ipsum. presentauerunt eum
ante thesum. que omnia ex magna
fide sunt facta et ideo ipsa red
didit obsequium graciosum
Factum est eciam istud obsequium
ex pietate eo quod pie compacientes
calamitati paralitici que tanta erat
quod iacebat in lecto suppleuerunt
in eo defectum proprie imbecillitatis
presentantes eum ante thesum et
ideo postquam ewangelista premisit obse
quium dicens offerebant ei pa
liticum ut manifestet ipsum
esse ex pietate factum. adiungit
statum calamitosum eius dicens
quod iacebat in lecto. Iacentem igitur
in lecto. Unde Jeronimus offerebant
autem eum iacentem in lecto
quia ipse ingredi non valebat
Sequitur tercia pars principalis
videns autem thesus fidem illorum
etc. Ubi describitur effectus sa
nitatis collate. Circa quem sic
proceditur primo enim ~~ante~~ soluitur

secundo infirmitatis. 2º Reprehenditur
cogitacio phariseorum. Et ecce quidam
de. 3º. Manifestatur potestas operacio
Ut autem sciatis quoniam filius etc.
4º adiungitur sanitatis collacio dicit
ait paralitico Describitur autem primo
quomodo soluitur infirmitatis secundo
quia scilicet remittitur peccatum
huic paralitico. occasione cuius sepe
contingit corporalis infirmitas. Sunt
quod hic concurrit meritum et eciam
beneficium. meritum quidem. eo
quod videns thesus fidem illorum inclinatus
est ex intuitu tante fidei. intus et
extra hominem restituere sanitati
Unde iohannes episcopus gregorius vel apud
deum fides propria apud quem sic valuit
aliena ut intus et extra sanaret
hominem. videns ergo fidem illorum
qui offerebant. non tamen. sine
fide eius qui offerebatur. quia sicut
Crisostomus dicit. Erat magna fides huius
infirmi. non enim permisisset se
submitti per tectum ut alius ewangelista
refert nisi credidisset. utrumque ergo
precedens fuit fides tam offerencium
quam oblati. licet maior dicatur fuisse
offerencium sicut et maior fuit
Et ideo solam eandem ewangelista commen
dat Cenauerat eciam beneficium
quod ostenditur cum thesus ait pa
litico. Confide fili remittuntur tibi
peccata tua. Ubi aduertendum est
primo quod peccatum facit hominem
filium ire et inimicum dei et econtra
Gracia qua peccatum dimittitur facit hominem

filium ire et inimicum et eciam fo.
Gracia qua peccatum dimittitur
facit hominem dei filium et amicum
Cito ergo christus filium vocat cum
dicit dimittuntur tibi peccata. Cum
indicat confidenciam q. d. modo po
tes de mea benignitate confidere
qua per beneficium gracie te in
filium peccata tibi dimittens adopto
vnde Jeronimus. Ideo filium vocat quia
dimittuntur ei peccata sua. Ubi datur
intelligi propter peccata plures evenire
corporis debilitates. Et ideo forsitan
prius dimittuntur peccata ut causis
debilitatis ablatis sanitas restituatur
Juxta hoc notandum. sicut dicit
Beda super marcum quod quinque
de causis affliguntur homines male
stijs carnis. Primo propter merita
augenda. ut Job. Thob. et martires ab 12
2o propter humilitatem conservandam.
ut paulus .2. Cor. 12. ab angelo
sathane colafizari permissus est
3o propter peccata cognoscenda.
ut maria soror moysi num. xii Et
ille qui iacebat juxta probaticam
piscinam. Cui dictum est. Jo. 5.
vade et amplius noli peccare
Et eodem modo iste paraliticus cui
dicitur Remittuntur tibi peccata
4o propter gloriam dei manifestan
dam ut cecus natus de quo dictum
est. Jo. 9. Nec hic peccavit nec
parentes eius ut cecus nasceretur
sed ut manifestentur opera dei in
illo. Et mors lazari de qua dicitur

Jo. xi. Infirmitas hec non est
ad mortem. sed pro gloria dei
ut glorificetur filius dei. 5to
ad inicium dampnacionis eterne
ut anthiochus. 2o machab. 9
et herodes act 12 Advertendum est
quod hic insinuat evangelista magnam
benignitatem christi quando paraliticum
totis menbris destitutum quem
sacerdotes contingere nolebant
filium appellavit. vnde Jeronimus
O mira humilitas despectum
et debilem totis menbrorum
compaginibus dissolutis filium
vocat quem sacerdotes non dig
nabantur attingere. Et sciendum
est quod quod matheus dicit vocatum esse
filium a christo. lucas. audit voca
tum fuisse hominem. luc. 5to
Quorum fidem ut vidit ihesus dixit. Homo
remittuntur tibi peccata tua
vocatur quidem homo ut insinuetur
peccatori et cognoscat se ex illo
genere esse cuius vox est in psalmo
Ecce enim iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit
me mater mea. ac per hoc
desideret prius remissionem
peccati quam corporis sanitatem
prius igitur vocatur homo. q.
qui indiget remissione peccati
sed iam peccatis sibi dimissis
filius nominatur. q. ad graciam
adoptatus. Deinde cum dicit
Et ecce quidam de scribis

Cause egritudinis

reprehendit cogitacionis perversi
tatem. Primo premittitur
perversitas intimus cogitata. Et ecce
quidam. 2o adiungitur iniquitas eorum
palam. Et cum vidisset etc. 3o
subditur pietas evidenter declarata
Quid enim facilius. Premittitur
igitur perversitas intimus excogitata
cum dicitur. Et ecce quidam de
scribis dixerunt intra se hic blasphemat
Arguebant enim pharisei ex
verbis propheticis. Deus solus est
qui dicit Ego sum qui deleo iniqui
tates tuas propter me. Cum ergo
sit purus homo iste qui dicit
remittuntur tibi peccata ipse sibi assumit
quod dei est quod est proprie blasphemare
Interdum enim quis blasphemat
malum alteri imponendo. aliquando
alteri detrahendo. Et quia ille
qui divinum honorem attribuit creature
quantum est in se detrahit divino
honori. ideo talis dicitur blasphe
mare et hoc modo sepe dixerunt
iudei de christo ipsum blasphemare
eo quod credentes ipsum esse purum
hominem videbant aliquando aliquid
divinum attribuere sed fallebantur
quia cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est
esse se equalem deo. phi. 2. Et
christus eorum maliciam ordinans
in bonum finem aliquid addit
unde possit cognosci quod non tantum
homo est sed etiam deus verus
enim adiungit iniquitatem ex
terius propalatam. Et cum vidisset

iesus cogitaciones eorum dixit
ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Ex
hoc enim monstravit se esse deum
qui solus potest cordis occulta cognoscere
ac si diceret eis. eadem potencia
qua cogitationes vestras intueor pos
sum et hominum peccata relaxare. Et
attende sapientiam christi. Eorum enim
malicia utitur ad manifestandam
sue glorie divinitatem quando re
velando malicias cogitacionum
malignancium se verum deum dicit
Verum ut per sensibile signum
confirmet et declaret in se potentiam
divinitatis adiungit. Quid est faci
lius dicere dimittuntur tibi peccata
an dicere. surge et ambula. Quasi
diceret enim ex parte operis maius sit
dimittere peccata quam facere paraliticum
ambulare. sicut maius est bene
ficium sanitatis anime quam corporis
tamen utrumque scilicet peccata verbo
dimittere et iussu facere paraliticum
continuo ambulare eiusdem est
indicium potestatis scilicet divine
Et attende quod illis cogitantibus
mala in cordibus suis. non dixit
christus. Ut quid cogitatis in cordibus
vestris. vel opus divinum facio meum
vel quod attribuo michi opus dei est.
nec dixit verum istorum potest exprimere
verbis cogitavit. sed potius confirmat
per opus quod sibi attribuebant opera
dei que vere faciebat eo quod erat
deus. Et ideo bene sequitur illa
pars in qua manifestatur informata

operando. Ut autem sciatis quoniam filius
hominis habet potestatem in terra di. pec.
ac si dicat. Quamvis inter dicere
et facere sit multa distantia tamen
ut cognoscatis per effectum cor
poralem quem dicendo facio effectum
spiritualem scilicet quia volendo. et
indulgendo peccata dimitto. ideo
sanitatem corporalem solo iussu presto
Et signanter dicit in terra habet
inquid potestatem in terra dimittendi peccata
quia de communi lege deus instituit
dimittere peccata hominum dum vivunt in
terra. postquam autem de hac vita mi
graverint non est locus venie
quia clausa est ianua peccatorum
indulgentie. Sed attendendum est
quod non dicit de se. Ut autem sciatis
quoniam filius dei habet potestatem
in terra dimittendi peccata. Sed ait ut
autem sciatis quoniam filius ho
minis etc quod valiter et provide dicit
Nam integritas fidei exigit ut
ipse christus verus homo et verus
deus esse credatur per hoc ergo
quod dicit. ut sciatis quoniam filius
hominis verum in se asserit huma
nitatem et eiusdem humanitatis
notitiam et confessionem declarat.
per hoc autem quod addit. habet
potestatem in terra dimittendi peccata
veritatem divinitatis addit. et noti
ciam eiusdem divinitatis licet non
apparentem probat. De hoc enim
solo quod dixerat superius. dimittuntur
tibi peccata. et non dicit dimitto

tibi peccata. non poterat veri
tatem argui quod affirmaverit se deum
esse. Sed cum adiungit. ut autem
sciatis etc veritatem divinitatis
de se opinat cum confirmat unde
Crisostomus. Supra quidem paralitico
non dicit dimitto tibi peccata
sed dimittuntur tibi peccata. quia
vero scribe resistebant altiorem
suam indicat potestatem dicens quod filius
hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata
et ut ostendat se patri equalem
non dicit quod filius hominis indiget
aliquo ad dimittendum peccata
sed quoniam habet potestatem. ut autem con
firmet per opus impossibile potestatis
adiungitur collatio sanitatis. Con
tinue ait paralitico. Surge tolle
lectum tuum et vade in domum
tuam. ubi possumus attendere
actum. signum. et gressum
convenire ad sanitatem collatam
Actus quidem imperatur cum dicitur
surge. hunc enim actum exercere
non poterat nisi sanatus fuisset
eo quod illa tam gravis erat
infirmitas ut membrorum ad
surgendum negaret officium
Signum autem adiungitur quando
dicit Tolle lectum tuum ut scilicet
lectus in quo iacebat prius
qui iacenti fuerat testis infirmitatis
esset nunc eidem portanti in
testimonium sanitatis. Sed ut
non appareat fantasticum quod

sanatur additur gressus vade
inquid in domum tuam. Unde
ad veritatem operis comprobandam
subdidit ewangelista. Et surrexit et
et abiit in domum suam ita
munde mente sicut et corpore
relinquens phariseorum perfi-
diam. Sequitur ultima pars
ewangelii. Videntes autem turbe
etc. In qua describit ewangelista fruc-
tum utilitatis elicite. et iste
fructus duplex est quia tamen habet
aliquam imperfectionem annexam.
Duplex quidem est quia et videtur
in hiis qui viderant hoc signum
quod fecit fecit salvator aliquid
ad noticiam veritatis inducens.
scilicet timor videntes inquid
turbe timuerunt. Quoniam enim
sapientie timor est. eo quod times
vel supplicat vel se humiliat
vel diligenter ut periculum eva-
dere possit considerat que tria
scilicet supplicatio humiliatio
consideratio inchoant in homine
statum alicuius perfectionis.
Alius fructus ex hoc signo elicitur
quia scilicet glorificant deum
illi qui viderunt glorificaverunt
ait ewangelista deum. Si enim gloria
est frequens cum laude leticia
sive generaliter actio gaudiosa.
glorificare deum est cum leticia
ipsi gracias agere et ipsum
pro beneficiis liberacionis laudare

sed defectus in hac utilitate inclusus
iste est. quia cum ex remissione
peccati et ex collacione sanitatis
debuerunt in Christo cognoscere naturam
et potenciam divinitatis. ipsum
et purum hominem licet sanctum
et deo acceptum crediderunt propter
quod subiungit ewangelista glorificaverunt
deum qui dedit potestatem talem ho-
minibus. Et ideo bene dicit Crisostomus
cum tales decorsum trahuntur quia
si bene cogitassent aput se cogno-
vissent quia filius dei erat. Eius
autem hoc fuerat imperfectionis
tamen non fuit modicam dispositivum
ad maius bonum et ad maiorem
noticiam accipiendam de Christo in
posteram et ideo non caret utili-
tate quod glorificant deum qui dedit
potestatem talem hominibus qualis
nullus alius umquam habuisse describitur
et per hoc Christum quodammodo aliis
anteposuit. Unde subiungit Crisostomus
Iterum autem non parum erat
estimare omnibus hominibus ma-
iorem et a deo venire. Spiritualiter
autem sive per naviculam intelligatur
lignum crucis quam Christus ascen-
dens misericorditer ad nos venit
sive intelligatur ecclesia in qua
Christus exiens quasi transitum fecit
ad homines. sive intelligatur anima
in quam Christus per inspiracionis
domum ingrediens per affectum
gratie se eidem facit presentem

a qua propter defectum aure prius
fuerat absens. pt hac ewng^m expoi
deliberacione anime a fluxu mundanorum
voluptatum spualibus virtutibus desti
tute. ieronimo augustinus de qstio
nibus ewng li videtur exponere
ascendens igitur ihesus in navicu
lam transfretat quando per cruc
vel per ecclie sacramenta vel
per inspiracionem gratie suam
civitatem offert anime virtutibus
destitute. Tunc si sanari debet:
oportet ipsam xpo offerri. indiget
autem aliorum auxilio. si paliticum
patitur .i. si est dissoluta bonis
operacionibus et virtutibus regen
tibus ac substantantibus eius gressus
sed querens xpum et ipsi cupiens
puram sepe a turba cogitacionum
carnalium impeditur propter quod
oportet ipsam mediantibus .4.
virtutibus. vel mediante doctrina
.4. ewngelistarum tectum domus
in qua xpus residet .i. secretum
sacre scripture detegi quo detecto
et xpo in scripturis per fidem
recepto. ante ipsum nuda consciencia
debet exponi palamque pulsari ut
sanet eius benignitatis quem
dyaboli vulneraverant astucia
ipse autem xpus fidibus orancium
inclinatus reducat ad memoriam
peccatoris quod est homo dei esse et sit
se cognoscens hominem peccatorem
humiliter de se sentiat et cog

noscat se dei gratia indigere
ac per hoc mereatur audire
remittuntur tibi peccata tua
sed quoniam remissis peccatis
fit homo dei filius per gratiam
qui prius erat filius ire per
culpam. ideo bene dicitur ei Cum
peccatum remissum est confide
fili. Si autem remaneat in
homine aliquis diffidencie ter
por vel deordinate cogitacionis
motus conpesci debet per
profectum boni studii ut sur
gens homo sanatus tollat
lectum consciencie sue et
vadat in domum suam. hoc est
incipiat profectum operacionis
bone tendere ad paradisum a quo
recesserat peccatum. ut eius
opus virtuosum sit eidem testi
monium sanitatis mentalis cum
remissio boni operis erat testium
infirmitatis consciencie virtu
tibus destitute. Videntes autem
turbe carnalium desideriorum
vel homines quibus nota erat
prima pueritas hominis egra
destituti. quod tam subito muta
in virum alium proficiat in
bonis accionibus et constanter
ambulet in eisdem quodam ti
more admiracionis percussi glo
rificant deum qui talem vir
tutem hominibus est largitus
Confide fili Remittuntur

tibi peccata tua. In quibus verbis
christus hominem sive peccatorem
Primo inducat ad vigorem anime
confidentie. Jo. xvi. Confidite ego
vici mundum. 2o alliciat eum per
dulcedinem verbi. fili. prov. viii.
Nunc ergo fili audite me beati
qui custodiunt. 3o condescendit eidem
per remissionem debiti ibi Re-
mittuntur tibi peccata tua. ps. Beati
quorum remisse sunt iniquitates
et quorum tecta sunt peccata.
Quantum ad primum sciendum
est quod divina confidentia primo
incipientem illuminat ad veri cognitionem
sapientie 3. Qui confidunt in illo
intelligent veritatem. 2o proficientem
autem adiuvat ad boni perfectionem
Je. xvii. Benedictus homo qui
confidit in domino. 3o pervenientem
corroborat ad finis assecutionem
ps. Qui confidunt in domino
sicut mons syon. Quantum
ad secundum est sciendum quod
nomen filiationis divine accipiunt
homines tripliciter. Primo propter
notitiam spiritualiter revelatam
ps. Ego dixi dii estis et filii ex-
celsi. quos sic illos dixit deos ad
quos sermo dei factus est ait
christus Jo. x. 2o propter fidem christo
accomodatam Jo. i. Quotquot
autem receperunt eum dedit
eis potestatem filios dei fieri. 3o
propter vitam regulariter ordinatam

Ro. 8. Quicumque spiritu dei aguntur
hii filii dei sunt. Quantum ad 3m
sciendum est quod peccata dimittuntur
a deo ipsi homini 4or modis. Primo
vexanter penitenti ps. Dixi confite-
bor adversum me iniustitiam meam
domino et tu remisisti. 2o integraliter
indulgenti. Mt. vi. Si dimiseritis
hominibus peccata eorum. di. vobis
3o cordialiter diligenti luc. vii.
propter quod dimittuntur ei peccata
multa quoniam dilexit multum.
4o integraliter confitenti i. Jo.
i. Si confiteamur peccata nostra
fidelis est et iustus ut dimittat
nobis peccata nostra et emundet
nos ab omni iniquitate

Simile factum est regnum
celorum homini regi qui
fecit nuptias filio suo etc. Mt.
xxii. Inter cuncta vicia que recita-
ntur necnon et divina scriptura
detestatur. Est vicium ingratitudinis
quia sepe includit vel contemptum
dei conferentis beneficia vel quasi
repulsionem gratie a deo collate
hoc autem vicium non potest esse
in aliquo nisi presupponatur in
ipso ad beneficium sive donum.
non est tale vicium in aliquo quem
divina severitas ipsum puniat.
Et 3o ipsum vicium distinguit dominus
inter reprobos et electos. quia
per suam punitionem facit homines reprobos
si in ipso finaliter perseverat.
per suum contrarium salvat

per gratitudinem homo computatur inter electos. Est igitur in ipso deo attendere largitatem beneficia conferentem. providenciam malis bonos substituentem. equitatem gratos ab ingratis finaliter discernentem. Et tria in presenti ewangelio possumus considerare ut gravitas vicii ingratitudinis et eius punicio clarius innotescat. Et hoc modo introducatur Ihesus hoc ewangelium. Christiana Christus contra ingratos loquens Mathei 21 dixit auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructum eius. hic ostendit a quibus auferetur quia scilicet ab ingratis et cui genti dabitur quia gratis et qui gratuito modo receperunt ipsum. ¶ Vel sic introducatur. Perfecti ducis primum est ut sic per clemenciam suis militibus beneficium conferat et offerat. 2o per providenciam conservet exercitum militiam et policiam. ita ut aliis deficientibus alios substituat. Et 3o per sapienciam merita cuiuslibet discernat. Christiana ergo vita hominis in hoc mundo est milicia super terram cuius dux et rex est deus sic gubernat ecclesiam militantem quod ei per clemenciam gratis beneficia confert. providenciam alios aliis substituit et per sapienciam electos a reprobis discernit et hoc est quod dicit presens ewangelium. Simile factum est etc. In quo primo ostenditur divina benignitas gratis beneficia offerens in principio. Simile factum est etc. 2o divina providencia malis alios substituens. ibi tunc ait servis suis. 3o divina iusticia formidabilem sentenciam proferens ibi multi enim sunt vocati etc. Secundum evidenciam premisse sciendum est quod secundum Augustinum in omelia deus sicut est iustissimus in omnibus operibus suis. sic in eisdem est misericordissimus. ymmo eo ipso est misericordissimus quod est iustissimus et econverso. Et eodem modo sicut est benignissimus in conferendo et communicando creature sua dona. sic est severissimus in puniendo contemptores donorum suorum per vicium ingratitudinis quod includit divinum contemptum ut predictum est.

¶ Et ideo prima pars huius ewangelii dividitur in tres. Primo enim describit ewangelista divinam benignitatem beneficia conferentem. ~~bona dei contempnentem contemptores punientem~~. 2o. humanam perversitatem bona dei contempnentem. ibi illi autem neglexerunt. 3o iusticie severitatem contemptores punientem. ibi Rex autem cum audisset. Ponitur ergo primo divina benignitas que ostenditur in eo quod preparavit. vocavit invitatos. sollicitavit ad eius beneficia percipienda. Preparavit ergo primo quod premittitur. Simile factum

est regnum celorum .i. pręs ecclia que adhuc est peregrina in terra homini regi .i. deo patri qui ex benignitate intellecta per hoiez et ex largitatis magnificencia intellecta per regem fecit nupcias filio suo quando scilicet per incarnacionis misterium humanam naturam divine nature in persona filij copulavit. Habuit autem nupciarum talamus scilicet uterum glosa fuit uterus virginalis in quo dei filius naturam humanam nature divine in seipso indivisibiliter copulavit marie contrarium ad cenules eius pres. Sed quoniam per mediante ipsa natura totam ecclesiam sibi coniunxit ideo nomine istarum nupciarum utraque coniunctio intelligi potest. Verum quoniam ex tali coniunctione volentibus accedere ad eius consorcium vel communionem omnia necessaria ad eternam vitam parata sunt ideo bene dictum est quod benignitas eius ostenditur quia paravit sua beneficia. Non solum autem paravit sed eciam vocavit quia misit servos suos vocare invitatos ad nupcias. Dicit enim doctor Crisostomus per istos servos intelliguntur prophete qui predicendo misterium incarnacionis futurum et eius beneficia atque virtutem ad ipsum quodam modo suscipiendum reverenter vocabant. Bene autem dicit vocare non invitare quia

iam supponit invitatos eo quod idem misterium ante prophetas ipsos scilicet tempore patriarcharum primissum fuit et sic ad ipsum homines invitati. Sed tamen quia et deum promittentes ac predicentes ipsum futurum et prophetas vocantes peravitas humana contempsit. ideo bene subditur Et nolebant venire quia in expectacione nandum neglexerunt credere. Deinde sequitur. Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis etc. Ubi ostenditur quod invitatos velut recusantes venire sollicitavit. Glosa servi secundo missi intelliguntur apostoli quos mittens christus in mundum dixit. In viam gencium ne abieritis. sed ite ad oves que perierunt domus israel et iterum quicumque susceperit vos apud eos manete et curate ipsos et dicite quia appropinquavit in vos regnum dei. Sed ut magis provocet invitatos. additur. Ecce prandium meum paravi. thauri mei et altilia occisa et omnia parata. Venite ad nupcias. quod tribus modis intelligitur. Primo modo secundum expositionem Crisostomi sic Prandium meum paravi .i. ex lege et prophetis mensam scripturarum ornavi. Thauri mei .i. viri qui in veteri testamento simul fuerunt prophete et sacerdotes ut Jeremias et Ezechiel. qui prestantes thauri dicti sunt quia populi ductores fuerunt atque rectores. altilia autem prophetas verum et viros contemplativos qui

sacerdotes non fuerunt significant
et isti omnes ad nuptias dicuntur
vocati quia eorum vita mores et mors
clamaverunt christum in carne venturum
Et omnia parata quia in predictorum
patrum gestis et moribus necnon
in scripturarum mensa sanctarum
reperiuntur omnia que sunt necessaria ad
salutem. Nam sicut hoc idem dicit
Cris(ostomus). Omnia parata in sacris scripturis
est quicquid queritur ad salutem qui
ignorans est ibi invenit quod discat
contumax ibi invenit quod timeat
qui laborat ibi invenit promissiones
gloriosas quibus excitatur ad opus
qui infirmus et pusillanimis
ibi invenit mediocres cibos. Qui
percussus a dyabolo ibi invenit medica-
men est quia sic ibi omnia sunt
parata. ideo bene dicitur. Venite
ad nuptias. hoc est non pedibus
sed fide et moribus. ex patrum
exemplis et dictis. necnon etiam
ex sacre scripture mensa christum incar-
natum suscipite ¶ Alio modo exponitur
de prelatorum ut sit sensus. Ecce
prandium meum paravi. hoc est
introitus regni in fide mee resur-
rectionis aptus est. Thauri mei
id est martires qui pro confessione
nominis mei tanquam hostia electa
sunt immolati. altilia id est viri contem-
platiui pinguedine sancti spiritus
saginati et ala contemplationis
in altum sublevati. sunt occisi
quia eorum intra in exemplum nostre vite est

proposita. ut eorum imitatores christum
sequamur. et sic omnia parata
quia nichil pertinens ad exemplum
perfectionis obmissum est. quia
in sanctis viris christum imitantibus
sit plenum. et ideo venite ad
nuptias intrando divinum
fidei que est in christo sponso et sponsa
sua ecclesia. Tercio modo exponitur
sequendo intencionem gregorii in omeli-
a. Ecce prandium meum paravi
id est misterium mee incarnationis
impletum est. Thauri mei id est
patres testamenti veteris qui ex
permissione legis inimicos suos
virtute corporee eorum feriebat
altilia id est patres novi testamenti
qui per gratie pinguedinem et
habundanciam a terrenis desideriis
ad contemplationis sublimia ele-
vantur et isti dicuntur occisi
ad nuptias. quia eorum passio-
nes et mortes in remedium
nostre vite sunt posite ut per
eorum imitationes vite nostre
rectitudinem agitemus. Et hoc
est quod dicit idem gregorius. Thauri mei
et altilia sunt occisa. ac si dicatur
priorum precedentium mortes aspi-
cite et remedia vite vestre
cogitate. Et omnia parata.
quia ad sancte vite decora nichil
deficit cum in patrum utriusque
testamenti gestis reperiri possit.
Si enim aliquid ad sanctam
vitam pagendam vel fidem

seruandam nobis impossibile videatur
si diligenter patres priores
aspiciamus non videbitur impossibile
cum in aliquo illorum illud
inuenimus confusse. Et hoc est
quod dicit Gregorius Tauri et altilia
mactata memorantur. quia omni
potens deus cum verba eius
audire nolumus adiungit exemplum. ut
omne quod impossibile credimus tanto
nobis ad spandum fiat facilius
quanto per hec transisse et ad
alios videmus. Secundo ponitur
humana peruersitas dona dei con
tempnens cum dicitur. Illi autem
neglexerunt etc. Ubi aduertendum
est quod peruersitas humani cordis
in non recipiendo dei beneficia
aliquando causatur ex occupa
cione temporalis vtilitatis quia
creatura amatur modo indebito
aliquando ex auaricia temporalis
lucri. quia homo vult acquirere
superflua. aliquando ex propria ma
licia vel ex contra quando quis directe
oppugnat graciam. Volens quod
saluator perfecte designare cordis
humani peruersitatem excludentem
ipsum a dei gracia. vel que
exclusit iudeos a susceptione
filii dei venientis in carne
addit quod in aliquibus hec mali
cia ortum habuit ex amore
et occupacione terrene operis dicens
Illi autem. supple quibus annunci
atum fuit incarnacionis misteri[um]

primo per prophetas. deinde per apostolos.
neglexerunt credere. etiam sue
salutis promissum et hoc fuit in ali
quibus. Prima quidam ex ipsis abie
runt ad villam suam colendam
vel considerandam vel aliquid huius
modi faciendum per amorem temporalis
vtilitatis. unde Crisostomus. hoc exponens
de manuali labore dicit super Matheum
cum labore manuum inuenimus aliquos
facimus puta excolentes agrum vel
vineam aut opus ligni vel ferri
villam colere videmur. In aliquibus
autem eadem malicia ortum habuit
ex auaricia que designatur cum
dicitur. alius ad negociacionem.
negociacio enim est secundum glosam
terrenus cursus mare. ambo autem
predicta scilicet terreni laboris occu
pacio et fallacia negociacio que
inmoderacius hominem detinent
cause sunt excludendi homines
a nupciis regis eterni. Unde Crisostomus
vbi supra. O infirmiores mundus
et infirmi qui ipsum sequuntur
semper enim mundalia opera homines
excluserunt a vita. sed in aliis predicta
malicia fuit habuit ortum ex
inuidia. Causata ex contra sciencia
de quibus subiungitur. Reliqui vero
tenuerunt seruos eius et con
tumeliis affectos occiderunt. hoc enim ad literam
verum fuit quod maiores et principes
populi iste tam antiquos prophetas
quam nouos apostolos et nuncios qui
predicabant incarnacionis misterium

occiderunt et multas contumelias
affecerunt. sicut idem saluator
eis imperans dicit Mt. xxiij. Ecce
ego mitto ad vos prophetas et sapi
entes et scribas et ex illis
occidetis et crucifigetis et ex illis
flagellabitis in synagogis vestris
Et beatus Jeronimus in omelia
exponens dicit hoc dictum
est de xpi apostolis et discipulis quorum
ex eis paulus est occisus. Crucifixus petrus. lapidatus stephanus
et flagellati in actibus apostolorum
discipuli. Notandum autem quod secundum
predictos modos quibus iudei non
receperunt xpm venientem in
mundum possumus in eis distinguere
triplex genus. prelatos enim quos
mundanarum rerum occupacio
separauit a xpo intelliguntur per
illos qui dicuntur iuisse ad villam
Sacerdotes autem qui sola aui
ticia ducti ipsum recipere noluerunt
intelliguntur per illum qui ad
negociacionem accessit et tamen
isti quod illi dicuntur neglexisse
quia pocius quadam occupacione
iudei quam malignitate vel odio
ciuium ad xpm non peruenerunt.
sed illi qui odio vel inuidia in
mortem xpi et discipulorum
malignati sunt per illos intelli
guntur de quibus dicitur. Reliqui
vero tenuerunt etc. Et hoc
est quod dicit Crisostomus super Mt.

per occupacionem ville prelatos
iudeorum significat quos mundi
delectacio separauit a xpo per
occupacionem autem negociacionis
sacerdotes ceterosque ministros
templi significauit quos lucri
obtentu per dementiam ad mi
nisterium legis et templi auaricia
separauit a fide de quibus non
dicit quod malignati sunt sed
neglexerunt. Qui enim odio
aut inuidia crucifixerunt
xpm illi malignati sunt qui
autem negociis impediti non
crediderunt illi neglexisse
dicuntur non malignati. Tercio
describitur iusticie diuine
seueritas puniens transgressores
quando subiungitur. Rex autem
cum audisset iratus est etc.
Vbi perpendas ad seueritatem
diuini iudicii concurrere potenciam
insuperabilem. zelum inflexi
bilem. et finem formidabilem
Potencia quidem et auctoritas
insuperabilis ostenditur cum premittitur
Rex autem. superius enim vo
lens insinuare potenciam
simul et clemenciam facientis
nupcias. vocauit eum eundem
regem et hominem. nunc autem
volens ostendere potenciam et
auctoritatem iudicis tantum regem
nominat dicens. Rex autem

Unde Jeronimus. Quando mortui
ad impias et agebat opa
clementie hominis nomen
appositum est. Nunc autem
quando ad vlasionem venit
homo sufilet et vox tantum
dicitur. hic est enim. ille
vox de quo dicitur exodi. primo
unus est altissimus creator
omnium omnipotens rex potens
et metuendus nimis sedens
super thronum illius et
dominans deus. zelus autem
inobliquabilis auditur cum
adiungitur. Cum audisset
iratus est. Ira enim in deo
non significat passionem
mentis sed zelum iusticie
Tunc enim secundum exodum deus
irasci dicitur quando vlasat
non autem vlasatur nisi
iuste et quia a sua iusticia
obliquari non potest quia
iustus est per essentiam et
seipsum negare non potest ideo
zelus iusticie eius est inob
liquabilis. Sed ut audatur
quod in nobis non debet
precipitanter de zelus proce
dere nisi postquam certi
tudinaliter sciverimus vlta
tem peccati. Ideo premisit
zelo auditum dicens Cum
audisset iratus. Audiunt autem
contempni suos nuncios qui tempore pre
dicant adventum per contemptum sancti
et per effusionem sanguinis prophetarum
et apostolorum et aliorum suorum dei
eo modo quo ad Cayn dictum est
Gen. 4. vox sanguinis fratris tui clamat
ad me de terra. Omnia vero formi
dabilis auditur quando concludit
Et missis exercitibus suis etc. ho. ill. et
e. ill. sue. Isti exercitus secundum litteralem
sensum fuerunt exercitus Romanorum
qui propter peccatum iudeorum commissum
in mortem christi. Et secundum exodum etiam
propter peccatum commissum in mortem
iacobi alphei et iacobi stephani
habitatores terre occiderunt. et
dispserunt et civitatem eorum
destruxerunt. Exercitus autem isti Ro
mani dicitur exercitus dei non quod
per gratiam. nec per hoc quod isti
erant plus peculiares dei sed potius
per modum instrumenti quia deus
eis usus est ad vindictam peccatorum
sicut instrumento et hoc insinuat
Jeronimus dicens per hos exercitus
Romanos intelligimus sub duce Ve
spasiano et Tyto qui occisis iudeis
plus prevaricatem incenderunt
civitatem. Et exodus magis expresse
super Matheum. Romanus exercitus dicitur
exercitus dei. quia domini est terra
et plenitudo eius. nec etiam venis
sent Romani exercitum nisi eos deus excitasset.
Allegorice isti exercitus secundum Gregorium in
omelia angelorum agmina intelligitur

quos deus dicitur misisse · quia omne
iudicium per ipsos exhibitur in misso
punicionis extreme · Et quia non
tantum anime pussorum tunc dapna
buntur · Verum eciam et corpora
ignibus cremabuntur · ideo bene dicit
Ciuitatem illorum succendit nomine
Ciuitatis corpora significans pussorum
Unde gregorius ibidem angelorum agmina
sunt exercitus regis nostri · quos ergo
exercitibus extinxisse homicidas
dicitur · quia in hominibus omne
iudicium per angelos exercentur
homicidas ergo perdidit quia prescriptos
interimit · Ciuitatem eorum igne
succendit · quia illorum non solum
anime sed caro quoque in qua habi
tauerant eterna gehenne flamma
cruciatur // Ad mores autem expo
nendo partem precedentem sciend
est triplex esse genus nupciarum
que pertinent ad christum sponsum et
animam eius sponsam · Prime
sunt ille quibus per graciam christus
coniungitur anime de quibus in figura
dicitur hester ii · quod rex assuerus
iussit preparari conuiuium per magni
ficum pro coniunctione et nupciis
hester // Secunde sunt ille quibus
per mysterium incarnacionis · idem
christus coniunctus est humane nature et ecclesie
et de hiis est dictum in exposicione
huius euangelii · de quibus eciam dicitur
mathei 9º · Non possunt filii nupci
arum ieiunare quamdiu cum eis est
sponsus · Tercie sunt ille quibus

tota celestis curia per gloriam
finalem · coniungetur perpetualiter
eidem · de quibus dictum est
apocalipsis xix · Pater fecit filio
suo nupcias eterne glorie · Nup
cias eciam coniunctionis talis
sic facit nupcias cottidie per
graciam bonitatis christi et fidelis
anime · sed quando istas facit
inuitat multos quia omnes
affecciones · intellecciones · co
gitaciones · intenciones · ratio
ciones · et operaciones quinque
sensuum inuitat ad congrega
talis coniunccionis · ut omnia predicta
concordent gracie · qua christus
animam sibi coniungit · ut sit nullus
cogitatus gracie illi discordet
nullus affectus · nullus sensus
nulla intencio · Et ut melius
predicta omnia concurrant ad
graciam mittit dicta et exempla
prophetarum clamancia ad ipsa
tamquam ad inuitatos ut confor
mentur christo et gracie existenti
in anima · Et quia multi per
antiquorum dicta vel facta
parum mouentur · Iterum mittit
vel per inspiracionem vel predi
cacionem · Verba et opera apostolorum
ac nouorum sanctorum dicens
quod dementibus toto corde · ad
christi graciam omnia sunt parata
Thauri occisi quia in eis
fortificantur acciones altilia
occisa quia eis preparantur

Ubi quadra gesima imp a ag i v sunt · si cut g de[illegible]

excessus · et dulcedines contempla
cionum et anime parata · quia
sacramenta anime reserata · Sed
quidam occupati in exterioribus
accionibus · alii effusi in avaricis
ambicionibus · venire negligunt
eo quod nonnulli post receptam
graciam vel oblatam propter ex
teriora lucra vel comoda · cogitacionis
affectus · affatus intenciones
et sensuales operaciones · sic mun
danis occupant quod negligunt
graciam sibi datam vel recusant
oblatam · Sed adhuc quod peius
est aliqui a deo sunt perversi
quod inspiraciones divinas vel
predicaciones divini verbi auditus
quasi internuncios quia eis nullum
prebent assensum · sed pocius
ex certa malicia contradicunt
et sic dei nuncios occidunt vel
contumeliis afficiunt · dum eius
afflatus indignanter repellunt
sed quoniam non est iustum
ut tales impuniti permaneant
ideo rex ire per finalem sentenciam
quam dabit ministris angelorum
tales contemptores perdet depu
tando tormentis mortiferis · desi
derabunt enim mori pocius quam
vivere et corpora eorum in
quibus tanquam in civitatibus
eorum perverse anime habitavit
succendet igni inextinguibili
ypsa ultimo · vermis eorum non
morietur et ignis eorum non

extinguetur · Et hec mito contemptores
filii dei et verbi ac nunciorum
eius ad hebr. x. Irritam quis fa
ciens legem moysi sine ulla mi
seracione duabus vel tribus testibus
moritur · quanto magis putatis
deteriora mereri supplicia qui dei filium
conculcavit et sanguinem testa
menti pollutum duxerit et spiritui
gracie contumeliam fecit · certe
multo maiora quia illi in corpore
tantum · isti in corpore et anima
puniuntur · Sequitur secunda pars
principalis · Tunc ait servis suis etc.
Ubi describitur dei providencia primos
alios substituens · Describit autem
circa primo substitucionis com
modum substitucionis racionem · Et sub
stitutorum discussionem · Racionem
autem substitucionis allegat duplicem
quarum prima est preparati convivii
diligencia de qua dicitur Nupcie
quidem parate · Secunda est invitatorum
negligencia de qua dicitur primo
malicia de qua subiungitur · sed qui
invitati sunt non fuerunt digni
sicut enim natura nichil operata
est ociose sic nec actor nature
aliquid operatus est quod non ad finem
propter quem illud operatus est perdu
cat · Cum igitur nupcias spirituales
christi sponsi et anime sponse vel
totalis celestis vel humane nature
adhoc instituerit ut racionalis
creatura ex illis et in illis possit
suam ultimam perfeccionem acquirere

inchoando hic eam per graciam et consummando eam in futuro per gloriam. noluit easdem nupcias preparare sine causa. Et ideo alios tamquam indignos ab ipsis exclusit. alios ad easdem percipiendas introduxit. vnde gregorius in omelia. Is qui inuitantem se contempnit conspicit. filii sui nupcias vacuas non habebit. propter quod ait seruis suis. scilicet apostolis et apostolicis viris. vel forte angelis Nupcie quidem parate. hoc est secundum remigium. Omne sacramentum incarnacionis peractum est ut christi natiuitas. passio. resurreccio etc. Sed iudei qui inuitati sunt primitus et eciam vocati per christum et apostolos. Non fuerunt digni. Cuius indignitatis causa secundum apostolum. Ro. x. fuit. Quia ignorantes dei iusticiam et suam volentes constituere iusticie dei non fuerunt subiecti. Quia igitur sicut dicit augustinus in hexameron. Illa superna ciuitas ierusalem nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur propter quod alios propriam exclusit ab ea. tamquam indignos. alii substituuntur. Ideo addit. Ite ergo. ad exitus viarum et quoscumque inueneritis. vocate ad nupcias. Committitur autem ad exitus viarum quod multis modis potest intelligi. Vno modo secundum ieronimum et remigium ut per exitus viarum intelligantur diuerse secte gentilium qui non erant in via diuinorum mandatorum sed extra ipsas. ad istas enim gentes miserunt. apostoli iudeis nolentibus recipere fidem christi sicut expresse habetur. act. xiii. dicentibus paulo et Barnaba iudeis. vobis oportebat loqui verbum dei. Sed quoniam repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite. ecce conuertimur ad gentes. Alio modo secundum Bedam per exitus viarum intelliguntur officia et modi omnes viuendi ut milicia. mercaciones et cetera quibus diuersi homines dulsimode viuunt. est ergo sensus. Ite ad exitus viarum. hoc est conuersacionis homines ad fidem vocate. quia secundum apostolum. gall. 3. In christo ihesu non est iudeus nec grecus. non est seruus nec liber non est masculus nec femina. Sed super omnes cuiuscumque condicionis ad eius fidem vocati sunt. Tercio modo secundum gregorium per exitus viarum intelliguntur defectus accionum. Ite ergo ad exitus viarum sunt vocare ad nupcias christi eos quorum opera fuerunt defectuosa et penosa. quia plerumque citius ad fidem veniunt illi quos in terrenis accionibus nulla prospera comitantur. Quarto modo secundum augustinum ut primos vocatos qui recusauerunt venire etc.

ligantur illi qui ex naturali
dispone habent nobilius inge
nium et voluntatem ad recti
tudinem melius inclinatam
quibus nolentibus crede illi
vocati sunt qui quasi despecti
res et minus in dispositione
naturali dotati videbantur. Cui
exposicioni concordat apostolus i
Cor. i. dicens. videte fratres
vocacionem vestram. quia non
multi sapientes. secundum carnem
non multi potentes. non multi
nobiles. sed que stulta mundi
sunt elegit deus. et que debilia
et que ignobilia. tales ergo
vocati sunt de exitibus viarum
Bene autem preponitur eis. quos
inveneritis vocate ad nupcias
quia non inveniuntur nisi quod primo
fuerat predictum vel alienum.
Alieni autem. vel per maliciam
sponte vel per ignoranciam
ad xpistum et eius sponsam ecclesiam
non pertinent perditi sunt et
alieni. Ideo indifferenter preponitur
vocari. Quos inquit inveneritis
quia verbum fidei et sermo
predicacionis. et si in aliquibus
sit vacuus. tamen in super aliquos
requiescat et in illis fructifi
cat. Circa vocacionis substitucione
Dande ... dicitur. Et egressi
servi eius etc. Ponit substi
tucionis actionem in qua com
prehendit circa obedienciam

indirectam industriam. et sufficienciam
Obedienciam quidem quia ... domini
... preceptum. Egressi sunt servi
eius in vias. apostoli enim sicut eis
dominus mandaverat multipliciter
ut ... Mathei ultimo. Euntes docete
omnes gentes. Egressi de iudea
diverterunt in vias. hoc est ad
omnes sectas gentilium vel
ad omnes homines. cuiuscumque con
dicionis aut status aut modi vi
vendi vel ad illos quorum actiones
multas erant implicate defectibus
ut sic in omnem terram et in omnes
gentes exiret sonus predicacionis
eorum. Comprehendit eciam ideam
circa congregaverunt omnes.
quos invenerunt. bonos et malos
Et potest hic idea bonorum et malo
rum intelligi sic ut ad peccata
referatur. ut boni intelligantur
illi qui antequam per apostolos vocarentur
fuerunt boni et deo accepti ut
legitur de Cornelio act. x. mali
autem sunt illi qui ante vocacionem
existentes mali moribus vel fide.
mediante ipsa vocacione facti sunt
boni. vel per bonos illi intelliguntur
qui ante vocacionem vivebant
secundum rectitudinem iudicii naturalis
de quibus loquitur apostolus Ro. ii.
Cum enim gentes que legem non
habent naturaliter ea que legis
sunt faciunt. ipsi sibi sunt lex
per malos autem illi intelligantur

qui ante vocacionem vivebant sed
dictamen eiusdem iudicii. Et hec
due exposiciones possunt haberi
ex dictis Origenes. Congregaverunt
ergo apli omnes. quos invenerunt
volentes recipe fidem xpi. sive
ipsi prius vixerint iuxta rectam
regulam rationis sive contra eand
Aliomodo pt intelligi hec iudicia
malorum et bonorum sm Ieronimum
ut illi dicantur boni inter gentiles
qui ex quadam aptitudine naturali
vel ex consuetudine acquisita pro
niores erant ad bonos mores.
et ad decorem honestatis sicut
dyos. mali autem dicantur illi qui
ex oppositis causis promores fu
erunt ad vicia. Et alio modo
intelligi pt tercium gg ad litteram
sicut sonat. Ecclesia sicut Ecclesia
media est inter celum et infirnum
sic semper in ea fuerunt admixta
mali cum bonis. Bonus enim in
ea non fuit qui malos tollerare
recusauit. Et hec exposicio magis
concordare videtur cum intencione
evangelii. Ecclesia si ad nupcias nullus
malus admissus est. quomodo de
in eis sine imperiali veste inventus
in exteriores tenebras proiectus
est. Comprehendit eciam ista
vocacio sufficienciam quia ipsa
mediante. Impleta sunt nupcie
discumbencium. Nam ad predicacionem
evangelii tanta multitudo venit ad

fidem. ut ecclia credentibus.
sit repleta. Tercio cum dicit
Intrauit autem rex etc. ponit
evangelista substitutorum examina
cionem sive discussionem. Sicut
enim dicit Aug. Bonos quidem
et malos vocauit ad fidem.
vocari ut ecclia impleretur
sed mali non sunt vocati ut
permanerent mali. sed ut mutata
veste efficerentur boni. et ad
nupcias eterni regis apti. et
induerent vestem imperialem
in aiam. benignitatem. caritatem
iusticiam. castitatem. Ne igitur
aliquis inveniretur cum veste
indecenti. Intrauit rex ut videret
etc. Ubi attendas certitudinem
cognicionis. dulcedinem ebuiga
cionis et equitatem punicionis
Quilibet enim bonus iudex
hec tria in sua examinacione
debet habere. Certitudinaliter
cognoscere. Curialiter reprehen
dere. Et cum equitate condempnare
Attendas ergo primo certitu
dinem cognicionis. quia rex
ad quem pertinet cognoscere
sicut et remunerare intrauit
ut personaliter videret discumbentes
non quin ubique sit presens sed.
ubi iusta per iudicium aspicitur
dicitur ibi suam presenciam exhibere
sicut Gen. xviii. Dicit descen
dam et videbo. utrum clamo
rem qui venit ad me opere

compleverint. an non est ita
ut sciam. Admonens ex hoc
iudices ut non sint nimis proni
ad iudicandum indiscussa. sed
potius ea prius diligenter
discuciant. postmodum proferant
secundum inventa. Vel secundum
glosam. Intravit ut videret
hoc est ut videri faceret vitam
iudicandorum. quia inter voca
tos aliqui sunt moribus incomposita
qui insinuantur in illo de quo sub
ditur. Et invenit ibi hominem
non vestitum veste nupciali
hoc est qui cum pravis moribus
intravit ad fidem et non mu
tavit priores mores. et iste
dicitur unus esse. quia unius
generis sunt omnes mali. eo quod
in eis reperitur corrupcio boni
quod deberet esse in eis et sic per
carenciam nupcialis vestis ca
rencia bonorum morum intelligatur
Vel secundum Gregorium. Nupcialis vestis est
caritas. quia hanc in se dominus habuit
cum ad copulandam sibi ecclesiam
venit. ille igitur sine nupciali
veste ad nupcias intravit quia
veniens ad fidem non habuit
caritatem. vel secundum Augustinum contra
Faustum nupcialis vestis est
intencio recta. qua illi qui con
tinentur in ecclesia. non querunt
propriam gloriam. sed gloriam
Christi. Omnis ergo nupciali veste
in nupciis invenitur qui in ecclesia
non dei. sed propriam laudem intendit

Vel secundum Jeronimum. Vestis nupcialis est
quedam novitas animi consurgens
ex concursu observacionis eorum que
in utroque testamento continentur
sicut sunt consilia et precepta
Vel iuxta communem exposicionem veste
nupcialis intelligitur innocencia
de tali enim veste intelligitur id
Ecclesiastes ix. Omni tempore sint vesti
menta tua candida. Habes ergo
latitudinem cognicionis qua intravit
videre invenit. Attendas secundo
curialitatem obiurgacionis. Curia
ait illi. amice quomodo huc intrasti
non habens vestem nupcialem.
Curialitas quidem ostenditur cum dicit
Amice. amicum autem vocat
quia invitatus fuit ad nupcias
sicut infra xxvi. Judas vocatur
amicus. amice ad quid venisti
quia ad apostolatum vocatus. Et
alibi. amice non facio tibi iniuriam
dictum est illi qui ad opus vinee
fuerat primo mane vocatus.
Secundo obiurgacio designatur cum
adiungitur. quomodo huc intrasti
non habens vestem nupcialem.
ac si dicatur quomodo presumpsisti
tam [illegible] et mundas nupcias
ingredi. cum propter vicia et immun
dicias tuas ab earum sanctitate
discordes. unde Jeronimus. amicum
vocat quia invitatus est ad nup
cias quasi sit amicus per fidem
arguitur autem impudencie quod
veste sordida. inmundicias polluerit

impeciales. Et quoniam in examine
tanti iudicis. vitas a deo manifesta
erit ut omnibus pateat. propria
consciencia testis sit iudicioe
et nulla tergiversacione possit crimen
celari. Ideo nullus erit defensi
onis locus. nullum excusacionis
velamen quod bene insinuatur cum
additur. at ille obmutuit. vnde
Jeronimus. In illo tempore non erit
locus impudencie. non negandi
facultas. cum omnes angeli et
mundus ipse testis sit peccatorum
ibi enim succumbet potencia.
deficiet opulencia. silebit eloquencia
et obmutescet audacia. atque impu
dencia. Attendas secundo equitatem
punicionis cum dicitur. Tunc dixit
rex ministris. ligatis etc. Ubi equita
tem manifestavit. ministerium of
ficium et tormentum. ministerium
quidem quia sicut aliis mediatibus
deus vocat homines ad fidem. sic
est equum ut per alios tanquam
per ministros puniat transgressores
Et ideo rex ait ministris. ut
puniant illum quem per servos
suos ad nupcias vocatum sine
veste invenit nupciali. Officium
eciam indicat equitatem quia
precepit ligari manus. et pedes.
iustum est ut manus que ad
illicita indebite extensa fuit.
et pedes quibus mediantibus

peccator ivit ad capiendum indebita
penam ligari debeant. ut
in iudicio ea membra affligantur
penam que hic fuerunt soluta
ad culpam. vnde Gregorius. ligantur
tunc pedes et manus per distri
ctionem sentencie qui modo
a pravis operibus ligari nolue
runt per melioracionem vite
ut tunc liget pena quos modo
ligat culpa. Tales sunt manus
et pedes quos deus odio habet
sicut dictum est proverbiorum
sexto. Sex sunt que odit
deus. manus effundentes
innoxium sanguinem. et pedes
veloces ad currendum in ma
lum. Alio eciam modo officium
huius ligacionis indicat equita
tem. quia iustum est ut qui
accepit usum membrorum ad
bonum et non bene utitur
privatur propter peccatum ab
missionis. ligantur ergo in iudicio
penam que hic noluerunt solui
ad victoria opera. et pedes ibi
ligabuntur qui ad bonum currendum
pigri fuerunt. Et hec est
exposicio Augustini que concordat
cum scriptura proverbiorum x. egestatem
operata est manus remissa.
manus autem forcium divi
cias parat. Tormentum
similiter equitatem indicat

de quo subditur. Mittite enim
in tenebras exteriores. ibi
erit fletus et stridor dentium
Glo(ssa) gg. Interiores tenebre
sunt cecitas interior cordis vel
s(ecundu)m aug(ustinu)m xv. de t(rinitate). Implicatio
distortarum voluntatum. p(ro)p(ter)
nesciremus nec nolle. quo
ad p(ri)mam in tenebris ambu
quo ad expositionem secundam
Exteriores autem tenebre sunt
eterna dampnacio. Ille igitur p(ro)
tormentum digne mittitur
in exteriores tenebras dampna
cionis qui dum viveret p(er)mansit
in interiores tenebras cordis
Sz ut magnitudini culpe mag
nitudo tormenti respondeat
additur fletus et stridor dentium
Unde. Ieronimus. In fletu ocu
lorum et stridore dentium
per methaforam membrorum
corporalium magnitudo ostenditur
tormentorum. et horum tor
mentorum magnitudo. quasi
sub eisdem verbis expressa
est luc. xiii. Discedite a me
omnes operarii iniquitatis ibi
erit fletus et stridor dentium
De istorum autem tormentorum
veritate que non nisi in membris
corporalibus. fieri habet. Veritas
insinuatur resurrectionis. ut
sic s(ecundu)m ieronimum ligatio manuum
et pedum. oculorum fletus
et stridor dentium resurrectionis
comprobant veritatem. Et est
diligenter notandum quod pedibus
manibus oculis et dentibus cor
poralis predicatur pena futura ut
illic singula membra torqueantur
que hic principia fuere peccati
Unde gg. in omelia. Singulis
membris pena infligitur ut illic
dentes strideant qui de edacitate
gaudebant. illic oculi defleant
qui hic per illicitas concupiscen
cias versabantur. quatinus singula
membra supplicio subiaceant que
hic singulis quibusque viciis subiecta
serviebant. Verum ut hec simi
litudo. quo fine proposita sit pateat
non eius initium sed finis debet
attendi de quo subditur in parte
sequenti. Sequitur autem
Multi sunt vocati pauci vero
electi que est tercia pars principalis
evangelii. in qua manifestatur
divina iusticia. formidabilem
sentenciam proferens. Deus enim
iustus iudex non secundum ea
que apparent. sed s(ecundu)m ea que
existunt iudicat. Et ideo multi
apparent mundo iusti quos deus
iudicat iniustos. isti videntur
fuisse vocati per graciam qui
tamen non sunt electi ad gloriam
de quibus ipse christus dicit Mat. vii.
Multi dicent michi in illa die

Domine domine in nomine tuo prophetauimus
nonne in nomine tuo demonia eiecimus
nonne in nomine tuo virtutes multas
fecimus. Ecce quomodo multa sunt dona
ad gratias gratis datas. Sed attendas
quod propter has non sunt electi. sequitur
enim. Et tunc confitebor illis quia
numquam noui vos. discedite a me qui
operamini iniquitatem. Vltimus duplex
est iudicium diuinum. Vnum est secundum presentem
iusticiam et hoc sequitur vocatio quia
omnes illi vocati sunt qui secundum
presentem iusticiam boni sunt. Aliud
est iudicium secundum finalem perseuera
ciam iusticie et hoc iudicium sequitur
electio quia nullus est electus.
nisi qui habiturus est finalem perse
ueranciam in bono. quia ergo multi
boni sunt secundum presentem iusticiam
ideo multi sunt vocati. quia vero
pauci comparacione aliorum perseue
rant finaliter in bono. ideo sunt
pauci electi. sicut enim dicit gregorius
Quidam nec bona incipiunt nec
in eis persistunt et tales nec sunt
vocati nec electi. nonnulli vero
bona quidem incipiunt. sed in eis
minime perseuerant. et isti vocati quidem
sunt sed non electi. alij vero bona
incipiunt in quibus finaliter persis
tunt et hij sunt electi. timeat
ergo vnusquisque sibi solliciate me
tuat quanto ignorat que restant
Rogabimus ergo deum ut nos fa
ciat participes electorum qui est
benedictus in secula seculorum amen

e Erat quidam regulus.
Cuius filius infirmabatur
Capharnaum hic cum audisset
etc. Jo. iiij. Consulibus boni presidenti
officium tria secum habet annexa
Quorum primum est suam presenciam
exhibere hijs qui eius auxilio
indigere videntur. Secundum est
dominiorum siue curie reprehende
tarditatem quam habent ad bonum
3m est sui auxilij beneficium
secundum eorum indigenciam subditis
exhibere. et sicut hec tria presi
denti competunt respectu sub
ditorum. Sic competunt bono
medico respectu infirmorum.
Nam ipse medicus debet infirmis
oportunitatem exhibere sue presencie
ipsos reprehendere de negligencia
quam habent circa illud quo me
diante possent facilius consequi
sanitatem. et demum sue artis
auxilium postulantibus impertiri
Quoniam igitur christus deus
et homo ad nos venit ut princeps
ad subditos et ut medicus ad
egrotos. Ideo evangelista iohannes
in presenti euangelio tria predicta
de ipso patenter ostendens. dicit. Erat
quidam regulus etc. vbi audit
Primo quomodo christus infirmis
curandis oportune se exhibuit
in principio euangelij. 2o quomodo tarditatem
humani cordis conuenienter redar
guit. ibi dixit ergo. ihesus.
3o quomodo humanam miseriam misericorditer

relevavit · ibi · dicit ei Jhesus
vade · Circa tamen ad primam
partem sciendum est · quod non fuis
set nota medentis oportunitas
nisi aliqua fuisset infirmitas
quia non egent qui sani sunt
medico · sed tantum male ha
bentes · et ideo eciam ut descri
beret Christi benignitatem in exhi
bendo corporalem curacionem premisit
infirmitatem filii cuiusdam
reguli · et ideo prosequendo
primam partem tam litteraliter
quam allegorice / 3° occurrit nobis
videre infirmantis qualitatem
2° medentis oportunitatem
3° periculi difficultatem · Infir
mantis qualitas attenditur
in tribus in progenie nativitatis
in gravedine passibilitatis in
origine localitatis / Qualitas
infirmi quantum ad progeniem
nativitatis est nobilitas abre
viata · de qua dicitur · Erat quidam
regulus cuius filius ex quo de
genere regum traxerat originem
vel regni iura tenebat · nobi
litatis aliquius insinuatur indicium
in eo quod dicitur quidam regulus
Sed in eo quod diminutivum nomen
regnantis habuit · quia non rex
sed regulus dicitur eius potestas
abreviata monstratur · ac si diceretur
Rex quidam erat per dignitatem
vel presidenciam · sed parvus ·
ideo regulus · per abreviationem

potenciam · Qualitas eiusdem quantum
ad gravedinem passibilitatis est
quia infirmabatur · non qualibet
infirmitate sed febre sicut infra
exprimitur quia heri hora septima
reliquit eum febris · sed eadem
qualitas infirmantis videtur
quantum ad originem localitatis
quia erat Capharnaum · hee tres
qualitates infirmitatem humani
generis ex transgressione peccati
denotant · Cuius genus humani
iam infirmum propagatus est ex quibus
morbus est febrilis inflamacio · Sed
consummacio nobis manifestatur
ex loco · Primo dico quod propagatus
humani generis iam infirmum est
ex regulo · Cum enim homo primus
qui constitutus est parens tocius
generis humani accepisset potestatem
simul et nobilitatem · Potestatem
quidem super se et super omnia
inferiora creata · Nobilitatem vero
quia ad ymaginem dei factus ·
peccando tamen factus est ex rege
regulus · et bene regulus quia
sic retinuit nobilitatem ymaginis
licet deformatam · quod perdidit potestatem
et sic ex rege amplissime potestatis
factus est regulus diminute
dignitatis · Istius reguli filius
est totum genus humanum quia
non primus incepit multiplicari
quam adam perdidisset regiam potestatem
sed postea ut patet Gen. iii. hic
igitur per reguli filium iam

infirmum notatur peccatos humani generis
per ebrietatem que post lapsum
primi patris tamquam reguli status
beatissimi incepit esse filia sed
infirma. |Secundo eius morbus
est febrilis infirmitas. cum enim
febris sit ex calore contra naturam
accenso sive corrupto. optime signat
qualitatem infirmitatis humane
que ex amore inordinato ad seipsum
inflammato. sive ex corrupcione
ordinis amandi. causata est. Sicut
enim dicit augustinus de doctrina christiana
amor est perversus equaliter amare
inequalia bona vel plus amare
minus bonum. vel minus amare magis
bonum. Cum igitur homo cum poste
rita sua ex hoc ceciderit in trans
gressione peccati. quod plus dilexit
minus bonum. scilicet creatum quam
increatum. bene dictum est quod eius
infirmitas ortum habuit ex amore
corrupto. |Tercio dico quod condicio
peccati hominis insinuatur per locum. scilicet
Capharnaum. Interpretatur enim ager
pinguedinis. vel villa consolacionis
filii autem adam habitantes in mundo
propter pinguedinem et consolacionem
agri vel ville huius seculi trans
grediuntur debitum ordinem racionis
et debitam iusticiam divini precepti
ut sic non alibi quam in loco pingue
dinis et villa consolacionis intel
ligantur infirmi. habuimus ergo
qualitatem |Secundo restat nobis con
siderare medentis oportunitatem
qua ihesus et suam presenciam
exhibuit veniendo de iudea
in gallyleam et accessum ad
se concessit illi cuius filius
infirmabatur. et hoc est quod
dicit euangelium. Hic cum audisset
quod ihesus veniret. a iudea in
gallyleam. In qua gallylea
est Civitas Capharnaum et
sic exhibendo corporalem presenciam
exhibuit oportunitatem sui
qua posset hic regulus ire ad
ipsum. Et ideo subditur. abiit
ad eum. et ex confidencia quam
assumpserat de christi benignitate
rogabat eum. ut descenderet
simpliciter in Capharnaum ut per
imposicionem manus vel per
alium modum sue presencie sanaret
filium eius. Verisimile est
quod iste regulus audiverat christum
convertisse aquam in vinum.
ad nupcias quibus interfuerat
et ex hoc credidisse in ipsum
christum. licet non perfecte eius
cognovit deitatem. hoc enim
videtur sensisse Theophilus
dicens Regulus credidit propter
credidit propter miraculum in
Chana patratum quamvis eius
perfecte non cognovit divinita
tem. |Ista salvatoris oportu
nitas congrue nobis significat
oportunitatem quam exhibuit
humano generi iam infirmo.
quando per incarnacionis misterium.

a celis venit ad terram. ut per
iudeam cuius significacio est
confessio. celum intelligas
cuius habitatores incessanter
domino confitentur. per gallyleam
que sonat transmigracionem
terram accipias ad quam nascendo
quasi transmigravit salvator
cum igitur cristus a celis auditus
est venisse ad terram. totus huma-
num genus naturalis et tractus af-
fectus eidem obvians rogavit
in precibus ut descenderet. per
misterium incarnacionis. et per
passionis benivolenciam sanaret
eius progeniem infirmatam
hoc enim videtur ieremias petis-
se cum dixit. xvii. Sana me
domine et sanabor. salvum me fac
et salvus ero etc. Sed attendas
periculi gravitatem sive difficul-
tatem. Incipiebat enim mori
ac si diceretur. ita convaluerat morbus
quod iam deficiebat virtus nature
et sic iam incipiebat vita naturalis
deficere. et revera tempore quo
cristus venit in mundum tantum
invaluerat morbus peccati quod
iam eius inclinacio naturalis
ad bonum erat viribus destituta
et totum genus humanum pla-
bebatur in mortem nequicie
et peccati. ut merito intelligatur
clamare adam posteris ad
deum. domine descende. prius
quam moriatur filius meus.

Sequitur secunda pars principalis
dixit ergo ihesus ad eum nisi
signa etc. Ubi auditur quod cristus
convenienter redarguit tarditatem
cordis humani quam habet respectu
boni fidei. et primo manifestatur
tarditas redarguta. secundo eius inducio
non correcta. ibi dicebat ad eum
etc. Redarguicio autem auditur hys
verbis. dixit ad eum. scilicet ad
regulum postulantem quod descenderet
ihesus. Nisi signa et prodigia
videritis non creditis. quod enim cor
humanum ad assenciendum hys
que dicit veritas prima requirat
aliud testimonium non potest evenire
nisi ex infidelitate vel ex quadam
tarditate. verum tamen hoc magis
viciosum est minusque reprehensibile
quando ex quadam consuetudine
antiquata causatur et quia ab
antiquo hec fuit consuetudo
iudeorum ut signa peterent ad
confirmacionem eorum que dicebantur
eis tamquam nova et insolita
ideo bene dicit apostolus. i. Cor. i.
Iudei signa petunt. et greci sapi-
enciam querunt. Insinuans ergo
cristus salvator hoc non esse commen-
dabile pro omni tempore. nec
respectu cuiuslibet. et cum hoc
etiam insinuans hunc esse iudeum
dicit ei ipsum commendando cum alys
nisi signa et prodigia videritis
non creditis. Aliter potest hoc quod

dictum est intelligi. fide adhuc
existente sub velaminibus et figuris
non sunt inducentes signa querere
sed ipsa existente patenter reuelata
sic debuit homo captiuare intel
lectum suum ut nullum querat
aliud signum nisi veritatem predicatam
ipsius. et hoc est quod dicit augustinus
de consensu euangelistarum. adeo deus quod
supra omnia mutabilia volt mentem
credentis attollere ut nec ipsa
miracula que quamuis diuinitus
de mutabilitate corporum fiunt.
a fidelibus queri velit. Tercia igitur
iam tempus aduenerat quo veritas
fidei predicabatur apte reprehendit
hunc et similes eius de credulitate
credendi quia mentem non attol
lebant ad ipsam nisi manuducti
miraculis. Et ideo bene dicitur
Nisi signa et prodigia etc. Sed
quereret aliquis quomodo dicit Ihesus Nisi
signa et prodigia videritis non creditis
cum iste propter hoc Ihesum rogabat
pro salute filii quia credebat eum
posse conferre. Sicut enim dicit
Gregorius in omelia. Nec enim ab eo quereret
salutem quem non crederet salua
torem ergo ante credidit quam signum
sanitatis viderit a Christo fieri. Ad
hanc questionem sicut dicit idem
Gregorius patet dicendo. Si eius verba et
eius postulatio attendatur dicit
ei domine descende. si enim de
Christi diuinitate perfectam et integram

habuisset fidem credidisset ipsum
per diuinitatis potenciam nusquam
deesse et per eius posse conferre
salutem filio in absencia sicut
et in presencia. In eo igitur quod dicit
descende patet quod in fide dubi
tauit. credens Christum salutem
conferre non posse filio nisi
presens esset et corpore. Potuit
enim esse ut iste regulus Christum
crederet esse purum hominem
sed tamen prophetam et dei amicum
et ideo estimauit quod sicut Heli
seus non potuit resuscitare
filium Sunamitis in absencia
quem tamen resuscitauit in
presencia. sic Christus non posset
absens filio conferre salutem
quam tamen presens largiri posset
Deinde cum additur. Dicebat
vel dicit ei regulus. Domine
descende priusquam moriatur filius
meus. ostenditur infidelitatis du
ricies non correcta. nam nec
per ea que de Christo audiuerat
nec per ea que per ipsum
ad inpares facta fuerant nec
per dominicam reprehensionem
perfectam fidem habuit regulus
de Christi deitate. quin pocius in
eadem infidelitate siue imperfecte
credulitatis perdurans dicit.
Domine descende quasi diceret
exhibe tuam corporalem presenciam
sine qua sanare non potes

Sicut credidit ipsum non posse
sanare absentem. sic nec posse
suscitare iam mortuum. ideo
subdit priusq moriatur filius
meus. vide Crisost. Audi etiam
qualiter adhuc terrene xpm credit
vel trahit. quasi non posset
post mortem ipsum suscitare
Continuando autem allego
riam sensum intelligendum
est q pribus prestolantibus
et postulantibus descensum
filij ad terram et ipse differente
venire atq redarguente insi
delitatem humanam. magis sunt
accensa corda patrum ad des
cendum. et ut citius impetra
rent descensum. nativitatem
et periculum humani generis alle
gasse ac si dicerent. descende
priusq omnes pariter moriamur in
mortem. Ex tali enim affectu
clamasse videtur ysaias. dicens
ysa. lxiiij. Utinam disrumperes
celos et descenderes. Sequitur
tercia pars principalis. cum dicit
ei ihesus vade filius tuus.
vivit etc. Ubi auditur q xpus
humanam miseriam misericordie
relevavit. Et circa hoc describit
primo cum dicit collacionem bene
ficij. 2o probacionem miraculi
ibi Jam autem eo descendente
3o multiplicacionem fidei ibi
Et credidit ipse et domus

eius tota. Describens igitur
collacionem beneficij insinuat
nobis duplex beneficium. Unum
temporale q regulus postulabat
salicet vitam et sanitatem filij
de qua dicitur dicit ei ihesus
vade filius tuus vivit. Aliud
spirituale q non petebat salicet fidei
perfectum sicut dicit gregorius. Ipse qui
rogatur ut vadat q non desit
ubi invitatur indicat. quia solo iussu
salutem reddit qui voluntate
omnia creavit. Ex hoc igitur q
non descendendo sed iubendo sani
tatem filij perdicit. removet a
regulo illam imperfeccionem fidei
qua non credebat xpm absentem
posse filio conferre salutem et
ideo hoc audito credens. filius tuus
vivit intantum profecit in fide
q xpm posse credidit etiam absen
tem conferre salutem. Et ideo
subdidit cum dicit. Credidit homo
sermoni quem dixit illi ihesus.
et ibat. Oz quereret aliquis. quare
salvator invitatus per internuncios
ire ad servum centurionis se iturum
promisit. dicens. Ego veniam
et curabo eum. Invitatus tamen
a regulo. ad propriam eius filium
ire recusavit. Ad hoc respondet gregorius
in omelia. q xpus attendens in
regulo temporalem potenciam et divicias
ut videretur talia honorare ad
eius filium ire recusavit. attendens

verbo in Centurionis servo. Nam ne ipsam despiceret propter conditionem servilem videtur ad ipsum se iturum respondit. Informamur ex hoc homines ne propter divicias honorent personam nec propter servitutem despiciant. Nam sunt quos nimia superbia et imprudencia confundit. qui nil totiens propter temporalia honorant indignos et propter inopiam diligendos innocentes. Aliomodo magis litteraliter solvit hanc questionem Crisostomus. Centurio enim habuit fidem firmiorem de Christo sicut ex Christi testimonio patuit dicentis de eo Amen dico vobis non inveni talem fidem in israhel. Et ideo eius fides et devocio fuit nutrienda vel manifestanda. Nutrita autem in hoc fuit quod dominus benigne tradidit se iturum ad eius servum. Sed manifestata fuit in hoc quod Centurio dixit: dic tantum verbo etc. Regulus autem fidem habuit imperfectam et nesciebat manifeste quod Jhesus absens curare poterat. ut ergo eius virtutem ex effectu cognosceret non promisit nec predixit ei quod corporalem presenciam exhiberet. Sed absens corporali presencia dixit filius tuus vivit. Deinde cum dicat Iam autem eo descendente etc. describitur approbacio miraculi. Ubi primo denunciatur eventus

2o interrogatur tempus. 3o cognoscitur effectus. Primo igitur denunciatur eventus hoc modo Iam descendente eo scilicet regulo servi occurrerunt ei et nunciaverunt dicentes quia filius eius viveret. Ob hoc autem servi eius occurrerunt ei quia existimaverunt dominum superfluam Christi presenciam ex quo filius recuperaverat sanitatem. vel possibile quod occurrerunt ex gaudio ut nunciarent ei sanitatis optate eventum. Secundo interrogatur tempus hoc modo Servis occurrentibus interrogabat horam ab eis in qua melius habuerat. Ideo autem servos interrogat [non] quia de Christi verbo diffidat sed quia desiderat ut virtus Christi confessione puerorum pluribus innotescat sed ideo horam querit in qua melius habuit ut ex collacione hore nunciate et hore in qua dictum est a Christo filius tuus vivit cognoscat quod non contigerit neque virtute nature neque eciam artis solercia. Sed tantum verbo Christi filius est sanatus. Nam hora septima dixerat ei Christus filius tuus vivit et servi interroganti dixerunt quia heri hora septima reliquit eum febris

Et ideo sequitur 2m Ubi innotescat
effectus qua adiungitur. Cog
novit ergo pater quia illa
hora erat in qua dixerat ei
Jhesus. filius tuus vivit. Sed
quereret aliquis quomodo iste tunc
dicitur credidisse sermoni quem
dixerat ei Jhesus. et cum hoc
interrogasse qua hora melius
habuerat. Si enim credidit
sermoni dicentis sibi hora vii
filius tuus vivit de illa nunc
dubitavit. Si autem non dubi
tavit quare interrogavit in qua
hora melius habuit. Ad hoc
respondet Beda quod in fide sunt
gradus secundum inicium incrementum
et complementum. Iste itaque
regulus fidem habuit quasi
inchoatam et imperfectam quando
abiit ad Jhesum rogans eum
ut descenderet et sanaret
filium eius. Incrementum
vero habuit quando audivit
filius tuus vivit. et tunc.
quia non habebat completissimum
gradum fidei potuit parvum
credere quod filius sanatus esset
sed eius fides confirmari
potuit per hoc quod a servis
audivit quod heri hora vii. reliquit
eum febris. Deinde cum con
cluditur. Et credidit ipse et
domus eius tota. audit fidei
multiplicationem. quia in ipso regulo
fides accepit complementum quia
fuerat inchoata et postmodum
augmentata in hoc quia credidit
verbo dicentis. filius tuus vivit
et tunc intelligitur esse completa
in hoc quod additur et credidit ipse
et non tantum in ipso est completa
sed etiam in eius domesticis mul
tiplicata quia credidit domus eius
tota. Continuacio autem secundum
sensum allegoricum advertendum
est quod sanctis patribus continuatis
intercessiones ut deus descenderet
ad sanandum genus humanum ipse
misericorditer eorum precibus con
descendens. sanitatem contulit.
postulatam. ita tamen quod ex testio
eorum qui recepta sunt sanitatem
predictam. cognosci potuit quod hora
septima. hec est septima etate
reliquit eum scilicet genus hu
manum febris originalis peccati
quod quidem factum est Christo dicente
consummatum est vel per horam vii
intelligatur fides trinitatis per
quatuor mundi partes et in quatuor
ewangeliorum dictamina predicata
et in tali hora. qua scilicet fides
trinitatis est in quatuor mundi
diffusa humanum genus dimissum
est a febre peccatorum ex quo tota
domus ecclesie tam in patribus.

quasi in domesticis. quasi in propriis
credidit quod xpistus est qui potuit
et voluit conferre salutem. Mo-
raliter autem per regulum quem-
libet hominem possumus intelligere
qui et habet dominium rationis quo
seipsum regere potest. et habet pote-
statem super sensuales motus suos.
qua potest modo debito coherere
Sed iste efficitur regulus quando
vel per rationis obfuscacionem amit-
tit debitam cognitionem eorum
que sunt ei necessaria ad salutem.
vel per relaxacionem spiritualium
maturi videtur sive ipsius abe-
nati potestatis super seipsum. et tunc
quando in tali constitutus est
statu eius filius id est propria anima
infirmatur. quia ab ordine naturali
quem habet ad bonum pervertitur
et ad ea que sue nature non
competunt inclinatur. Sicut
enim febris est conversio ca-
loris naturalis in calorem qui
est contra naturam. sic peccatum
anime est inclinatio eius ab
hiis que sibi competunt ex natura
in ea que sunt contra naturam.
Sed principium talis infirmitatis
est in capharnaum. que interpretatur
ager pinguedinis. quia ex de-
lectatione et dulcedine inferioris
boni anima sepe committitur ad
bonum commutabile et bonum
incommutabile derelinquit ut sic
in agro pinguedinis infirmetur
Sic igitur cuius anima per
amorem inferioris boni infir-
matur audiens quod dei filius
ex iudea descendit ad terram
accedit ad ipsum et rogat
ut sicut ex propria iudea per
incarnacionem descendit. sic
ex eadem misericorditer condescen-
dens eius peccatis indulgendo
sanet et sanando indulgeat
cui minus fervide. minusque
devote roganti dicitur. nisi
signa et prodigia videritis
non creditis. non enim vult
deus ut propter quedam bona
exteriora tantum vel credamus
vel revereamur ad ipsum.
Sed propter eius bonitatem
et veritatem. Sed fidelis quisque
de sua etiam imperfectione re-
prehensus. non debet ab oratione
et precibus desistere. quin
pocius debet iterum atque
iterum eius misericordiam implorare
dicens. Domine misericorditer
michi condescende. priusquam
anima mea consummatur peccatis
Sed ad ingeminacionem et
perseveranciam precum xpistus
concedens sanitatem postulatam
dicit vade hoc est de virtute
in virtutem profice. quia
anima tua per meam graciam

viuit . peccatis igitur dimissis
quo audito debet homo credere
quod in verbo dei sibi sit salus col
lata et rex . hoc est in fide et
virtute proficere . in quo perfectu
omnes potencie sensitiue que sunt
quasi servi racionis et voluntatis
ancille sunt quasi obtemperantes
et obedientes racioni et ex suis
actibus in quibus de novo incipiunt
ordinate agere denunciant quod
anima per graciam dei viuit . et
si inquiratur hora in qua anima
a suis peccatis dimissa sit . videbitur
quod illa hora qua septiformis gracia
spiritus sancti diffusa sunt eidem
febris peccati dimisit eam et
hoc est hora septima . sed quia
non aliunde cognoscatur dari hec
gracia quam a deo . ideo bene dicitur
quod cognouit pater quod illa hora
erat in qua dixerat ei ihesus
filius tuus viuit . et tunc tam
interiores quam exteriores potencie
anime quasi tota domus cristo
fidelissime subduntur Domine
descende priusquam moriatur filius
meus verba sunt cuiuslibet
peccatoris pro se vel pro suis ne
cessitatibus deprecantis . Et in
primo confitetur divinam magni
ficenciam dicens domine . psalmista
Domine dominus noster quam admirabile
est nomen tuum in universa terra

2o Implorat benignam clemenciam
addens descende quem descensum
preuidens dauid dicit . descendit
sicut pluuia in vellus etc. 3o alle
gat propriam indigenciam adiungens
priusquam moriatur filius meus . hec
est mors de qua idem psalmista dicebat
vos autem sicut homines moriemini
et sicut unus de principibus cadetis
Quantum ad primum sciendum
est quod iste dominus est insuperabilis
potestatis . hester xiii . domine deus
rex omnipotens in dicione tua
cuncta sunt posita et non est
qui tue possit resistere voluntati
Secundo inobliquabilis equitatis
ysa xxxiii . dominus iudex noster dominus
legifer noster . et Jeremie xi . Tu autem
domine sabaoth qui iudicas iuste
et probas etc. 3o est dominus inexti
mabilis pietatis psalmista misericors et
miserator dominus . Et treni 3 misericordie domini
quia non sumus consumpti . Quantum
ad secundum sciendum est quod dominus propter
potenciam insuperabilem descendit
sicut adiutor ad liberandum . Exo
iii . vidi afflictionem populi mei et
infra . Sciens dolorem eius descen
di ut liberem eum . Secundo propter
equitatem inobliquabilem descendit
sicut iudex ad iudicandum . Gen
xviii . descendam et videbo utrum
clamorem qui venit opere compleant
etc. 3o propter inextimabilem clemen
ciam . descendit ut medicus ad
sanandum . Mathei viii Cum descendisset

ihesus de monte etc. Quantum ad
tertium sciendum est quod quidam mori
untur morte pene Eccle. 2o. Moritur
doctus similiter ut indoctus. Alii
morte culpe. Gen. ii. Quacumque
die comederis ex eo morte morieris. Alii
morte gehenne. Luc. xvi. Mortuus
est dives et sepultus est in inferno.

Simile est regnum celorum
homini regi qui voluit rationem
ponere cum servis suis etc. Mt.
xviii. Sicut dicit Philosophus Ethic. viii. hec est
differentia inter regem et tyrannum
quod rex intendit hiis que sunt utilia
subditis et ideo debet esse per se
sibi sufficiens in omnibus et nullius
egens. finis autem principatus
ipsius est pax subditorum. Tyran
nus autem intendit in hiis que
conferunt sibi ipsi. Et sic potius
querit propriam utilitatem quam sub
ditorum concordiam. Cum ergo
dominus noster ihesus christus habet offi
cium regium in gubernatione
mundi et specialiter in regendo mi
litantem ecclesiam huius mundi
Ideo operibus et doctrina necnon
et parabolis homines inducebat
ad pacem et concordiam mutuam
Quod bene presentis parabole presentia
manifestat. in qua ex similitu
dine regis indulgentis servo
in multis obligato. audit suum
conservo indulgere debuisse. non
indulgentem vero traditum esse

tortoribus puniendum. dicit
ergo. Simile est etc. In quo
evangelio Primo describitur quantitas
indulgentie postulate in principio.
2o gravitas malitie peccati
ibi. Egressus autem servus
ille. 3o equitas iustitie revocate
ibi. videntes autem conservi
etc. Quantum ad primam partem
ostendit quantitatem indulgentie
postulate. Primo enim tria pre
mittit examinationem initi
2o annectit quantitatem debiti
3o aperit exactionem precii.
4o supplicationem servi. 5to
condescensionem domini. Pre
mittit igitur primo examinationem
initi dicens. Simile est regnum
celorum i. secundum Remigium. Sancta
ecclesia in qua dominus operatur quod
iuxta parabola loquitur. homini
regi. i. christo qui homo factus
est homo per mysterium incarna
tionis et rex est per imperium
dominationis. apoc. xix. habebat
in vestimento et in femore
suo scriptum. Rex regum et
dominus dominantium. Et iste homo
rex voluit rationem ponere
cum servis suis quando singu
lorum vult discutere vitam.
unde Remigius. per servos huius
hominis regis designantur omnes
homines quos ad laudandum
se creavit. quibus etiam naturalem le
gem dedit cum quibus rationem

ponit · quando vitam · mores
et actus singulorum · discutit
Deinde cum dicit · Et cum
cepisset rationem ponere ad cum
(questio) tit) debiti hoc modo · Cum vero
ne xpus cepisset rationem pone
singulorum examinando opera
merita et verba quemadmodum
dicitur infra · xxv · de illis servis
quibus dedit alys · v · alys · 2 ·
aly vero · unum talentum sic
enim de eis subiungitur · Post
multum vero temporis · venit
dominus servorum illorum et po
suit rationem cum eis · tunc ob
latus est ei unus qui debebat
x · milia talenta · per istum autem
debitorem tante quantitatis
intelligi potest secundum orig. quilibet
homo magnus in ecclesia · qui
positus alys in exemplum
sua mala vita multos induxit
ad malum · qui propter hec multa
talenta debuit reddere rationem
quia multa scelera commisit
et tot talentorum extitit debi
tor quot animas induxit ad
malum · Secundum vero aug. lex
moysi in decem preceptis constitu
ta · per denarium intelligitur ·
designans ergo xpus gravitatem
peccatorum iudayci populi · tanquam
servi qui contra · x · precepta ·
legis multa commiserat · dicit
eum debitorem · x · milium

peccatorum talentorum · Cum qua
expositione concordat glosa
inter · dicens · populus iudaycus ·
qui decalogo constrictus multa
rum transgressionum erat reus
vel secundum eundem aug. de verbis
domini · per hunc servum intelligitur
potest quilibet qui contra omnia
precepta offendit · Ubi advertendum
est quod sicut idem de questionibus
testamenti veteris dicit · precepta
decem sunt inserta homini ex rec
titudine naturali quasi quedam
semina bene operandi tam respectu
dei quam respectu proximi · Sed quia
fuerunt ex prava consuetudine
et promtitate ad malum quasi
deleta a memoria naturali reducta
sunt ad mentem in lege · moysi
et in evangelio repetita · quia igitur
sic sunt homini iuncta tam ex
rectitudine quam ex precepto · nullum
habet homo motivum transgre
diendi ipsa nisi propriam volunta
tem vel propriam maliciam · peccans
ergo contra omnia · x · et multo
ciens contra quolibet debitor est
dei · qui commisit ea sibi servanda
Et ideo ipse dominus volens insinuare
quam proclive sit genus humanum
ad transgrediendum quolibet precep
torum predictorum introducit servum
qui dicitur fuisse debitor decem
milium talentorum · quasi qui
mille vicibus transgressus sit

qlibet x preptorum. Milles enim
decem vel decies mille faciunt
x milia habemus ergo quantitatem
debiti. Tandem cum dicit Cum aut
non haberet rc. apparet excusacionem sua
quia cum servus esset impotens ad
tot talenta reddenda et non haberet
unde redderet iussit eum dominus ve.
et uxorem eius. et fil. et omnia que
ha. et re. Peccator quisque non habet
unde reddat debitum quo se obli
gavit peccando quia licet homo
per se cadere possit propriis tamen
viribus non potest resurgere vel de
aliquo peccato satisfacere. Misericors
igitur et iustus iudex volens ro
gari ut parcat et gratis dimittat
illi qui satisfacere non potest iubet
eum vendari quia ad uxorem
eius et ut tantus roget comminatur
iusto iudicio cum malignorum
spirituum fieri servum et quasi ven
ditum precio eorum dominio sub
iacere. Sed et uxorem eius .i. cupi
ditatem qua igitur sociata peccavit
et filios opera scilicet que ex ipsa
cupiditate operatus est. iussit dominus
vendari et reddi quia predictis
etiam ei comminatus est tormenta
Sicut enim dicit augustinus de
questionibus euangelii. Peccatum
venditi est supplicium dampnati
Tandem cum dicit. Procidens
autem servus rc. Subiungit
supplicacionem servi. Adhoc enim

sum quod dicit Cris. Dominus
eo tam dure comminatus est
ut territus per has minas sup
plicet quod et facit hoc modo
Procidens autem servus ille
rogabat eum dicens. Paciencia
habe in me et omnia reddam
tibi. Attendas quod hec supplicacio
optime competit penitenti
et ex ipsa dignus est exaudiri
habet enim pro fundamento
humiliacionem que insinuatur
in hoc quod dicitur. Procidens
autem servus ille ad hanc enim
nos invitans psalmista dicit venite
adoremus et procidamus ante
deum rc. habet pro comite
confessionem quam exprimit
cum dicit. paciencia habe in
me dicens enim in me. iam
se confitetur obligatum quam
obligacionem vult per dominum
pacienciam supportari ut concesso
sibi spacio temporis possit eius
dare debitum. Sicut enim hec
Eccl^{es} viii. Ecce quod peccator
centies facit malum et pacie
ciam sustentatur hoc bonum est
timentibus deum qui verentur
faciem eius. unde Remigius. In
hoc quod dicit paciencia habe
in me vox exprimitur peccatoris
poscentis tempus vivendi et
spacium corrigendi. Et ideo hec
supplicacio habet pro emenda

spensionem correctionis de qua
dicitur. Et omnia reddam tibi
Reddit enim peccator omnia debita
quando perfecte conversus ad
christum. tot de se pro christo immit
vindictas quot in christum commisit
offensas ut sicut dicit gregorius lo
quens de penitencia marie mag
dalene in omelia. Rogabat ihesum
quidam phariseus quot in se ha
buit oblectamenta tot de se
invenit holocausta. hoc est
promittit omnia reddere de preteritis
omnibus promittit satisfacere
/ Deinde cum dicit. misertus
autem dominus eius. ostendit condescen
sionem domini. Ubi attendas
iustificationis divine excessum erga
illos qui ipsum humiliter depre
cantur quia qui pro sola dilatione
temporis rogabatur. concessit
libertatem roganti. eo quod misertus
dimisit illum faciens liberum
et in nullo obligatum. Concessit
eciam immunitatem. volens
de cetero ipsum debito non teneri
quia et debitum dimisit illi
unde Crisostomus. vide autem divini
amoris superhabundanciam. petit
servus solius temporis dilacionem
ipse autem magis eo quod petit
dedit dilacionem et concessionem
totius mutui. Set dubitaret
aliquis quare prius voluit
dominus ponere reddere quam dimitteret

debitum cum tamen prius quam poneret
eum esset voluntarius ad dimit
tendum / Ad hoc dicendum est quod duplici
de causa hoc factum est. Prima
est quia in hac remissione ostenditur
iustificacio peccatoris. Deus autem
licet facit hominem absque homine
consensu tamen ipsius si est
adultus non iustificat absque con
sensu eius. quia sicut dicit augustinus
qui creavit te sine te non iusti
ficabit te sine te. ut ergo insi
nuaret christus quod ad iustificacionem
peccatoris requiritur cooperacio liberi
arbitrii voluit tamen ponere
ut per ista tunc peccator sive debitor
deprecatur et deprecando cooperatur
sue iustificacioni. Et hoc est quod dicit
Crisostomus. volebat autem et a principio
dare sed volebat non solum suum
donum sed et supplicacionis illius
/ Secunda causa est quia adhuc prius
racio posita fuit ut cognosceret
peccator in quantis obligatus erat
et quantam misericordiam secum fecit
ille qui omnia ei donavit ac per hoc
sit eidem gracior et ad miserandum
conservo sibi obligato sit pronior
unde idem Crisostomus. Ideo autem tamen
ponet debitum non dimisit quia
docere voluit a quantis debitis
eum liberavit ut saltem ita ad
suos mansuetior fieret. Posset
eciam alia racio reddi. quia hoc
factum est ut servus cognosceret

se debitorem tantorum talentorum
timeret amplius dimitti vnde
plus obligaretur. Sequitur 2a
pars principalis euangelii Egressus
autem seruus ille etc. In qua describitur
grauitas malicie peccatoris quam
integrari ex tribus euangelium tangit
Ipse enim seruus miam consecutus
a domino Primo debitum cum austeri
tate exigit. Egressus autem etc.
2o humilem deprecacionem contempnit
ibi et procidens conseruus. 3o
Conseruum deprecantem audire
non volt sed affligit ibi Sed
abijt et misit. Primo igitur
auditur grauitas peccatoris malicie
qua debitum exigit cum austerita
te et malignitate que malignitas
fuit accellerata inconsiderata et
aggrauata et palliata. Accelerata
quidem quia non post longam mo
ram. sed statim quando receperat
misericorditer remissionem talen
torum x. milium. Egressus seruus
ille impie se habuit erga suum
dominum remittentes. vnde Crisostomus
per hoc quod dicitur Egressus seruus
ille impie se habuit auditur quod
non post multum tempus sed con
festim adhuc quasi in auribus ha
bens beneficium in maliciam
abusus est liberacione a domino
sibi data per hoc autem bene
insinuauit scriptura quod talis seruus
neque preceptum suum dyaboli imitatus

est qui statim egressus a deo
suo cepit impetere et affligere
innocentes. Unde dictum est
Job. ii. Egressus sathan a facie
domini percussit Job. vlcere
pessimo. Et hoc autem loco.
illi omnes videntur esse despecti
qui statim post penitenciam
remissionem. vel aliam graciam
a deo receptam fratrem suum
affligere querunt vel erga
ipsum impie agunt. Fuit secundo
hec grauitas inconsiderata quia
nec attendit condicionis equalita
tem nec debiti paruitatem. Con
dicionis equalitatem quidem non
attendit quando inuenit vnum
de conseruis suis. non dicitur
inuenisse inimicum vel extraneum
sed seruum illius domini cuius
ipse similiter seruus existens
cuius amore reuerencia vel saltem
memoria remissionis accepte
debuit cum illud seruo suo
tamen conseruo misericorditer
opari. non considerauit ergo
condicionis qualitatem siue
equalitatem. neque eciam consi
derauit debiti paruitatem.
quia ille conseruus inuentus
debebat ei C denarios. Ubi
aduertendum est quod sicut x.
milia et C. certum habent ordi
nem ita offensa qua peccatur
in deum et qua peccatur in proxi
mum ordinem habet ex transgressione

decalogi. Sed tamen quantum x
milia excedit centum tantum
ymo et plus peccatum in deum
commissum excedit peccatum commis
sum in proximum quia cum peccatum
attendatur in gravitate ex parte
persone contra quam committitur.
Peccans enim in regem gravius
transgreditur ceteris paribus
quam peccans in militem. Et pec
cans in militem gravius quam peccans
in rusticum. Sic deus in infi
nitum excedit quamlibet creaturam
ita peccatum in deum excedit
peccatum commissum in proximum. vnde
Crisostomus. Tanta est differentia peccatorum
que committuntur in hominem et
que committuntur in deum quanta
est differentia x milium talentorum et c
denariorum. magis autem et
multo plus quam patet ex differentia
personarum. Ad hanc differentiam videtur
facere quia peccans contra illum
cui magis tenetur et a quo plura
bona recepit gravius offendit
et ex maiori ingratitudine
quam peccans in illum a quo minora
bona recepit. Sed a deo tot
bona recepit quilibet homo
ut nullo modo ei possit recompen
sare ergo gravissime peccat
qui in deum peccat. Et hoc
est quod dicit Crisostomus. Graviora
apparent peccata in deum ex
beneficiis que sumus consecuti ab ipso.
fecit enim nos cum non essemus et omnia

propter nos creatus est. animam nobis
nobis inspiravit. filium suum
misit. celum nobis aperuit et
nos filios suos fecit. Numquid
ergo si cotidie moreremur
pro illo retribueremus ei aliquid
dignum. nequaquam. sed hoc rursum
ad utilitatem nostram pertinet. nos
autem econtrario in legibus eius
offendimus. Ille igitur servus iniquus
sicut non attendit equalitatem
condicionis sic nec parvitatem
obligationis. Et ideo eius pravitas
fuit exaggerata quia tenens
eum qui sic ei debebat esse
recommendatus et qui in tam
parvo debito erat obligatus.
Suffocabat enim id est acriter insiste
bat ut extorqueret ab eo quod
exigebat. Sed quomodo potuit tam
impie agere in servum sui domini
qui tam benignum dominum fuerat
expertus. Respondet Origenes. hoc facie
bat quia egressus fuerat a domino
Non enim suffocaret conservum
suum nisi exisset a rege et si
dicat quod ideo tam impie in conser
vum agebat quia a mente
eius exierat beneficium receptum
a rege et eiusdem regis timor
et amor. Fuit etiam eius pravitas
palliata cum dicebat. Redde
quod debes. ac si pallians maliciam
suam sub colore iusticie diceret
quod acriter insisto quod tenens te
suffoco hoc non facio ex odio

vel rancore sed tantum quod
meum est a te exigo. Huius mali
sui similitudinem retinent quidam
ꝑuersi qui cum acceperint potentem
super alios non attendunt in esse
et eos condicionem et equalitatem
nature. non paucitatem debiti
quo eis obligantur sed implacabi
liter et iniuriose affligentes eos preten
dunt se hoc facere zelo iusticie
vel aliquo alio iusto iure in quo
eis obligati sunt ac si dicant
eis. Reddite que debetis. sic ergo
cum austeritate exigit. Secundo
auditur huius malicia. quia conser
vi humilem deprecacionem contempsit
et hoc cum dicitur. Et procidens
conservus etc. Ubi attendas depreca
cionem oblatam et eandem recu
satam. oblatam quidem tum gestu
corporis quia procidens conservus
eius. supple ante conservum sicut
ille procideret ante dominum. quam prola
cione sermonis. quia procedit dicens
Pacienciam habe in me. et omnia
reddam tibi. Eandem enim humi
litatem quam iste nequam servus
ostenderat coram rege tam situ
corporis quam prolacione sermonis.
Et iste servus audit coram suo
nec tamen reveritus formam
illam qua mediante ipse consecutus
fuerat veniam et remissionem
x milium talentorum. Conservo
noluit dimittere C denarios. Hec
ergo humilem deprecacionem oblatam

attendas eam impie recusatam
quia qui postulando dilacionem
temporis ^ concedere deprecanti
conservo et ideo bene dicit
eum ^ta. Ille autem noluit hoc
est secundum augustinum. Tenuit contra
eum hunc animum ut illi supplica
bellat. Facit enim contra ius
naturale quod dicit. Sicut ab alio
vis tibi fieri veniam. ita alii
tu veniam facito. Tertio auditur
eius malicia quia conservum
suum humiliter deprecantem
affligit. abiit enim. hoc est
magis contra eum in iram
exarsit ut ab eo debitum exigeret
Et misit eum in carcerem.
donec redderet universum debi
tum. attendas perversitatem quia
non solum noluit dilacionem dare
deprecanti conservo. sed eciam no
luit ipsum audire deprecantem
sed abiit quasi avertens faciem
suam a precibus eius. qui tamen
voluerat faciem domini ad se
esse conversam. Ultimus non
solum non concessit temporis
oportunitatem. sed eciam eidem
abstulit libertatem. Quia misit eum
in carcerem. Consciencia enim
peccatoris turbata semper semota
presumit. Et ideo iste servus
malicia intantum in conservum
suum exarsit ut non timuit
alienum suum captivare ut sic

consequuntur fiat iniuste debiti non solute dilacionem temporis

dominum suum et illius timorem
abiecisse videatur. Postremo
exaggerat eius maliciam ut
in posterum fiat ei iudicium
sine misericordia quia nullam voluit
conservo suo facere misericordiam
unius tanto tempore tenuit
ipsum in carcere donec redderet
universum debitum. Ad mores autem
attendas ex predictis divinam
erga nos caritatem. hominis ad hominem
perversitatem. caritatem quidem
divinam erga nos ostendit prima
pars ewangelii quia cum in multis
ipsum offenderimus quia sicut
dicitur Ja. In multis enim of-
fendimus omnes. tamen ipsum
dominum rogantes pro tanta mul-
titudine quasi x milium ta-
lentorum ut concedat nobis
dilacionem temporis non tantum
hoc concedit sed totum debitum
peccatorum absolvit. cum ipse
in nullo sit obligatus nobis
Sed perversitatem hominis erga
hominem ostendit secunda pars ewangelii
quia cum offensa hominis ad
hominem in comparacione eius
que est hominis ad deum sit
admodum C denariorum in
comparacione x milium talento-
rum. Tamen dominus rogatus
ab alio non tamquam deus a servo
sed tamquam servus a servo. non solum
non vult totum remittere
sed nec temporis dilacionem conce-
dere quin potius contra debito-
rem suum sepe iratus exigit ab
eo cum ira et austeritate debitum
vel vindictam. Huic sentencie
concordant verba Crisostomi dicentis
vide domini caritatem et servi
crudelitatem. hic enim pro x
milibus talentis. hic autem
pro C denariis. hic consummit
hic autem dominum rogat. Et hic
quidem totalem absolucionem acce-
pit. hic autem solam dilacionem
petebat. nec dedit. abiit enim
et misit eum in carcerem etc.
Sequitur 3a pars principalis
ewangelii. Videntes autem conservi
eius etc. In qua manifestatur
equitas iusticie veritate. Ubi
describit Primo ewangelista pietatis
affectum scilicet compacientem
Videntes autem etc. 2° Consci-
encie stimulum pravitatem accusan-
tem. ibi Et venerunt et nunc-
caverunt. 3° Iusticie zelum
impietatem punientem. ibi tunc
vocavit etc. Describens ergo
ewangelista pietatis affectum scilicet
compacientem. dicit Videntes
autem conservi eius que fiebant contri-
stati sunt valde. Sicut enim naturale
est membris eiusdem corporis
ut propter naturalem colligacionem
ipsorum ad invicem. si dolet unum
membrum compaciantur ei.

suo modo alia membra. sic talis
pietatis affectus efficit in hominibus
ut propter coniunctionem quam habet
in uniformitate nature vel in
convenientia fidei vel in subiectione
eiusdem dei. alii videntes afflic
tionem alicuius condoleant miserie
ipsius. Si ergo videant unum
iniuste agere alium ipsum indebite
affligi. duplex ratio tristicie causatur
in eis. una quia fratrem suum quem
diligunt ut bonus sit et pius
vident impie agere. alia quia
alium quem diligunt ut bene
ei sit vident afflictum cum igitur
hic unus impie ageret. alius affli
geretur indebite magnam causabat
tristiciam in cordibus bonorum
conservorum. hoc quod fiebat cuius
tristicie magnitudinem bene
insinuavit Christus cum dixit
Contristati sunt valde. Quod
autem contristarentur de mali
cia servi affligentis patet per ea
que dicit Remigius exponens
Quid sunt isti servi contristati
et dicit quod conservi forte debent
angeli intelligi aut predicatores
sancte ecclesie sive quod fideles
qui videntes aliquem fratrem remis
sionem peccatorum adeptum non
velle misereri conservo suo contris
tantur de eius afflictione predi
cte. Quod etiam contristati

sunt de afflictione alterius patet
ex hoc quod naturalis pietas. hoc
eis dictabat ut compaterentur patienti
indebite. Secundo enim dicit Et
venit iterum describit conscientie
stimulum puritatem accusantem
Dicit enim Innocentie primum
est nullum offendere. secundum de offen
so pie contristari. ita eius primum est
impunitum velle non transire ipsum
Et ideo sicut movet mentem
ad condolendum afflicto. ita movet
eosdem ad accusandum apud supe
riorem malefacta ut possit ea corri
gere. Et hoc est quod dicitur videntes
autem conservi impietatem sic contrista
ti sunt pia compassione. ita
venerunt et narraverunt domino
suo omnia que facta fuerant
ex conscientie stimulo. Ubi
attendas puritatem conscientie
in manifestando malefacta. non
enim volebant malefactorem
infamari. sed corrigi et ideo non
miserunt per alios sed venerunt
per se ipsos non clamaverunt sed
narraverunt. Alterius nolebant
malefactorem penas evadere
vel puniri pro hiis que non com
miserat et ideo dixerunt integre
veritatem quia narraverunt
omnia que facta fuerant ita
quod nichil obmiserunt de factis
quia omnia narraverunt. non
addiderunt ultra illud. id quod
factum fuerat. quia non nisi
ea que facta fuerant retulerunt

Ultius additas pios accusatores
quia tantum domino suo qui se
tam offenderitis quam afflicti quam ecclesia
narraverunt erat deus et sic
illi qui debebant corrigere qui
poterat precavere futuris periculis
et ad quem spectabat iudicare
de offensis necnon et lesum po
terat servare indempnem. Ideo
contra multi cognoscentes delictum
sui delictum depravati in confessione
potius intendunt ipsum diffa
mare quam corrigere ideo clamat
eius peccatum vel mittunt per
alios ut sic ad noticiam veniat
plurimorum. Addunt eciam mul
tociens ad ea que sciunt et tamen
subtrahunt de illis que peccata
alleviant nec sunt contenti indi
care illi qui habent corrigere
sed et aliis plerumque que facta
sunt in abscondito manifestant.
Si quis igitur conscientia ductus
velit alicuius accusare peccatum
huius in accusando bonum modum
servet non divulget inutiliter
delictum vel infamet peccatorem
sed potius premet demens
narret que vidit et scivit. Qui
autem habet bonum modum
ita debet hoc verum verbum
ut dicat que facta sunt et
non ea que non sunt facta
dicat etiam omnia nichil alle
vians vel aggravans subtrahendo
et cum predictis habeat rectum
affectum et intentum. ut

intendat peccatum malum puniri
futurum periculum precavere et ino
centem defendi. Et ideo soli domino
suo ad quem cognicio et correctio
pertinet predictorum debet nunciare
que sciunt. Deinde cum dicit Tunc
vocavit eum etc describitur zelus
iusticie impietatem punientem
ubi est talis est ordo iusticie.
Primo ergo improperat collatam
graciam 2o exprobrat negatam
veniam. 3o punit debitam penam
4o adaptat predictam parabolam.
Improperans igitur collatam graciam
postquam audivit que nunciata fue
rant a conservis. Tunc vocavit
eum dominus suus ut sicut prius
misericorditer contulerat ei graciam
remissionis sic per se ipsum impro
peret ei graciam collatam quam
male recognoverat ut ingratus
et diceret ei. Serve nequam hoc
est non equus sed potius inequus
et iniquus. Omne debitum dimisi
tibi quoniam rogasti me. Et videas
etc quando cepit dominus rationem
ponere et invenit debitorem x
milium talentorum non vocavit
servum nequam postquam autem ei
omnia dimissa fuerant et solum
hoc peccatum commisit quod noluit
misereri conservi sui vocat servum
nequam. Hoc autem pro tanto
accidit quia plus detestatur deus
peccatum illius qui remissione
accepta per ingratitudinem gratie

et impietatem directe repugnatem
recepte gratie recidiuat. quam ille
qui nunquam ingratus uel impius
extitit gratie quia in magnis est
constitutus peccatis. Sicut enim
communiter dicitur a sanctis. et
a magistris recidiuans in mortale peccatum
post penitenciam grauius peccat
et in peiori statu ponitur quam prius
erat. huic sine concordat dictum
christi in hoc loco dicentis. Et quando
quidem x milia talenta debebat
non dicitur enim nequam. nec est
comminatus. quando autem contra
suum ingratus est effectus tunc
dicitur serue nequam. huic etiam ueri
tati consonat opus nature. videmus
enim infirmos recidiuantes in
infirmitatem contrariam sanitati
recepte et medicine curatiue
grauius et periculosius infirmari
quam prius ita recidiuans post penitenciam
et graciam receptam in mortale
aliquod cum ipsum sit contrarium
tam penitencie quam gratie in peiori
statu est quam prius. et hoc satis
confirmatur ex hiis que dicuntur
2 pet. 2. Si enim refugientes
coinquinaciones mundi in cognicionem
domini nostri et saluacionis ihesu christi
hiis rursus implicati superantur
facta sunt eis posteriora peyora
prioribus. Melius enim erat
illis non cognoscere viam iusticie
quam post agnicionem retrorsum

conuerti ab eo. quod eis traditum
est sancto mandato. Deinde
exprobrans uel vituperans ne
gatam ueniam. dicit. Nonne ergo
oportuit et te misereri conserui
tui. sicut et ego tui. Si enim is
qui alteri in nullo obligatur
misericors tamen est. De quanto
multo magis ille qui tam racione
nature quam racione condicionis.
quam etiam racione precepti multipli
citer obligatus est alteri debet
ei esse misericors si rogatur
cum igitur deus qui nec bonorum
nostrorum indiget nec in aliquo
nobis obligatur tam benignus
est et misericors deprecanti.
Multo magis nos ad inuicem
debemus misericordes existere
qui eiusdem sumus nature. eandem
condicionem seruitutis debemus
deo et eodem precepto dileccionis
mutue obligamur. Quam ergo
ueniam quam deus habet ad nos
Ponens in exemplum ueniae
quam debemus ad inuicem.
nobis insolubili racione confirmat
et ideo seruus de obmissione
talis uenie redargutus nullum
inuenitur dedisse responsum
quia fuit insolubili racione
confusus. Simili racione dicitur
christus informans discipulos de
mutua caritate et humilitate
Jo. xiij. dicens. Si ergo ego
laui pedes vestros dominus et magister

et v. d. (ic) Deinde punctans
debitam et iustam summam. Iratus
dominus eius tradidit eum q. ce
v. d. Ubi attendas debiti ordi
nem. Due sunt vie cuiuslibet
superioris alios iudicantis. scilicet
misericordia et iusticia. Congruum
autem est nobis miseris ut
misericordia precedat aliquomodo iusticiam
Si autem reus sive peccator per
misericordiam sibi impensam non fiat
melior sed peior dignum est
ut zelus iusticie contra eum
insurgat quia igitur hic servus
accepto beneficio non est factus
melior sed inventus est crude
lior. Congruum fuit ut per
iusticiam puniretur cuius iusticie
acerbitas ostenditur cum premittitur
iratus dominus eius. i. admodum
irati se habens. Sicut enim
iratus in puniendo modum non
considerat sed quasi sine misericordia
punit sic etiam dominus qui nichil
facit sine debito modo. dicitur
tamen admodum irati acriter
punire illum qui noluit misereri
conservi quia iudicium sine
misericordia ei qui non facit misericordiam.
Sic igitur dicitur dominus adversus
peccatorem iratus. quando eternas
et diras penas irrogat pro
peccatis. Verum quoniam con
gruum est ut illi sint erro
res tortores peccatorum in penis
qui fuerint suggestores in
culpis. Ideo dominus tradidit istum
tortoribus hoc est demonibus
sicut tradet eis puniendos alios
perversos. Unde Remigius. Tortores
autem dicuntur demones qui
semper ad hoc parati sunt ut perdi
tas animas suscipiant et in pena
eterne dampnacionis torqueant
Sed quoniam culpa ordinatur in
penam. oportet ut tam diu durat
et pena quamdiu durat et culpa
et ideo de penis et tormentis
non exibit peccator. donec reddat
debitum universum. Et quoniam
numquam in dampnato cessabit
peccatum. ideo in ipso numquam
cessabit tormentum. quapropter
hic ponitur indefinitum tempus
scilicet quo adusque pro infinito
quia sic peccator dampnatus solvet
peccatis penas quod numquam persolvet
quia sicut numquam carebit culpa
sic numquam exibit de penis. Unde
hec Crisostomus per quod dicit quoadusque etc
ostendit quod continue hoc est eternaliter
punietur. Sed quereret aliquis
quomodo deus exigit ab illo qui
noluit conservo facere debitum
quod iam remiserat. cum ipse non
puniat aliquem nisi peccato
in quo est inventus in morte
peccatum autem dimissum numquam
revertitur. Ad hoc dicendum est quod
sicut tactum est supra. Recidivans
in mortale constituitur in peiori
statu quam prius fuerit. Et ideo

quamvis non puniatur pro eis peccatis
sibi dimissis, tamen a deo punitur
pro illis vel in illis quia vel quae reca-
divavit, quia pene ille sufficientes
erant ad puniendum peccatorum
delictorum si in illis ante recidi-
vationem fuisset mortuus. et sic
videtur portare penas precedentis
peccatis. et ad hoc ferri debet simi-
liter parata. unde Cassiodorus. Crudeles
autem irrevocabilia sunt confirmata
et dei revocationes quia tantum
valuit malicia super commissa post
remissionem acceptam ut et hanc
legem solvere vel infringere videatur.
Ulterius adaptat ad nos parabolam
premissam dicens. sic et pater
meus celestis faciet vobis si non
remittitis unusquisque fratri suo de
cordibus vestris. Ex quibus verbis sicut
dicit Crisostomus vult dominus facere faciles
nos esse ad indulgendum eis qui
nocuerunt nobis maxime si non
habent unde satisfaciant et
deprecantur sibi veniam dari. Quando
iusta res sit ista comminatio patet
ex eadem ratione. Sicut enim
non congruit ut innocens affli-
gatur nisi forte ad augmentum
meriti vel ad probationem virtutis
sic non congruit quod impius misericordiam
recipiat eo quod misericordia non stat cum
impietate. Si ergo aliquis non
remittat ex corde fratri suo

postulanti indulgentiam impius
est ideo non est dignus misericordia
sed potius ira divina quam
bene salvator expressit cum
post id quod premiserat. Et iratus
dominus eius tradidit eum tortoribus.
Statim conclusit sic et pater
meus etc. alibi etiam agit in eadem
sententiam prosequens dixit. Si
non dimiseritis hominibus peccata
eorum nec pater meus celestis
dimittet vobis peccata vestra.
Adiungit autem hic de cordibus
vestris. Insinuans secundum Ieronimum non
fictam sed veram pacem cum
fratre habendam. Sicut enim
dicit Augustinus de verbis domini
crudelius est ut clames ore
et dimittas in corde. quam ut sis
blandus in ore et crudelis in
corde. Et ideo dominus subdidit
de cordibus vestris. Nam reti-
nere in corde odium contra fratrem
numquam potest bene fieri. Esse autem
austerum asperum in verbis potest
aliquando bene fieri. Si enim aliquis
ex caritate fratrem peccantem
in se corripiendo dure increpet
et tamen ex corde dimittat
non peccat si hoc fiat modo
debito. et ideo subiungit Augustinus
Si per caritatem imponitis
disciplinam de corde lenitas
non recedit. Et addit tale
exemplum. Quid enim tam

prium. quod medicus ferrens fer
ramentum scuit in vulnus
ut homo sanetur. quod si vulnus
palpatur hoc est blande tractatur
solummodo homo perditur. Sit
ergo semper remissio ipsius
offense ex corde etiam si aliquis
ad correctionem aspicius sit
in verbo. Pacienciam habe
in me et omnia reddam tibi.
Verba sunt peccatoris indulgen
ciam postulantis a domino
de peccatis. Ubi peccator primo
postulat dilacionem sentencie
paciencium habe. 2o confitetur
transgressionem culpe ibi
in me. 3o promittit satisfac
cionem iusticie. Omnia reddam tibi.
Primo igitur postulat
dilacionem sentencie dicens pa
cienciam habe. hoc patienter
mea supporta peccata spacium
concedendo quo possim peccata cor
rigere mea quod videtur dicere psalmista.
Tu es paciencia mea domine. domine
spes mea a iuventute mea. Ubi notandum
est quod paciencia dei primo nos
supportat. 2o nos confortat. 3o
nos informat. Primo ergo
nos supportat. Ro. ii. An divicias
bonitatis eius et paciencie et
longanimitatis contempnis. Secundo
nos confortat. Col. i. Ambuletis
digne deo per omnia placentes
et infra confortati secundum potenciam
claritatis eius in omni paciencia
et longanimitate. 3o nos informat
ii. Thessa. iii. Dominus autem dirigat
corda et corpora nostra in caritate
dei et paciencia Christi. Secundo confitetur
transgressionem culpe dicens in me
quasi dicat cum psalmista. Iniquitates
mee supergresse sunt caput meum
et sicut onus grave gravate sunt
super me. Ubi notandum quod peccator
debet primo sibi suum peccatum
imputare sicut fecit David dicens
ii Reg. xxiiii. Ego qui peccavi et ego
qui malum feci iste grex quid commeruit
domine deus meus vertatur obsecro
manus tua in me etc. Secundo
debet se dignum pena iudicare sicut
fecit Jonas dicens Jo. i. Tollite me
et mittite in mare et cessabit mare
a vobis. Scio enim ego quod propter
me tempestas hec grandis super vos.
Tercio debet pro seipso exorare di
cens cum David aspice in me et
miserere mei quoniam etc. Tercio
promittit satisfaccionem dicens omnia
reddam tibi. ad hanc enim tenetur
peccator tamquam si promisisset iuxta
illud Eccl. v. Si quid vovisti deo
ne moreris reddere. Ubi notandum
est quod tenetur peccator reddere de
omnibus peccatis. Primo integram
racionem Mt. xii. Dico autem vobis
quod omne verbum ociosum quod lo
cuti fuerint homines reddent de eo
racionem in die iudicii. Secundo debitam
satisfaccionem Luc. xix. Domine
ecce dimidium bonorum meorum
do pauperibus. Et si quid aliquem

defraudavi reddo quadruplum // 3°.
Peccatis dimissis multiplicem gratiarum
actionem persolvit In me sunt deus vota
tua que reddam laudationes tuas.
Bene ergo dicit Patientiam habe
in me et omnia reddam tibi.

a Abeuntes pharisei consilium
inierunt ut caperent ihesum
in sermone etc. Mt. xxij. Sicut
astucia latronum diversis modis
nititur res alienas furari. sic pravitas
malignorum conatur ledere
innocentes. et ideo sicut habentes
thesauros oportet esse sollicitos et
vigiles contra latronum insidias
ne spolientur si negligunt vigilare
sic innocentes oportet contra malig
nos semper esse prudentes ne ab
ipsis eorum innocentia possit ledi
et ideo dominus optime coniungit astuciam
serpentinam innocentie columbine
cum dicit Mt. x. Estote prudentes
sicut serpentes et simplices sicut
columbe. Verum quia melius nos
informant facta quam dicta exempla
quam verba. ideo xpus in perversorum
sententia presentis ewangelii sua
operatione declarat qualiter innocen
tes perversorum astucias interrogaciones
et malignas simulaciones debeant
declinare. quapropter ewangelista innocentem
xpi prudentiam contra phariseorum
fallaces versucias enarrans dicit
Tunc abeuntes pharisei etc. // Aliter
potest hoc ewangelium introduci hoc modo.
Hec est differentia inter illum qui
malus est ex quadam pravitate

viciosa nature vel ex quadam igno
rancia. et illum qui ex certa
malicia peccatus est quia ille qui
ex pravitate vel ignorantia malus
est. faciliter corrigitur. nec pertina
citer odit bonum. ideo reprehensus
de malicia sua vel convictus vel
etiam confusus. non insurgit
maliciose contra bonum. Malus
autem ex proposito. nec reprehensione
nec ratione nec confusione corrigitur
quinimo si non potest. bonum confundere
potenciam vel per astutam sapientiam
conititur ad insidias ut vel sic
innocentem qui eum de malo re
darguit vituperet vel confundat
quia igitur in precedentibus parabolis
xpus magister manifestaverat pha
riseorum maliciam. nec in aliquo
ab ipsis fuisset reprehensibilis
deprehensus. non solum correcti
non sunt sed ad insidias et
versucias conversi ut saltem
ipsum reprehensibilem caperent
in sermone quem non poterant
nec in vita nec in doctrina reprehendere
culpabilem et hoc est quod dicit
ewangelista. Tunc abeuntes pharisei
etc. Huic introductioni concordat
Crisostomus super Mt. dicens. Sicut
si quis claudere voluit aque
meatum. si exclusa fuerit per
aliquam violentiam. aliunde sibi
semitam querit. Sic iudeorum
malignitas ex una parte confus
sa aliam sibi additam adinvenit

Et ideo abeuntes consilium
inierunt etc. sed quia non est sa
piencia. non est prudencia non
est consilium contra dominum. ideo
a xpo innocente de sua malicia
sunt confusi. sicut apte ewangelista
declarat. Siue ergo primo modo
siue 2o modo ewangelium introductiue
diuiditur in duas partes secundum duo
que continet. Primo igitur describitur
astuta malicia nocentis insidias
tunc abeuntes etc. 2o prouida
sapiencia insidias declinans ibi
Cognita autem ihesus etc. Ad
euidenciam astute malicie insi
diantis innocencia aduertendum
est quod sicut dicitur 3 ethicorum con
silium non est de fine. sed de
hiis que sunt ad finem. Finis
enim presupponitur tamquam volitum
et postea habetur consilium
qualiter facilius possit finis
acquiri. ita tamen quod si per unum
medium tantum possit attingi
de illo medio tantum consiliatur
Si autem plura media quorum
unum habetur alio mediante.
et illud quodam alio mediante
acquiritur. Consilium habetur
de omnibus illis. Si ergo fi
nis malus sit. oportet et media
maligno consilio coniectari. Cum
itaque pharisei de xpo malum
finem appetebant scilicet tradere
eum in manus eorum qui ipsum
perderent. Oportuit eos per malum
consilium mala media cogitare

Unde luce .xx. dicitur quod presuppone
bant in toto consilio malum finem
dicitur enim sicut ibidem obser
uantes miserunt insidiatores.
qui se iustos simularent ut caperent
eum in sermone et traderent illum
principatui et potestati presidis. Ipsi
hunc itaque tamen malum finem
malum habuerunt consilium
quod bene pars prima presentis ewangelii
manifestat in qua versucia ma
ligne insidiantis. Primo memoratur
habuisse malignum spiritum consilium
quod dicitur cum dicitur abeuntes
pharisei consilium inierunt. ut
ca. i. in sermone. 2o primum consor
cium. 3o simulatam perfeccionem
4o insidiosam questionem. Atten
das malignitatem consilii nam
a veritate et innocencia est separatum
eo quod abeuntes. hoc est a xpo
innocente qui veritatem docuerat
et docebat recedentes consilium
inierunt. hoc est illud consilium
quod patriarcha iacob prouidens et
detestans Gen penultimo dicit
Symeon et leui fratres vasa iniqui
tatis bellancia in consilium eorum
non veniat anima mea. Et de quo
eze. xi. hii viri qui cogitant iniqui
tatem et tractant consilium
pessimum. et vere pessimum quia
sicut dicitur prouerbiorum xii. Consilia
impiorum fraudulenta. Et non
tantum est a veritate separatum
hoc consilium sed eciam est
malignitati sociatum quia non

meruit consilium ut credant ut
ut veritatem intelligant · sed ut
innocentem confundant quod bene
notavit euangelista dicens ut caperent
Jhesum in sermone · i · in locutione
quia non poterant eum audire re-
prehensibilem ut est dictum in doc-
trina vel in vita. Monstratur secundo
habuisse malignum sive pravum
consilium quia miserunt discipu-
los suos cum herodianis · quales
mittentes tales sunt et missi
quia qualis est princeps · tales sunt
et ministri eius · pharisei ergo
ypocrite et impii · ypocritas et impios
mittunt ad Christum · ypocritas
quidem quia mittunt discipulos
suos quos de simulatione et ypocrisi
docuerant sicut exprimitur luce · xx ·
Ubi dicitur · Observantes miserunt
insidiatores qui se iustos simularent
Impios autem mittunt quando
herodianis ut sicut dicit glosa
per illos tamquam per ignotos falla-
cius deciperent et per eos tamquam
potentes · ipsum si male respondisset
caperent · quia timentes populum
pharisei hoc non audebant facere
Hii autem herodiani erant quidam
de familia herodis qui diebus ·
illis quibus hec facta sunt erant
Jherosolimis · Nam iudea facta
erat Jherosolimis illis temporibus
tributaria romanis sub cesare
augusto · ita tamen quod de tributo
solvendo contencio inter iudeos

erat · Quidam enim eorum
dicebant quod tributum debebat
solvi Romanis quia ipsi pro
re publica tuenda et conservanda
militabant · Et ideo in solvendo
militibus et aliis expensis
tributa dari debere · pharisei
autem dicebant quod populus dei
qui decimas et primicias atque
oblationes deo reddere tenebatur
non erat subiectus legibus ·
tributorum solvendorum regi
terreno · Cesar itaque augustus
prefecerat iudeis herodem filium
antipatris in regem qui tributis
preesset et Romanis obediendo
cogeret iudeos ad tributa solven-
da · Mittunt ergo pharisei dis-
cipulos suos cum herodianis
ad Christum · ut si responderet licitum
esse dari tributum cesari · disci-
puli eorum · eum accusarent esse
contrarium legis et libertatis
populi dei · Si vero diceret
non esse licitum dari tributum
herodiani ipsum caperent sicut
infra dicetur · Monstratur tercio
habuisse simulatam prefacionem
vel preambulum quia premittunt
Magister scimus quia verax es et
viam dei in veritate doces et
non est tibi cura de aliquo ·
non enim respicis personas ·
Hanc attendas fallacis ordinem
Primo enim laudant magistri
dignitatem dicentes Magister

sanus quia verax es ut laudatus
ab eis et quasi acceptaturus eos
fieri discipulos suos simpliciter
eis intellectum sui cordis ap
periat. Sicut enim dicit crisostomus
super matheum hec ypocrisis.
prima simulatio quia laudant
quos perdere vel decipere volunt
et ideo in laudem prorumpunt
dicentes. Magister scimus quia
verax es ut quasi honoratus
et laudatus misterium sui cor
dis simpliciter eis aperiat tam
volens eos habere discipulos sed
isti thesaurum magnum veritatem
vocabant cuius vere doctrine
non cupiebant esse auditores
sed potius simplicis sermonis
calumpniatores et accusatores
Commendant etiam in eo
divine reverentie sinceritatem
quando addunt Et viam dei in
veritate doces ut laudatus de
dei timore intrepide respondeat
contra cesarem vel herodem
unde Beda super lucam Blanda
et fraudulenta interrogatio
illuc provocat respondentem ut
magis deum quam cesarem timeat
et dicat non debere tributa
solvi ut audientes Romani
seditionis contra Romanos
auctorem teneant sed ut am
plius provocent ad veritatem
dicendam intrepide 3° commen
dant in ipso constantie firmitatem

dicentes Non est tibi cura de aliquo
hoc est indiscrete dicis veritatem
tam magnis quam parvis ita quod nullum
diligis tantum quod pro ipsius dilec
tione veritatem interrogatus taceas
nullum etiam times ita quod pro
eius timore veritatem abscondas
et quia nec timore ductus nec
amore privato non est tibi cura
de aliquo non times prelatam
personam hominis ut propter eius po
tentiam veritatem obmittas In
hac simulata scilicet laude facti sunt
similes apibus que portant mel
in ore et aculeum in dorso unde
Jeronimus Mellitis sermonibus
laudant sicut apes mel in ore
portantes aculeum in dorso Potest
autem et aliter hec laus simulata
declarari secundum quod insinuat quedam
glosa Tripliciter contingit aliquem
de interrogatis non dicere veritatem
Primo ex parte sui si veritatem
vel non scit vel non amat ad hanc
causam excludendam de christo dicit
Magister scimus quia verax
es quia et veritatem de nosti
et diligis 2° ex parte dei cuius
timore et honore postposito
aliqui veritatem quam de ipso
cognoscunt dicere recusant
ad hoc excludendum adiungunt
viam dei in veritate doces hoc est
Nulla ratione dimittis quin veritatem
pertinentem ad dei viam sincere
et patenter ostendas 3° ex parte

proximi cuius amore male inflamate
uel timore male humiliante veritas
occultatur. adquod excludendum adiungit
Non est enim tibi cura de aliquo.
non enim respicis personam hominis
ut uel timore prelate persone ut est
herodes uel cesar. aut amore tibi
coniuncte ut est gens iudayca quam
diligis. veritatem pretermittas. sic ergo
premittunt laudem statim demum
tamen subiungitur. Dic ergo nobis
quid tibi videtur. licet censum dari
cesari an non. Ostenditur eos habuisse
insidiosam questionem. vere questio
omni dolositate plena. Siue enim
dominus dicat quod sic. siue quod non licet
censum dari cesari. meditantur
enim ei calumpniam. Si dicat non
licet. accusarent enim tanquam
populi subuersorem et scismaticum
ac ipsum presidi reputent. talem
enim ipsum fuisse. absque eo quod ad
dixit ut fecerat contra cesarem
uel presidem ipsum falso accusauerunt
tunc postea pylato dicentes ut
habetur luc. xxiij. hunc inuenimus
subuertentem gentem nostram
et prohibentem tributa dari cesa
ri. et dicentem se cristum regem
esse. Sic itaque insidiantur ei nunc
ut si dicat non licet audientes
herodiani seditiosum eum contra
Romanum imperium phariseorum
discipulis testificantibus teneant
et morti tradant. Sciebant
enim ipsi pharisei ut dicit Crisostomus
super Matheum quidam hanc

discordiam mediantes inter
iudeos et Romanos. orta erat
volebant igitur et cristum per
suos sermones in talem suspicionem
mittere. Si autem dicat licet
tributum dari eliminetur a populo
diffamantibus ipsum phariseis
quod seruituti subiciat gentem
suam et populum dei faciat trans
gredi legem in qua deus dicit
se solum dominum esse filiorum israel
unde iohannis 8. dixerunt filii
abrahe sumus et nemini seruiuimus
unquam. Sequitur secunda pars principalis
Cognita autem ihesus nequicia
eorum. In qua manifestatur prouida
cristi sapiencia insidias declinans
ubi notandum est quod primo
aspere increpat animi prauitatem
2o prudenter interrogat facti
qualitatem. 3o incomprehensibiliter
determinat quesiti veritatem
Primo igitur aspere increpat
animi prauitatem ad quam
principaliter prospiciens cog
nouit ipsam dolosam. unde alius
euangelista dicit. luce. xx. Conside
rans autem dolum illorum.
Matheus autem dicit. Cognita
autem ihesus nequicia illorum
vere nequicia quia non equam
sed iniquam et neque intencionem
habebant non addiscendi sed deci
pere uel perdere cupientes inno
centem innocenter et sincere
respondentem. Et ideo. Crisostomus quod
dicit Crisostomus super Matheum non sem

eorum sermones pacificos.
blande cudit sed sermonum eorum
inqconscienciam crudelem aspe-
re dicit. quia deus voluntatibus
cudet non verbis. Sed quid
dicit. Quid me temptatis
ypocrite. Attende quam bene per-
uitatem animorum describit ymo
aspera increpacione percellit.
Arguit enim eos transgressores
legis dicens. Quid me temp-
tatis. ac si dicat temptando
me qui utique deus sum. estis
transgressores legis vestre
que dicit deuteronomii vi. Non temp-
tabis dominum deum tuum. Et non
solum in hoc prevaricatores estis sed
eciam quia veram maliciam
pallio sanctitatis colorando
et verbis dulcibus adornando
estis ypocrite. quia aliud intenditis
et aliud pretenditis. Nam preten-
ditis sanctitatem et intenditis
iniquitatem ut congrue intel-
ligatur de vobis dictum illud
ysa. xxix. appropinquat populus
iste ore suo. et labiis suis
glorificat me. cor autem eius
longe est a me. Prima ergo
virtus evidentis xpi fuit sicut
dicit Jeronimus interrogancium
mentes cognoscere. et non
discipulos sed temptatores
vocare. Dicit. Quid me temptatis
ypocrite. Et attendas quod ma-
ligni viri blandiuntur et blande
locuntur ut perdant innocentem

xpus autem eos confundit. ut
salvet. Quia sicut dicitur prov. xxvii.
meliora sunt vulnera diligentis
quam fraudulenta oscula odientis. Deni-
que dicit. Ostendite michi numisma
census. Sapienter interrogat ut ex po-
tissimu sermonibus temptatores
quia sicut dicit Jero(nimus) sapiencia se egit sapienter
confundentur. Petit ergo sibi osten-
di numisma census. Est autem hoc
genus nummi quod pro x nummis
computabatur habens ymaginem
Cesaris quod pro censu solvebatur.
Deinde interrogat. Cuius est yma-
go hec et superscripcio. Ymago quidem
quantum ad figuram ibi insculptam
Superscripcio autem quantum ad litteras
ibidem impressas. Interrogat autem
non quasi ignorans potuit enim
et sculpturam ymaginis cognoscere
et litteras impressas legere. Et
ideo sicut dicit Jeronimus. hec inter-
rogacio non ex ignorancia venit
sed ex dispensacione ut scilicet
ex responsione eorum concludatur
eisdem quod cesari reddendum est
quod est suum. Nam ex evidencia
rei potest cognosci quod ymago cesaris
sibi reddi debeat et non deo cui
denum censum dari debere princi-
pibus terrenis quod suum esse
rei evidencia et rectus ordo rei
publice manifestat. Et ideo
responsione eorum accepta conclusit
irreprehensibilem questionis veritatem
dicens. Reddite ergo que sunt
Cesaris Cesari scilicet temporalia

tributa vectigalia et census sic
enim ipse dominus pro se et petro
solvit didragma ut habetur mt
xvii Non quia ad hoc obligaretur
ut ibidem innuit sed quia hoc
fieri potuit non tanquam malum
sed tanquam aliquando utile demon
strans Et que sunt dei deo hoc
est decimas primicias oblaciones
et victimas etc Advertendum
est quod prius dicit salvator Red
dite que sunt cesaris quam que sunt
dei Si quid enim terrene affectio
nis est in te non quidem peccatum
vel aliquid pertinens ad peccatum
sed tamen terrenum eo modo quo dicit
apostolus mulier nupta viro cogitat
que sunt mundi etc i Cor vii hec
pertinent ad Cesarem Si autem
celestis desiderium est in te pertinet
ad deum et quia nemo potest libera
mente deo servire et celestibus
desideriis intendere quasi reddere
deo que sunt dei nisi prius expe
ditus a mundo quasi reddiderit
prius cesari quod est cesaris ideo
premisit Reddite que sunt ces
aris quod patenter idem salvator
ostendit dicens luce xiiii Nisi quis
renunciaverit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus Et
abrahe primo dicitur Veni in terram
quam monstravero tibi quasi redde
deo que sunt dei Dictum est enim
prius de terra tua et de cognatione
tua etc ac si prius sibi diceretur

Redde que sunt cesaris cesari
Notandum est secundo quod hec
generalis sententia Reddite
que sunt cesaris etc potest
referri ad duo bona scilicet quod
unum bonum est in homine
id quod ipse est corpus anima
intellectus voluntas et me
moria et tale bonum quod
pertinet ad ymaginem dei eo
quod homo ymago dei est debet reddi
deo ut tota vita nostra tota
anima tota voluntas intellectus
et memoria offerantur deo et
accipientur eius servicio Aliud
bonum pertinet ad hominem quod
tamen est extra ipsum ut
honor bonum temporale vel divi
ciarum et similium et tale
bonum quasi ymaginem mundi
potest homo reddere principi tempo[rali]
de ipso serviendo ei prout decet
et hoc est quod dicit ylarius
deo enim que sunt dei reddere
nos oportet id est corpus animam
et voluntatem Numisma enim
cesaris in auro est in quo
est eius ymago depicta dei
autem numisma homo est
dei ymago figurata ideo divi
cias vestras date cesari deo
autem conscientie vestre innocenciam
conservate Sed queret aliquis
ponatur quod temporalis dominus pre
cipiat illi cui preest quod inter
ficiat innocentem vel quod spoliet

insontes. uel q aliquid faciat
contra iusticiam et pietatem
Si uerum est q tenetur red
dere que sunt cesaris cesari
Tenetur ergo subditus obe
dire superiori. Responsio. Dicendum
est q non. quia aliud est opus
q competit deo aliud q competit
cesari. aliud q pertinet ad dyabolum
Opus q pertinet ad deum deo
reddi debet. q pertinet ad cesa
rem cesari reddi debet. Et quia
tale nunquam exit limites iusticie
uel pietatis. Ideo. Si aliquid
preparatur. q sit contra pietatem
uel iusticiam. iam non cesaris
est sed dyaboli. Dyabolo autem nichil
reddendum. sed omne opus ad
ipsum pertinens est fugiendum
et detestandum. Huic solucioni
satis concordant uerba Crisostomi super
Matheum dicentis. Tu autem cum
audieris redde que sunt cesaris cesari
illa scias dicere eum sola. que in
nulla pietati nocent. Quia si
aliquid tale fuerit. non ad hunc
cesaris est sed dyaboli tributum
Allegorice autem potest hic locus
sic intelligi ut interdum nobis
reprehendentibus uicia quorundam
uel loquentibus ueritatem. fidei
aut morum. aliqui motu inuidie
uel heresi. uel indignacione querunt
reprehendere nostram doctrinam uel
uitam. q si non possint. ineunt
consilium qualiter nos capiant
in sermone si non fuerimus in
responsione prudentes. Sed ut
eorum malicia minus deprehendatur
a nobis. aliquando non ueniunt aliorum
ministris ad nos interrogandos ita q
mittunt aliquos sibi familiares
qui se iustos simulent quibus
associant alios quos offendimus
nostra correpcione qui si offensi fuerint
possint nos detinere uel capere
uel accusare. Premittunt autem
quedam uerba in quibus nos com
mendant de noticia ueritatis
cognite de zelo ueritatis docende
et de constancia eiusdem ueritatis
non tacende odio timore uel amore
alicuius. tanquam si dicant. Scimus
quia ueraces estis et uiam dei
in ueritate docetis et non est uobis
cura de aliquo. quia non respicitis
personam hominis. Quibus premissis
insidiosam aliquam subinferunt
questionem. Verbi gracia. Vtrum
liceat hominibus uti rebus mun
danis. uel non. Quorum nos ma
liciam cognoscentes. dicere debemus
eos marcescens facere prout con
simulacio requirit. et interrogacione
alia de re euidenti premissa ex
responsione sua eis auferre uia
tam questi ut interrogantibus
hereticis utrum liceat matrimonium
contrahere quomodo nos capiant
in sermone. Quia si dixerimus
q sic accusabunt nos de immundicia
quia concedimus actus carnales
Si autem dixerimus q non seclares

nos audientes qui sunt in medio.
nos capiant vel confundant pre
missa interpacione super eorum
ypocrisim interrogare debemus eos
a quibus instituit cerimonia. Constat
enim est quod deus. illis ergo dicatis
ergo deus. Subiungamus non est
iustum facere quod deus instituit. nec
est iniquum facere quod non iussit.
Moraliter autem nostro intellectu
nostraque voluntate adherentibus spiri
tuali demones consilium ineunt
contra nos et mittunt affectiones
malas quasi discipulos suos et
etiam affectiones mundanas quasi
herodianos. Interpretantur enim
herodiani pellibus gloriantes.
quibus recte mundi affectiones
designate sunt que nobis alliciunt
gloriam carnium rerum que nos
faciunt magis exteriores quam interius
gloriosos et etiam scripas palliant
sub vestibus vel pellibus variis
ut faciliores nos. ad mundana dedu
cant. cogitacionibus igitur talibus
mediantibus interrogant mentem
nostram ut ad aliquem consensum
alliciant indebitum. per ipsas
etiam affectiones seu cogitaciones
aliquando commendant nos met
ipsos nobis ipsis quasi simus zela
tores veritatis et in eiusdem affe
ctione constantes. ut per reputa
cionem proprie sanctitatis vel iusticie
vel veritatis confidamus de nobis
ipsis et hoc viso mediante veraciter
ita quod nos credentes vincere sed in

spiritu veritatis. temptant dicentes
proponentes nobis illud. apostoli
Ubi spiritus domini. ibi libertas
ergo nulli inferiorum debemus
aliquid. et sic nulli tenemur
obedire. Item spiritualis omnia
iudicat. ergo licet nobis omnia
et de omnibus iudicare. Contra
hac temptacione presencialiter
debemus tales cogitaciones
interpando reprimere dicentes
quid me temptatis ypocrite
et rerum qualitatem nobis
proponere quasi faciamus nobis
inde numismata census atque
interrogantes ymo distribuentes
quid unicuique conveniat. quia
aliquid convenit reddi. mundo
aliquid fratri ac proximo.
aliquid ordini sive statui in
quo quisque vocatus est. aliquid
prelato hominum. aliquid creatori
deo. dicimus reddendum esse
cesari quod est cesaris et deo
quod est dei. Tunc enim accidit
quod michael debet homo mundo cor
pori sive proximo. phariseus
est. Tunc autem affert quod
maxima falliatur est. de
prodictas habenda maxime de
mundanis et carnalibus rebus
contra id quod dicit apostolus. Car
nis curam feceritis in desideriis
herodianus est. Nos ergo
Christum imitantes teneamus
debitum modum ac medium
ut si aliquid pertinens ad mundum

competit nostro statui illud debi-
to modo prosequi studeamus
et eodem modo de hijs que ad incor-
porationem libere pertinent et de hijs
que primo debemus ut sic
ymago cesaris reddatur cesari
et tamen principaliter intendentes
et prosequentes ea que sunt
dei ymago dei deo restituatur
Sicut enim dicit ylarius si
nichil quod est cesaris penes nos
resederit condicione reddendi
ei que sua sunt non tenebimur
Porro autem si rebus illius
manibus si intra sue potestatis
utimur extra querelam iniurie
est cesari reddere quod cesaris
est Cuius est ymago hec
et superscriptio dicunt ei cesaris
Comune est cuilibet rei naturali
ut si debet cognosci perfecte
sciatur de ea eius substancia
virtus et operacio Quamlibet
virtus sequatur substanciam
et operacio virtutem tamen per
operacionem devenimus in cogni-
cionem virtutis et per ambas
istas in cognicionem substancie
Verum quoniam homo ceteras
omnes corporeas sua nobili-
tate transcendit ideo ad plenam
noticiam habendam de ipso
quodam speciali modo cognicionis
oportet devenire ad investiga-
cionem ipsius ita quod oportet
sciri de ipso qualitatem animi

efficaciam operis et affectionem vo-
luntatis que tria in premisso verbo
de homine intellecto queruntur
Queritur enim primo interioris
hominis qualitas cum dicitur Cuius
est ymago hec Secundo exterioris
operis probitas ibi et superscriptio Tercio
affecte voluntatis conformitas
ibi dicunt ei cesaris Qualitas
igitur interioris hominis queritur
in ymagine Cuius est ymago
hec qualitas mentis humane
per habitum vicij uel virtutis semper
ymaginem retinet alicuius ut
verificetur de eo illud psalmi verum
tamen in ymagine pertransit homo
Secundo queritur qualitas operis
exterioris cum additur et superscriptio
Nam sicut superscriptio manifestat et qui locus rem de qua est
mentis habitum qualis est opere
quod bene dicit apostolus Ro ii et
illi qui bene operantur ostendunt
opus legis scriptum in cordibus
suis Tercio subditur conformitas
affecte voluntatis quando adiungitur
cesaris aliquis enim ymaginem
cesaris habet ymmo est ymago
quoniam per amorem conformatur
eidem propter quod iudei volentes
ostendere quod pylatus non pertinebat
ad cesarem nisi conformaretur
eidem dixerunt Jo xix Si hunc
dimittis non es amicus cesaris
Quantum ad primum sciendum est
quod in homine potest reperiri triplex
ymago quarum prima consistit
in qualitate mentis formate per

naturam. Gen. i. Faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem nostram
Secunda in sanctitate mentis reformate
per graciam Ro. viij. nam quos prescivit
et predestinavit conformes fieri yma
gini filij eius ut sit ipse etc. 3a
est in pravitate mentis deformate
per culpam. ps. In civitate tua
ymaginem ipsorum ad nichilum re
diges. hanc suadet apostolus deponere
et priorem acquirere. i. Cor. xv. Sicut
portavimus ymaginem terreni sic
portemus ymaginem celestis. Circa
ad 2m sciendum est quod probitas operum
manifestans qualitatem mentis
Primo consistit in operum evi
dencia ut sic luceat lux operis coram
hominibus ut videatur opus bonum
et glorificetur pater qui in celis
est et de hoc habetur numeri xvij
accipe ab eis virgulas singulas
per cognaciones suas a cunctis prin
cipibus tribuum virgas xij. Et
uniuscuiusque nomen superscribes
virge sue. Superscripcio virge est
evidencia operis super rectitudine
interioris. Secundo consistit in operum
condecencia. luc. xx. Cuius habet
ymaginem et superscripcionem. 3o
Consistit in operum habundancia
luc. xxiij. Erat autem et superscrip
scripta super eum litteris grecis
ebrayeis et latinis. ihesus naza
renus. Circa tamen ad 3m sciendum
est quod cuilibet domino superiori sicut
cesari conformantur. Primo aliqui
per domini recognicionem. Jo. xix.

Non habemus Regem nisi ce
sarem. 2o aliqui per auxilij
invocacionem. act. xxv. Cesarem
appello ait paulus. 3o alij per tributi
per solucionem. luc. xx. Reddite
que sunt cesaris cesari. hoc est
dicitur in ewangelio presenti.
In illo tempore. loquente
ihesu ad turbas. Ecce princeps
unus accessit et adoravit eum
etc. Mt. ix. Sicut videmus in
naturalibus substancia rei cog
noscitur per eius operacionem
Et sicut patet in artificialibus
sapiencia artificis manifestatur
per opus. Si ergo in christo non
fuisset nisi substancia et natura
humana non potuisset opera
ciones ultra hominem. Et item
si non fuisset verus homo non
fuisset operatus humano modo.
Ex hoc igitur quod aliqua gessit
humaniter aliqua ultra virtu
tem humanam ymmo ultra vir
tutem cuiuslibet creature. ex
operibus potuit innotescere nobis
quod homo erat et deus. quia et
modo humano et modo divino
aliquando est operatus. hec autem
sic fecit quod in aliquibus actibus
operabatur simpliciter ut homo.
in aliquibus simpliciter ut deus.
in aliquibus simul ut deus et
homo. quod bene ewangelista matheus
in serie presentis ewangelij ostendit.
quando narrat ipsum ad preces
hominis surgere et sequi
rogantem. Secundo ex solo tactu

sanare tangentem. 3o. ex tactu
et iussu resuscitare defunctam
nam sic procedit in ewangelio. pru
dens quod Jhesus rogatus benig
ne condescendit ut homo attrec
tatus sanat ut deus. Et imperans
et tenens resuscitat ut homo
et deus. Dicit ergo in illo tempore
loquente etc. Ubi introducit primo
xpm ut purum hominem humanitate
condescendentem in principio ewangelii
2o ut verum sed latentem
deum invisibiliter operantem ibi
et ecce mulier. 3o ut deum et
hominem mirabiliter resuscita
tem ibi et cum venisset in do
mum principis. ¶ Quantum ad
primam partem ut ewangelista com
mendet opus pietatis a xpo miraculose
liciter ipsam modificatam ondit
Primo quo ad temporis oppor
tunitatem. 2o quo ad petentis
ydoneitatem. 3o quantum ad xpi
hominis benignitatem. Opportu
nitatem temporis describit cum
dicit hec illo loquente vel lo
quente Jhesu ad turbas. Benig
nitas quippe doctoris ac predi
catoris tunc perfecta est commendatur
quando dulcedini atque mansuetu
dini doctrine dulcedinem adiungit
operationum quia ergo Jhesus tunc
loquebatur verba clementie
scilicet quod conversi de novo debent
benigne tractari. quia vinum
novum ponendum est in novos
utres ut doctrinam quam predi
cabat suis operibus confirmaret

ideo ipso loquente accessit ad eum
qui munus postulabat. Unde et
Crisostomus dicit etc. post sermones opus
adiunxit scilicet ut confirmaret
ope quod docebat verbo ¶ Ydoneitatem
petentis ondit cum addit. Ecce
princeps unus etc. Cuius ydoneitatem
ondunt. eminencia. reverencia.
indigencia. et confidencia. Eminencia
quidem. quia princeps unus. Princi
patus autem eius secundum Marcum
et Lucam erat. quia archisinagogus
erat cuius nomen erat. Jayrus.
Est ergo ydoneus ad munus recipi
endum ex eminencia principatus
cum qua adiungebat humilitatem
mansuete accedens ad xpm. sicut
subiungitur. accessit. Humilitas enim
in presidente deprecante tanto magis
reddit ipsum ydoneum ut recipiat
quod postulat. quanto decencius
et magis meritorie recipitur in ipso
preter quod bene dicit sapiens ecclesiastici
iii. Quanto magnus es humilia
te in omnibus et coram deo inve
nies graciam. Est etiam ad hoc
idem ydoneus. quia archisinagogus
Cum enim xpus venerit misericor
diter ad salvandas oves que perierunt
domus Israhel primo. et postea
totum mundum. ydoneum fuit ut
sicut principaliter ipsam misericordiam
offerebat sinagoge. ita ipsam ipse
deberet principi sinagoge roganti.
In eo igitur quod archisinagogus fuit.
ad recipiendum dei dona commendanda
per xpm misericorditer. ydoneus.

postulator extitit. Est 2° ad hec idem
ydoneus postulator ex eminencia
nominis quia Jayrus .i. illuminans
vel illuminatus quasi per fidem
mediatoris aliqualiter illustratus
et alios de ipsa illustrans postulet
in fide nichil hesitans sicut dicitur
Ja. p°. Reddit similiter ipsum
ydoneum reuerencia de qua subditur
accessit et adorauit eum. Dicit
enim accedere ad xpistum hominem
reddit ydoneum ut illuminetur
iuxta dictum psalmiste accedite ad eum
et illuminamini. ita enim reddit
ydoneum ut exaudiatur quod bene
idem psalmista notauit subdens. Et fa
cies vestre non confundentur. illius
facies in deprecacione confunditur
qui in sua deprecacione repellitur
quo contra illius facies non confunditur
qui in deprecacione quam postulat
exauditur. accessit ergo ut exaudi
retur. sed non duplici corde. nec
maligno affectu. sed pocius reuerencia
et deuocione plenus quia adorauit
eum. Et sicut dicitur Marci v. adoracio
ista fuit quia procidit ad pedes
eius. Procidit quidem ex humilitate
quia oracio humiliantis se nubes pe
netrat. sed maioris reuerencie signum
fuit. quia ad pedes Jhesu cecidit
non solum xpisti diuinitatem. sed
et ipsius humanitatem extimas
reuerencia dignam iuxta dictum
psalmiste. adorate scabellum pedum eius
quoniam sanctum est. Sicut enim
per caput xpisti diuinitas xpisti intelligitur

quia caput xpisti deus. sicut dicit
apostolus .i. Cor. xi. ita pedes ipsius
humanitas significatur. Procidere
ergo ad eius pedes est misterium
incarnacionis adorare sicut Beda
insinuat super Marcum. Red
dit 2° ipsum ydoneum indigencia
quam allegat dicens. Domine
filia mea modo defuncta est
ydoneum quippe est misericordem
deum misericordiam postulantibus de
magnis indigenciis et magnis
miseriis condescendere. Iste autem
in magna erat angustia potius
quia unigenita filia eius. In
qua tota spes posteritatis illius
consistebat. deficere videbatur
quod bene insinuauit lucas. viii.
cum dicit. Quia filia unica
erat illi. fere annorum duodecim
quasi iam ydonea ad filios pro
creandos. Et hec moriebatur
Magna ergo indigencia et magna
angustia deprecantis ad benigni
tatem exaudicionis concurrerit
Sed dubitaret aliquis hic.
quia ewangeliste discordare videntur
de hoc quod pater dicit. Matheus
namque asserit eum dixisse. filia
mea modo defuncta est. Marci
v. Et luce viii. dicitur fuisse
morti proxima siue in extremis
constituta. quando pater venit
ad xpistum. et eundem patrem
dixisse. Quoniam filia mea
in extremis est. Marci v. Ad
hoc dicendum est quod Marcus et lucas.

narrant. sicut verum fuit ad
litteram. quia tunc quando princeps
venit adhuc puella vivebat
quod patet ex hoc quia christo descen
dente domino eius nunciatum
est patri quod filia eius erat mor
tua et quod non amplius vexaret
magistrum. Matheus autem narrat
magis affectum quam factum et
magis quid voluit iste princeps
petere quam quid petiit. volebat
enim quod christus sanaret filiam
de cuius vita desperabat ac si
iam esset defuncta. Et hoc est
quod dicit augustinus de concordia ewangelistarum
Intelligendum est enim brevi
tatis causa matheum hoc potius
dicere voluisse rogatum a do
mino ut faceret quod eum fecisse
manifestum est ut scilicet
mortuam suscitaret. attendit
enim non verba patris de filia
sua sed quod est potissimum volun
tatem. ita enim desperaverat
ut potius eam vellet revivisce
non credens vivam posse inveniri
quam morientem reliquerat
duo itaque posuerunt quid dixit
iairus. Matheus autem quid
voluit atque cogitavit. Aliter
videtur solvere Crisostomus. scilicet
quod pater dixit filia mea modo
defuncta est sicut narrat Ma
theus. licet filia non esset defuncta
sed in extremis posita et pre dolore
dixit eam defunctam pro certo

consuetudo est rogantium pro suis
necessitatibus et angustiis augere
sermone propria mala et ad demonstrandum
angustias animi sui maiora ea
facere quam sint. Prima tamen solutio
melior michi videtur. Verum ista
secunda non solvit contrarietatem
que videtur esse inter verba matthei et
marci. Deinde cum dicit. Sed veni
impone manum tuam super eam
et vivet. ostendit ruditatem ex
confidencia qua sperabat et confide
bat manum christi tante virtutis
existere ut solo tactu posset sa
nare et a mortuis resuscitare
iuxta illud deuteronomii xxxii. Ego occi
dam et ego vivere faciam et non
est qui de manu mea possit eru
ere. Et iob. xii. Quis ignorat
quod omnia hec manus domini fecit
in cuius manu est anima omnis
viventis. et spiritus universe carnis
hominis. Sed attendas in hiis verbis
quandam grossitiem fidei istius principis
Verum sicut dicit Crisostomus in omelia
duo exposcit a christo. et accedere
ad ipsam. et manum imponere
sicut naaman syrus expectabat
sibi fieri ab helizeo propheta. Iste
igitur fidem habuit de christi virtute
quod posset filiam suam a mortuis
revocare. sed tamen grossam et
non perfectam. Verum maiorem ha
buit Centurio qui dixit. Dic verbo
et sanabitur puer meus. de quo.

xpus intulit. Non inveni tantam
fidem in israhel. hic autem princeps
israhelita fuit. quia archisinagogus
Describit 2° xpi benignitatem
dicens. Et surgens ihesus sequebatur
eum et discipuli eius. Ex miranda
quidem et imitanda benignitate
qua condescendebat petenti. compa-
tiebatur dolenti. ac subueniebat
morienti. sine dilacione secutus
est deprecantem. Exemplum religiosis
prelatis ut sint prompti ad suc-
currendum necessitatibus subditorum
Exemplum etiam dans subditis ut
sint parati prelatis et principibus
rogantibus exhibere seruicia neces-
sita. unde Remig. Miranda est autem
atque ymitanda pariter humilitas
domini et mansuetudo. Nam mox
ut rogatus est. rogantem cepit
sequi. hinc subditos et prelatos
pariter instruens. quia subditis
exemplum obediencie reliquid
prelatis vero instanciam et sol-
licitudinem demonstrauit ut quocienscumque
audierint aliquem mortuum in-
anima statim adire studeant. Se-
cunda pars principalis. cum dicitur
Et ecce mulier etc. In qua cum
introducat xpum ubi licet latenter
deum mirabiliter operantem. Sed
ut melius cognoscatur virtus
eius mirabilis. Primo introducit
infirmitatis sanande grauitatem
Ecce mulier. 2° fidei acceptande
sinceritatem. ibi accessit retro
etc. 3° Salutis optate celeritatem
vel integritatem. ibi at ihesus
conuersus et videns eam etc. Intro-
ducit ergo primitus infirmitatem
que sananda erat per xpum gra-
uitatem manifestans. eam ex
morbi qualitate. Quia ecce
mulier que sanguinis fluxum
patiebatur. quia enim vita hominis
in sanguine collocatur ut patet
levi. xvii. Ideo pati fluxum eius
in quo principaliter vita consistit
est quasi continue mori et debi-
litari in vita. Et ideo qualitas
morbi grauitatem importat et
etiam quandam immundiciam. Talis
enim mulier ex qualitate morbi
in lege reputabatur immunda sicut
habetur levi. xv. Mulier que
patitur multis diebus fluxum
sanguinis quamdiu huic subiacet
passioni immunda erit. Manifes-
tatur et ipsam ex temporis diu-
tinitate. Quia duodecim annis
hanc infirmitatem fuerat perpessa
cum tamen in duobus solis annis
multum habeat debilitare et
aggrauare corpus humanum
Marcus autem et lucas adiungit
3m scilicet incurabilitatem per
viam nature vel artis. Quia
a multis medicis fuerat multa
perpessa nec ab ullo potuerat curari
sed magis deterius habuerat.
habes ergo grauitatem. Deinde
cum dicitur. accessit retro introducit

fidei eius sinceritatem. quam
declarat reverencia confidencia
Reverencia quidem. Cernia
reputans se immundam. non
presumpsit accedere ante faciem
christi. Sed accessit retro. nec sanum
corpus domini palpare ausa
est. Sed tantum tetigit fimbriam
vestimenti eius. Habuit enim
dominus in vestimentis suis fim
brias more iudeorum. sed non
latas per solam exteriorem ap
parenciam sicut pharisei de
quibus dictum est Mathei xxiii.
Dilatant phylatteria sua et
magnificant fymbrias. Immi
serat autem dominus omnia
opera sua facit ut videatur
ab hominibus. Sed habuit fimbri
as omnes conformans se
infirmitatibus aliorum. nec
habebant fimbrie domini spi
nas insertas sicut fimbrie
phariseorum. quia non venit
dominus sibi adherentes vulnerare
sed pocius sanare. Ex reverencia
igitur accesserat retro. Cernia
secundum Crisostomum. Non ante et quasi
libera prolacione venit ad
christum quia verecundabatur propter
passionem immundam se existimans
Sicut etiam predictum est
aput legem multum immunda
reputabatur hec passio. Ulterius
signum fuit humilis reverencie

quia enim hoc quod non accessit
ad faciem sed tantum retro. no
luit tangere aliquid quod esset pars
domina corporis. nec totum pal
pare vestimentum. sed solum
partem extremam. scilicet fimbri
am eius tangere. Unde Remigius
laudanda est eius humilitas qua
non ad faciem accessit. sed retro
et indignam se iudicavit pedes
domini tangere. et non plenitu
dinem vestimenti tetigit sed
tantummodo fimbriam. Habuimus ergo
reverenciam. Videamus confiden
ciam dicebat enim intra se. Si
tetigero tantum vestimentum
eius salva ero. Vere confidencia
miranda. quia solo tactu dominica
vestimenta sanari credidit quam
nulla medicorum cura. nulla hu
mane artis industria. nulla me
dicamentorum suffragia potuerant
liberare. Unde Remigius. In hoc
fides eius est admiranda. Cernia
desperans de salute medicorum
in qua omnia sua erogaverat
ut ogarius dicat intellexit celestem
adesse medicum. et in eo suam
intencionem collocavit. ideoque sa
nari promeruit. Vel aliter
potest hec pars exponi ad commendacionem
fidei mulieris istius. fides enim
perfecta est quando per ipsam corde
creditur ad iusticiam. ore fit con
fessio ad salutem. et opere perficitur
quod fides dictat ergo corde corde

et confiteri ore et exequi opere perficiunt fidei initium. Ista autem corde credidit ideo accessit. opere complevit ideo tetigit fimbriam. ore confessa est ideo dicebat intra se etc. Et hoc est quod breviter insinuat quedam glosa. Credidit dixit tetigit quia hiis tribus fide verbo et opere omnis salus acquiritur. Vel aliter hec mulier insinuatur veniens fidelis et religiosa. Primo fidelis quia accessit. fides enim ipsam adduxit ad christum veniens autem quia retro venit et quia tantum extremam partem domini vestimenti tetigit. Sed religiosa quia tantum de christi virtute concepit ut diceret intra se. Si tetigero tantum fimbriam etc. Deinde cum dicit. at Jhesus conversus etc. manifestat optate salutis integritatem. ad quam concurrere videtur. clemencia confidencia et evidencia. Clemenciam manifestat conversio de qua dicitur conversus. glosa a iudeis ad illam. Et videns eam per illam sanatam quo modo sperabat se videri psalmista dicens. Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. Confidenciam manifestat excitacio. quia dicit confide filia. Erat enim pusillanimis quasi furtive beneficium accepisset. Et ideo confortans eam dicit. Confide. sed ad confidenciam provocat prima benignitas. ideo addidit filia. vere filia quia fides

fecerat adoptivam. Et ideo ideo filia quia facta christo fidelis. Sed evidenciam manifestat declaracio sive publicacio. de qua subiungitur. fides tua te salvam fecit quia exquo tetigit fimbriam vestimenti dominici credens quod illo tactu sanari debet festinum consecuta est sanitatem sicut subiungitur. Et salva facta est mulier ex illa hora. Non quidem ex illa hora qua dictum fides tua etc. Sed ex illa hora qua tetigit fimbriam vestimenti ut bene ostenditur Marci v. ubi sic dicitur. Et tetigit vestimentum eius et confestim siccatus est fons sanguinis eius et sensit corpore quod sanata esset a plaga. In qua celeritate sicut dicit yllarius. magna virtutis divine est admiracio. cum potestas scilicet divina intra corpus manens rebus caducis scilicet vestimento christi efficaciam addit sanitatis et usque in vestium fimbrias operatio divina procedit. Sed quereret aliquis. Quare dictum sit ei. Confide que tantam fidem habuit de christo ut crederet ex tactu vestimenti eius. ymmo ex tactu solo fimbrie ipsius vestimenti sanari. Ad hoc dicendum est. Primo quod hoc dictum est ei ad vigorandam eius pusillanimitatem sicut tactum est in exposicione supius. Secundo dicit. ei ad

animandum ipsam ad robur et
perseveranciam fidei · ut in fide
cresceret et perseveraret · unde
Rabanus Robur et perseveranciam
fidei ab ea expostulavit ut ad
eternam et veram perveniat salutem
· 3° hoc dicit ad commendacionem
et manifestacionem fidei eius
Et ideo sicut dicit Jeronimus
Non ait quia fides tua te salvam
factura est sed salvam fecit
quasi dicat · Eo quod credidisti iam
salva facta es · 4to dicit hoc
ad removendam imperfectionem fidei
eius · Si enim perfectam fidem
habuisset de Christi deitate · non pu-
tasset Christum latere potuisse · quod sa-
nata esset per tactum · quia ergo
perficienda erat in ea fides inchoata
ostendit Christus quod eum latuit non quod
factum fuerat · Et simul cum
hoc insinuavit se cognoscere
cogitaciones cordium et iste due
sunt raciones Crisostomi · Patet igitur
quare dictum est ei confide
Sequitur tercia pars principalis
ewangelii · Et cum venisset Ihesus
in domum · In qua introducit
ewangelista Christum tamquam deum et hominem
mirabiliter resuscitantem · ubi
occurrerunt tria per ordinem
describuntur enim · Primo attes-
tancia actum resuscitacionis · 2°
Contrariantia ipsum Et cum
ejecta esset · 3° Consequencia cum
ibi Et exiit fama hec · Attenden-
da sunt quatuor · primum est
loci et temporis qualitas · secundum

est excludende consuetudinis vanitas
3m · operis desiderati facilitas · 4m est
humane incredulitatis fatuitas
Qualitas loci et temporis ostenditur
hiis verbis · Cum venisset in domum
principis · Ubi tempus nobis insi-
nuat quod aliquam moram contraxit
in veniendo quia prius in veniendo
sanavit eam que sanguinis fluxum
paciebatur · et aliquam moram con-
traxit antequam veniret ad domum principis
ut interim puella nunciaretur de-
functa et sicut factum est Luce viii ·
manifestatur · hiis verbis · adhuc
illo loquente scilicet Christo ad mulierem
sanatam · venit quidam ad principem
sinagoge dicens · ei · Quia jam mortua
est filia tua noli vexare magistrum
Et hoc est quod dicit Crisostomus · Consi-
derandum est autem quod propter hoc
tardius vadit et plurima loquitur
mulieri curate · ut permittat mori
puellam et sic manifesta fiat
resurrectionis demonstratio et simili-
ter in lazaro usque ad tertiam diem mansit
propter eandem causam · Consuetu-
dinis vanitas excluditur cum ad-
jungitur · Et cum audisset tybicines
et turbam tumultuantem dicebat
recedite · Sicut enim dicit Augustinus
more veteri Tybicines ad exci-
tandos luctus in mortuis ferebantur
adhiberi que consuetudo magis
sapiebat vanitatem · quam utilitatem
Et ideo Christus ipsam excludens dixit
recedite · ac si diceret eis illud Job
xvi · Recedite quia consolatores

onerosi omnes vos estis. Nunquid
habebunt finem verba ventosa
Facilitas operis desiderati ostenditur
quando adiungitur. Non est enim
mortua puella. sed dormit. quasi
dicat secundum Rabanum. vobis quidem
mortua est michi autem dormit
et ideo sicut facile est dormientem
suscitare. ita facile est michi eam
tam in corpore quam in anima revo
care ad vitam. Quemadmodum
enim dicitur Jo. v. Sicut pater sus
citat mortuos. ita et filius. quos
volt resuscitat. Et hoc verum est
etiam de resuscitatione corporali
Verum similiter est de resuscita
tione spirituali. iuxta illud apostoli ephe.
v. Surge qui dormis et exurge
a mortuis et illuminabit te christus
Sic ergo puella vere mortua
christo dormiebat. quia tam facile
poterat eam revocare ad vitam
sicut excitare poterat dormientem
Sed fatuitas humane incredulitatis
ostenditur cum additur. Et deridebat
eum. Sapiencia huius mundi repu
tat stulticiam ea vero que videt non
conformari cursui naturali sicut
dum mortuari mori. et similia
Et econtrario reputat stulticiam
quod mortuus possit tam faciliter
revocari ad vitam quam faciliter
potest dormiens excitari a sompno.
Quapropter siquis dicat de eo quem
scit veraciter mortuum. non est
mortuus. sed dormit. derident
eum tanquam nescientem quid

dicat. Et hinc est quod homines
animales qui convenerant ad
filiam archisinagogi. attendentes
eam vere mortuam secundum
carnem. nec tamen cognoscentes
quod qui dicebat non est mortua
puella. sed dormit potest faciliter
ad vitam revocare defunctam
deridebant eum iuxta quod dictum
est. Job xii. deridetur iusti sim
plicitas. Et attendendum est
sicut dicit Crisostomus. Et non incre
pavit derisores. ut ipsa derisio
et tybie. et alia universa. demon
strent mortem. Quia enim mul
tociens postquam facta sunt
miracula. non credunt homines
ideo ante convincit eos. propriis
dictis et responsionibus. ut postea
negare non possint factum re
quod ita vero non poterat. Sicut
in lazaro cum dixit. ubi posuistis
eum. ut qui dixerunt veni et
vide. et quia fetet. et quia quatri
duanus est. non amplius pos
sent negare quin mortuum
suscitavit. et ita et hic non
possunt dicere quin suscitavit
mortuam. qui prius scientes
quod vere mortua erat. deridebant
dicentem quod dormiret. quod bene
lucas notavit qui dicit deride
bant eum scientes quia mortua
est. habemus ergo adveniencia
Secunde cum dicitur. Et cum
eiecta esset turba. etc. ponitur

concomitancia que tria sunt. Quo
rum primum est quia indignos
excludit. 2m concomitancia ydoneos ad
mittit. 3m concomitancia mortuam vite
reddit. Est ergo primum conco
mitancia indignos excludit
Et hoc quando turbam eicit Et
cum eiecta esset turba non enim
erant digni ut viderent misterium
resurgentis. Dicit autem Jeronimus
Qui resuscitantem indignus de
cumeliis irridebant. Dicit enim
Margarite preciose non sunt
porcis exponende quia res p
ciosa contempnitur et conculca
retur et nulla utilitas proveni
ret ex ipsis ita secreta misteria
fidei non sunt irrisoribus propal
landa. Secundum concomitancia
est. concomitancia ydoneos admittit. quia
intravit scilicet dominus. Dicit
enim Lucas et Marcus adiungit
Introduxit secum petrum iaco
bum. iohannem. patrem ac matrem
puelle. In qua re advertendum No.
est primo quod paucos assumpsit
coram quibus impleat miracu
lum resuscitacionis. quod facit propter
tria. Primo propter documentum
dandum ut nos instruat quod in
nostris operibus debemus vanam
gloriam declinare. nec aliquid
ad ostentacionem facere. 2o ut
non doceat quod quando nos volumus
magna et excellencia dona a
domino impetrare. quietem

et occultam a turbinibus vitam
queramus. Unde Theophilus. Mortuum
autem suscitaturus eicit omnes.
quasi nos docens absque inani gla
re. et nichil ad demonstracionem i. ob
stentacionem facere. Et quod cum
quis debet miracula impetrare
non decet ipsum esse in medio plu
rimorum sed solitarium et ab aliis separatum. Tercio
hoc facit propter exemplum. ut eius
exemplo discamus quod quociens
aliqui nobis invident non propalemus
coram eis nostras operaciones. nec
virtutes ne ipsis maioris invidencie
materiam tribuamus. Et ideo hic
adiungit supradictus doctor. Non
enim volebat predictum miracu
lum pluribus ante ipsos revelare
forte propter invidiam iudeorum. Sic
et cum quis nobis invidet. non
debemus iusticias nostras ei revelare
ne ei maioris invidie occasio tribuatur
Tercio advertendum est. quos as
sumpsit. scilicet petrum iacobum
et iohannem. patrem ac matrem
puelle. Nam illos tres discipulos.
et non alios. Ideo assumpsit hos
et in transfiguracione. ut aliis
discipulis prebeatur occasio pro
ficiendi et ad culmen sanctitatis
attingendi. Petrus enim alios
transcendit in fervore fidei Jaco
bus in quodam amore singulari
Christi. Johannes vero in puritate
et in innocencia mentis et corporis
Unde Crisostomus. Eos autem discipulos

non assumpsit provocans eos ad appetitum maiorem. ob id quoque quod non erant plene dispositi. et ut alii istos imitentur. Parentes autem puelle assumpsit in testimonium tenende resurrectionis. seu resuscitationis. Tercium deo mirabilis est quod mortuam vite restituit. de qua additur. Et tenuit manum eius et surrexit puella. Secundum Marcum dixit Thabitacumi. Et lucas significatum huius exprimens ait ipsum dixisse puella surge. Sit ergo virtute tactu qua tenuit manum eius. virtute etiam imperio verbi dixit puella surge. ut per tactum exprimens veritatem carnis humane cui virtus sanandi collata erat a deo. Et per vocem imperiosam exprimens veritatem potestatis divine manifestet veritatem congruentem utriusque nature at per hoc argumentum fidei prebeat credituris. quod neque potentiam deitatis imbecillet humanitas nec veritatem carnis excludat divinitas. Deinde cum dicit. Et exiit fama hec in universam terram illam. describit id quod fuit consequens ad miraculum. scilicet fame claritas que de ipso diffusa est propter suscitacionem puelle. quam famam causavit huius operis novitas. facilitas. et singularitas. Novitas quidem. Quia secundum ordinem evangelistarum. ista fuit prima que per Christum de morte

resuscitata est ad vitam et sic novitatem includit. Facilitas autem quia sic per Christum redditur de morte ad vitam. sicut per alium de sompno ad vigiliam revocatur. Tercio singularitas. quia hoc fuit singulare et proprium Christi salvatoris resuscitare imperando. Ceterum si alii ut helyas vel helyseus aliquos restituerunt vite hoc fecerunt orando. hic autem Christus effecit precipiendo. Allegorice autem exponitur prius eciam eo modo quo ipsum exponens. Beda super lucam capitulo xxxviii. dicit quod principem istum. nullus alius melius potest intelligi quam Moyses qui bene vocatur Yayrus. i. illuminans quia Moyses illuminatus a deo ceteros alios illuminavit. accepit enim verba vite dare nobis. huius filia recte significat synagogam pro qua rogaturus moyses cecidit ad pedes Ihesu quia misterium incarnationis intelligens donatus sperando per ipsum synagogam posse ab operibus mortuis ad vitam gracie revocari. et hoc quando hec filia fuisse dicitur duodennis. i. eo tempore quo synagoga debuit sobolem deo generare virtutum. Et sicut adiungit Rab. ad hanc principis filiam. dum properat dei verbum. ut filios

ysrahel saluos faciet. Ecclia ex gentibus congregata pariter alijs percipit sanitatem. Agitur autem gentilitas significatur per mulierem que fluxum sanguinis patiebatur quia totaus virtutis et prudentie naturalis studium effundebat ad vitam huius fluxabilis vanitatis et ydolatrie cultum. Et hec accessit retro quia non vidit dominum in carne sed per actus sacramentis incarnacionis et eciam resurreccionis quasi retro se mentis xpm cognouit. Cuius et fimbriam vestimenti tetigit quia per fidem incarnacionis eius quasi palpando eum cum non videat faciem xpo adhesit. Quo facto sanata est. Ecclesia post acceptam fidem non iam ad ydolatriam defluere studuit sed in diuinis veri dei cultu stetit. Postmodum autem iam synagoga prauitatem erroris defuncta. Venturus est dominus ad domum ysrahel. et in diuina te collecta lege cum eius libris atque moyse cum apostolica doctrina quasi assumptis aliquibus apostolis et matre et patre synagoge ipsam restituet ad vitam quod in fine mundi credimus euenire. Moraliter autem princeps iste sit illud quod in anima racionali dominare preparari debet. scilicet superiorem partem racionis. Cuius filia mortua est quando inferior eiusdem racionis pars peccatis infecta est per consensum deliberatum mentis in consciencia. et tunc mulier que fluxum sanguinis patitur significat sensualitatem que ad fluxum intemperancie prona est racione eciam infecta. Racione autem ad dei manum recurrente et deo eidem incipiente condescendere autem statim in parte sensitiua incipit fluxus vanitatis sanari ita quod inchoat homo quodam temperanciam ab illicitis per que prius effluebat inaniter et iam memor illius diuina verbi. Qui vult venire post me abneget semetipsum et voluntariam sobrietatem ut xpm imitetur assumit. sperando quod si ei possit appropinquare uel modicum perfectam recipiet sanitatem ac si accedens retro tangat fimbriam vestimenti eius et dicat intra se. Si tetigero tantum fimbriam eius saluus ero. Ad quem conuersus saluator per gratiam quasi se vultus benignitatem exhibens eidem dicat illi quem per gratiam adoptat in filium. Confide quia fides tua te saluum fecit. Quo facto ingreditur huius mentis conscienciam quasi domum principis et eiecta inde turba vanarum affeccionum ac cogitacionum introducat in eam constanciam fidelitatis petri. caritatem

iacobi· et puritatem iohannis·
atque claritatem intellectus· et
rectitudinem affectus· tanquam
consciencie illius parentes· et
tenens manum eius per tactum
sue inspiracionis ad vitam gracie
reuocat· animam que iacebat.
mortua· peccati consensum quo·
facto cognoscatur efficacia virtutis
altissimi ad conferendam salutem
hic per graciam et in futuro·
per gloriam· Ad quam etc

Cum videritis abhominacionem
desolacionis etc. que
dicta est a daniele
propheta etc. Matthei xxiiij. Inter cetera
que sunt utilia hominibus est previsio
periculorum eo quod previsa possunt
melius evitari. Iterum inter
omnia que sunt eis necessaria est pre
muniri contra errores. Tercio eisdem
erroribus hominibus valde carum
esse debet cognoscere signa finalis
consummacionis mundi. Propter quod tamen
discipuli audiens periculis et cladibus
venturis super civitatem iherusalem
que xpistus eis predixerat. Triplicem
moverunt ipsi domino questionem
Matthei xxiiij. dicentes dic nobis. Quando
hec erunt. Et quod signum adventus
tui et consummacionis seculi. Ad qua
triplicem questionem salvator tribus
ex solucione prima premunit eos contra
pericula. Ex solucione secunda premunit
eos contra errorem. Ex solucione
tercia dat eis certa signa finalis consu
macionis. Et hoc est quod dicit presens
ewangelium. Cum videritis etc. Circa
quod propter eius prolixitatem primo
litteralem eius assignare intellectum
postremo inde allegoricum seu mo
ralem intentum ordinare intendo.
Quantum igitur ad litteralem intellectum
ewangelium habet partes tres. Primo
namque predicat futuram tribulacionem
Cum videritis abho. Secundo premunit
contra erroris involucionem. Tunc
si quis vobis dixerit ecce hic. Tercio
concludit mundi consummacionem.
Statim autem post tribulacionem dierum
illorum. Predicendo autem futuram
tribulacionem primo commemorat illius
temporis signum. Secundo adhibet contra
tribulacionem remedium. Tercio ostendit eiusdem
tribulacionis excessum. Secunda est ibi.
Tunc qui in iudea sunt. Tercia ibi. Erit
enim tunc tribulacio magna etc.
Dicit ergo primo commemorando signum
future tribulacionis. Cum videritis
abhominacionem desolacionis que dicta
est a daniele propheta. stantem in loco
sancto qui legit. scilicet propheciam illam
intelligat scilicet scripturam. Ubi primo videndum
est quod sensus istius verbi talis
est. Cum videritis abhominacionem
id est statuam vel ydolum abhominabile
stare in loco sancto. Ad quod dicit
quidam sicut recitat magister in hys
toriis quod hoc debet intelligi de
ymagine Tyberii cesaris quam
pylatus posuit in templo. quam
opinionem magister reprobat dicens quod
hoc iam factum erat quando xpistus
ista dicebat. Ideo dicunt alii hoc
debere intelligi de ymagine adriani
cesaris que posita fuit in sancta
sanctorum. Extrema ergo vestigia
hoc modo. eversa iherusalem per tytum.
Adrianus statuam suam posuit
ubi archa steterat scilicet in sancta sanctorum.
Extrema ergo vestigia quedam civitatis
remanserant. Iudei qui latuerant
congregati aliquando veniebant ad
locum ipsum et sic multiplicati
deiecerunt statuam. ob quam causam
adrianus apposuit extrema manu
et funditus civitatem evertit gen
temque ipsam penitus dispersit per
orbem. hec ergo statua signum
fuit excisionis desolacionis quia Luc. xxj.
positum est signum. non ipsa sta
tua sed exercitus qui accessit. dicit
enim ibidem sic. Cum autem

videritis ab exercitu circumdari ierlm
tunc scitote quia appropinquabit deso-
latio eius. ¶ Jeronimus tamen dicit
quod tam de statua cesaris posita in
templo per pylatum quam de statua
adriani posita in sancta sanctorum
potest hec abhominacio intelligi. ¶ 3o
videndum est. quomodo dicta est
a daniele propheta legitur enim sic
danielis ix. Et civitatem et sanctuarium
dissipabit populus cum duce venturo
et finis eius vastitas. et post belli
finem statuta desolacio. Con-
firmabit autem sed pactum multis.
Ebdomada una et in medio
ebdomadis deficiet hostia et sa-
crificium. Et in templo erit abhominacio
desolacionis. et usque ad consummacionem
et finem perseverabit desolacio. Sic
ergo litteralis exposicio de abhominacione
desolacionis tam in prophecia quam in
ewangelio debet intelligi de aliqua sta-
tua posita in templo tempore eversionis
iherusalem. ¶ Deinde cum dicit. Tunc
qui in iudea sunt etc. adhibet contra
futuras tribulaciones remedium
Ubi primo generaliter describit re-
medium. ¶ 2o specialiter manifestat pe-
riculum. ¶ 3o indicit salubre consilium
2a ibi. Ve autem pregnantibus
3a ibi. Orate autem. ¶ Describit ergo
generaliter remedium dicens. Tunc
qui in iudea sunt fugiant ad montes.
hoc enim factum est quo ad fide-
les. Sicut enim ecclesiastica nar-
rat hystoria. omnes christiani qui
erant in iudea appropinquante destructione
iherusalem ammoniti divino oraculo
longius recesserunt et transeuntes
iordanem venerunt in pellam civitatem
et ibi sub dominio agrippe qui parebat
romanis salvati sunt. ¶ Sequitur

Et qui in tecto non descendat tollere
aliquid de domo sua. Insinuat enim
ex hoc salvator subitam superventionem
obsidionis ne quis propter occupaciones
rerum temporalium quis deprehendatur
in civitate dicit. Et qui in tecto etc.
Unde sicut dicit Crisostomus eligibilius
est nudo corpore salvari quam
in domo manere ut tollatur vesti-
mentum comprehendi. Sequitur
etiam. Et qui in agro non revertatur
tollere tunicam suam. quod eodem
modo ad celeritatem fuge dinoscitur
pertinere. Si enim qui sunt in civitate
exire iubentur et fugere multo
magis qui extra sunt non debent
reverti ad ipsam. ¶ 2o manifestat
quoddam speciale periculum dicens. Ve
autem pregnantibus et nutrientibus
in illis diebus. Et quidem propterea
dictum est quia periculose mulieres tales
inhabiles sunt ad fugam. pregnan-
tes autem propter oneris gravitatem
nutrientes autem propter curam nutri-
endi filios quos difficile est secum
portare fugiendo et inhumanum est
eos relinquere. difficulter potuit
evadere pericula [illegible] ventura. ¶ 3o
autem addicit salubre consilium
subdens Orate autem ut non fiat
fuga vestra yeme vel sabbato. In
yeme duricia frigoris prohibet
ad solitudines pergere et in montibus
desertis latitare. In sabato autem
observancia legis prohibet plus quam
miliare ambulare. Itaque fugere
yeme difficile est propter gravitatem
temporis. sabbato illicitum propter
preceptum legis. remanere periculosum
propter periculum obsidionis. Orandum
ergo dicit salvator ut tali tempore
fuga incidat quo et fugere sit
possibile et ambulare lex non

prohibeat. ¶ Notandum est q ex
hoc verbo orate autem rc mai
datur intelligi q euasio piculoru
tamen quantum ad tempus q ptinet
ad modum dei donum est et sic
gratis orantibus impetratur ¶ Deinde
cum dicat. Erit enim tunc tribula
tio describit eiusdem tribulacionis
excessum circa q primo introducit exces
sum. 2o remedium. 3o initium ¶ Exces
sum quidem introducit dicens. Erit
enim tunc tribulacio magna qualis
non fuit ab initio mundi usque modo
neque fiet ¶ Dubitari pt quomodo
verum sit q tempore destructionis
iherlm fuit talis tribulacio qualis
non fiet. Quidam enim dicunt q tpe
antixpi maxime tribulaciones erunt
in ecclia ¶ Ad hoc videtur et bene
q non est hoc dictum intelligendum
respectu omnium gencium sed respectu
solum gentis iudayce. Illi enim
genti talis fuit tribulacio pdicto
tempe qualis nunquam eidem genti
est futura. Et iste intellectus expr
luce xxi. Erit enim pssura magna
sup terram et ira pplo huic et
cadent in ore gladii et captiui du
centur in omnes gentes. Nam
et Josephus pdictorum om
testis quia prius fuit qui iudaycam
scripsit ystoriam talia mala dicit illi
pplo tunc accidisse ut vix credibi
lia videantur. et q dicitur q tempe
antixpi maiores erunt tribulaciones
videt aug ad hesicium dicens
q si ille pplus antixpm premittens
et papue receptus est potuit
factus est tunc tribulaciones
aliis q passurus ¶ 2o adiungit
remedium dicens. Et nisi breuiati
fuissent dies illi non fieret salua
omnis caro ¶ Ubi primo videndum
est qualiter illi dies dicantur

breuiati. Et dupr intelligi pt
uno modo ut pro diebus intelligantur
mala que illis diebus accidere
debebant ut sit sensus. illi dies
abreuiati sunt .i. mala illorum tu
dierum fuit diminuta. istum intel
aug. Ubi supra satis approbat dicens
crudam aut conuenienter intellexisse
michi videntur mala ipa significata
ta nomine dierum sicut dicti sunt
dies mali in aliis scripture diuine
locis. Nec enim ipi dies mali sunt
sed ea que fiunt in eis ¶ Aliomodo
possunt intelligi dies illi abreuiati
non quo ad duracionem cuiuslibet
diei in se ut q aliquis ipsorum
factus est breuior sed quo ad numerum
quia scilicet facti sunt pauciores. ut
citius mala ista finirentur ¶ 2o videndum
est quid vult dicere illud q sequitur
non fieret salua omnis caro ¶ Ad quod
dicendum est q omnis caro significat
omnem hominem viuentem in carne
in iherusalem tempore belli moti
contra ipam a romanis ita ut sit
sensus. si multo amplius durasset
bellum romanorum aduersus iherlm
omnis caro non fieret salua .i. nullus
viuens in carne in iherusalem fu
isset ab illa cede saluatus ¶ Sed quia
ibi erant aliqui credentes in xpm
qui adhuc non credebant qui tamen
p diuinam pdestinacionem erant
electi igitur additur initium sal
uacionis multorum cum dicit. Sed
propter electos breuiabuntur dies
illi. Ubi attendas quanti valitas
sit malis q inter eos sint aliqui
boni. nam mala que iuste malis
debentur sepe abreuiantur intuitu bo
norum quia cum eis sunt ¶ Aliquando
etiam totaliter parcitur malis si
inter ipos reperiantur aliqui boni
sicut pz Gen xviii. Ubi dns. dixit
abrahe q si in sodomis gomorris

invenient aliquos bonos parcet
omnibus illius civitatis propter eos
Attendas .2o. qualiter salvator non
expiamitate a calumpnia fuorum
defendit posset enim aliquis dicere
iudeorum propter nomen xpi quod predi
catum est in iudea Romani tanta
mala fecerunt in iherusalem contra
quod salvator audit quod propter xpi electos
mala eorum abreviata sunt . Et
ideo dicit augustinus . ad hesician
non debemus ambigere quando cu
pa est iherusalem fuisse in illis populos
electos dei qui ex circumcisione
crediderunt vel fuerunt credituri
electi ante mundi constitucionem
propter quos breviarentur dies illi
ut tollerabiliaria mala fierent
Sequitur 2a pars principalis ewangelii . Tunc
si quis vobis dixerit etc. In qua
ponit xpus discipulos medelam commendis
introduccionem . scilicet ne inducantur
in errorem de eius adventu secundo
unde crisostomus sic continuat partem
istam ad precedentem . Cum con
plesset dominus illa ea que de iherusalem
sunt ad summum de certo pervenit ad
vestrum . Et dicit eis signa non illis
solum solum sed et hiis omnibus
qui post nos erunt . Circa partem
autem istam sic procedit . Primo
primo introducit quandam admonicionem
Tunc si quis vobis dixerit etc. 2o
admonicionis occasionem . Surgent
enim pseudo xpi etc. 3o admungit
sui adventus manifestacionem
Sicut enim fulgur exit . Introducit invenientibus
ergo primo quandam admonicionem
dicens . Tunc si quis vobis dixerit
Ecce hic est xpus aut illic nolite
credere etc. autem ponit ibi quod
secundum adverbium temporis dicens .
Tunc si quis vobis etc. Tribus
modis potest intelligi . Uno modo ut
referatur ad tempus de quo dictum
est modicum supra . Erit enim
tunc tribulacio magna etc. In ista
quippe tribulacione quam passi
sunt iudei non defuerunt qui dicerent
se xpum esse debentem eos liberare
de malis imminentibus contra .
talem igitur errorem salvator
instruens discipulos dicit . Tunc
si quis vobis etc. glosa . tunc in illa
pressura Alio modo potest intelligi
ut ly . tunc referatur ad tempus
de quo quesierunt discipuli
in principio capituli ex quo . ewangelium . hoc
sumptum est . dicentes . Et quod
tempus adventus tui . Ad hanc
enim questionem xpus tendens dicit
Tunc scilicet quando erit tempus mei
secundi adventus . Si quis vobis
dixerit ecce hic est xpus etc. Et
hoc modo tam crisostomus quam Jeronimus
continuant ewangelium . Crisostomus quidem
sic dicit . Tradans eis signa sui secundi
adventus de loco eos certificat
et de seductoribus . non enim sicut
in priori adventu in Bethlehem
apparuit et in parvulo angulo
orbis terrarum et nullo sciente
a principio ita et tunc erit sed mani
feste veniet ita quod non indigeat quod aliquis
eius adventum annunciet . 3o .
modo potest intelligi quod ex predictis
duobus sensibus fiat unus . scilicet
sic Tunc videlicet predictis tribula
cionibus immutabilibus non ex
datis quod sit propinquus meus sensus
ad secundus adventus . Saepe enim
homines videntes insolitas tri
bulaciones facilius inclinantur
ad credendum quod finis mundi propinqui
sit ne igitur propter magnitudinem

tribulacionum et etiam novitates
decipiantur ab aliquibus dicentibus
finis mundi est prope et xpus
iam est in tali vel tali loco. Ideo dicit
Ecce predixi vobis. Dixit ergo etc. Idem
enim dicit: Surgent enim etc. Adiungit
admonicionis occasionem. Circa
quam primo introducit predictam
occasionem sive racionem. 2º concludit
priorem admonicionem ibi: Ecce predixi
vobis. Adiungit ergo admonicionis
predicte occasionem sive racionem dicens:
Surgent enim pseudo xpi et pseu
do prophete et da. sig. et prodi. ita
ut in er. in du. si fieri potest etiam
electi. Et si dicat: ante meum 2m
adventum surgent pseudo xpi et
pseudo prophete et dabunt signa etc.
etiam hoc autem fient maxime
tempore antixpi. Ubi tria per ordinem
consideranda sunt: primo quomodo intelligi
debet hoc quod dicit: Surgent enim
pseudo xpi et prophete. 2º de hoc
quod dicit: Dabunt signa etc. 3º de
illo quod addit: ut in errorem inducantur
etc. Quantum ad primum sciendum
est quod grece idem est pseudo quod
mendax vel falsus. Quia igitur
omni tempore post mundum ceterus primum
tunc apparuerunt falsi xpi et
falsi prophete. Ideo bene dicitur: Sur
gent enim pseudo etc. Verum
quia tempore antixpi potissimum
multi tales apparebunt, ideo tunc
plurimum verificabitur verbum predictum.
Unde Isidorus libro de antixpo loquitur
et de quibusdam eius ministris
quos pseudo xpos et pseudo prophetas
appellat quales et tempore apostolorum
multi fuerunt. Sed ante secundum
adventum xpi erunt multi potioribus

amaciores. Quantum ad 2m scilicet
dabunt signa magna et prodigia.
Sciendum est primo quod signa
magna dicuntur propter excellenciam
et magnitudinem eorum que fient
ab eis. Prodigia autem dicuntur propter
hoc quod insolita erunt. Unde prodigia
quasi procul a digito, id est rara, est que
alias digito non poterit demonstrari.
2º sciendum circa hoc quod hec signa
que fient a ministris antixpi. Sicut
non per virtutem quam deus eis contulit
sed potius quadam potestate malig
norum spirituum quam deus permittit
eis in creatura inferiori operari. 3º
sciendum est quod propter signa illa
nullus debet ab eis seduci tanquam
existimans eos dei servos. Sicut
enim dicit Augustinus: hic nos admonet
xpus ut intelligamus quedam
miracula etiam scelestos homines
facere qualia sancti facere non
possunt, nec tamen ideo potiores
illi apud deum arbitrandi sunt.
Non enim acceptiores erant deo
quam filii israel magi Egiptiorum, quia
non poterat ille populus facere
que illi faciebant, cum Moyses
in virtute dei maiora potuit.
Quantum ad 3m scilicet ut in errorem
inducantur etc. Sciendum est quod per
hoc verbo volt xpus ondere quam
periculosum erit tempus illud in quo
pseudo prophete et nuncii antixpi erunt
in mundo. Nam talia signa factura
sunt ut non tantum pravi decip
iantur ab eis, verum etiam electi
deciperentur nisi divina gratia qua
electi sunt eos ab errore defen
deret. Sciendum est 2º quod electi
illius temporis erunt constituti

inter duo. inter stuporem signorum
et constanciam ac veritatem fidei
propter stuporem quod inducet ex sig
nis cor eorum cum turbetur propter
firmitatem fidei a veritate non re
cedent. unde Gregorius libro xxxiij moral.
cor electorum et trepida cogi
tacione concutitur et tamen eorum
non movetur constancia, vita enim sua vos
utrumque complexus est quasi enim
errare est in cogitacione titubare
sed si fieri potest subiungitur estima
cioni non potest ut in errorem capiantur
electi. ¶ Deinde cum addit. Ecce
predixi vobis. Si ergo dixerint
vobis. Ecce in deserto est nolite
exire. Ecce in penetralibus nolite
credere. Sermo enim veritatis firmare
debet cor auditoris ut non sit levis
ad opera vel ad opinionem. Ex hoc
igitur quod Christus predicat veritatem
temporis antichristi non debet homo
esse levis ad sequendum quoscumque
Ideo bene dicit Nolite exire nec
etiam debet esse levis ad opinandum
propter quod addit Nolite credere. qui
enim cito credit levis est corde.
¶ Deinde dicit. Sicut enim fulgur
exit. adiungit sui adventus mani
festacionem. maxime clarum. ad
modum eius potentissimi et sub
itaneum. ubi primo introducit
manifestam Christi apparicionem. Secundo
electorum congregacionem. hic Ubicumque
fuerit corpus etc. ¶ Describit ergo
primo manifestam Christi apparicionem
dicens. Sicut enim fulgur exit
ab oriente et paret usque in occide
tem. ita erit adventus filii hominis
Ubi videtur reddi racio. Quare
non est credendum dicentibus
Ecce Christus est in deserto vel
in penetralibus. Sicut enim admodum
fulguris erit eius adventus non
erit occultus ut sit in penetralibus
nam fulgur ab suum radio splendorem
se ipsum publice manifestat. Unde
Ezechielis primo dictum est de animalibus
illis que eorum doctrine claritatem
figurant animalia ibant et reverte
bantur in similitudinem fulguris
coruscantis. Item si admodum ap
parencie eiusdem fulguris qui
est ab oriente in occidens erit
Christi adventus. iam non debet queri
in deserto vel in aliquo singulari
loco quia erit omnibus manifestus
unde Jeronimus dicit quod secundus
adventus non in humilitate ut prius
sed in gloria demonstrandus est. stul
tum est itaque eum in parvo loco
vel in abscondito querere qui tocius
mundi lumen est. ¶ Sciendum est
quod convenit Christus suum adventum
secundum. assimilat fulguri quia
sicut fulgur numquam apparet
nisi quando est nubium et obscu
tenebrositatis ita Christus tunc apparebit qui erit ritatum, et per secundum in talia
tempestas. ¶ 2° introducit electorum
congregacionem dicens. Ubicumque fuerit
corpus illic congregabuntur et aquile
¶ Circa quod primo sciendum est quod
convenienti exemplo manifestatur
congregacio electorum fienda tempore
secundi adventus ad Christum. Sicut
admodum enim aquile desiderio
cibi attracte celeriter ad cadavera
volant. Ita electi eterne societatis
desiderio affecti subito congregabuntur
in fine mundi ad Christum propter quod
dicebat psalmista satiabor cum ap
paruerit gloria tua. ¶ Sciendum
est secundo quod non dicit ubicumque

fuit deus. sed corpus significans
quod illud corpus in secundo adventu
visibiliter apparebit quod ipse dei
filius de natura humana suscepit
illic ergo cum propriis corporibus
localiter congregabuntur electi
ubi erit christus corporali presentia con-
stitutus. Sciendum tertio quod secundum
Ieronimum hoc verbum corpus transla-
tum est ab hoc verbo ioathon
quod significantius exprimitur per
cadaver quam per corpus unde christus
dicitur. Ubicumque fuit cadaver.
Et hoc dictum est ad insinuandum
quod in eodem corpore apparebit christus
in secundo adventu quod intravit ianuam
mortis se ponit sive ponit potuit
dici cadaver ostendens visibiliter
signa illa in suo corpore quibus
mediantibus suscepit mortem.
Sciendum quarto quod yllarius ex hoc
verbo notat locum ubi debet
christus in secundo suo adventu appa-
rere scilicet locum ubi suscepit mortem
ut digne illuc illic claritatis
adventus expectetur ubi nobis
gloriam eternitatis passione
humilitatis operatus est. Sciendum
etiam quod convenienter nominat electos
per aquilas quia admodum aquilarum
libertatem liberalitatem caritatis
habuerunt in vita regularita-
tem et sublimitatem in affectu
tanquam in volatu necnon et
admodum aquilarum renovati
sunt tam baptismate quam penitentie
sacramento. Sequitur tertia pars principalis
in qua ostendit finalem consumationem
dicens. Statim autem post tribu-
lationem etc. Circa quod sciendum

videre. Primo signorum premi-
tatem. Statim autem etc. Secundo simi-
litudinis congenitatem ibi ab ar-
bore fici. Tertio certitudinis firmitatem
ibi amen dico vobis etc. Describit er-
go primo signorum proximitatem
dicens. Statim autem post tribulationem
dierum illorum. hoc est post tri-
bulationem dierum antichristi et persecu-
tionem et pharum que futura est in con-
summatione seculi que tribulatio
maxima erit multis exterminatoribus
deceptoribus et persecutoribus statim
incipiet fieri que secuntur. Sol
obscurabitur etc. Ubi novitatem
signorum ostendit futuram. primo
(in margin: ^ inmutationem) circa signorum celorum quia sol
obscurabitur et luna non dabit
lumen suum et stelle cadent de
celo. etc. Secundo circa affectus angelorum
quia virtutes celorum movebuntur.
Tertio circa instrumentum nostre redemp-
tionis. Unde textus et tunc apparebit signum
filii hominis. Quarto circa statum humani generis
unde et tunc plangent omnes
tribus terre. Quinto circa presentiam re-
demptoris. unde et videbunt fi-
lium hominis etc. Sexto circa opus
resurrectionis. unde et mittet
angelos suos etc. Quantum autem
ad primum predictorum signorum
scilicet sol obscurabitur etc. qualiter
sit ad litteram intelligenda ista inmu-
tatio solis lune et stellarum ex-
posui in prima dominica de adventu
fient signa in sole luna et stellis
et ideo ibi requiratur dictorum expo-
sitionem. Quantum ad secundum scilicet vir-
tutes celorum commovebuntur. Scien-
dum est quod per virtutes celorum
intelliguntur ordines angelorum

qui videntes tantum . filii terribilem
tactionem . et consocios suos punien-
dos et consocios suos . puniendos
et orbem terrarum terribili assistere
iudicio perdendum stupebunt et
intus contristabuntur iuxta illud quod
dicitur Job . xxvi . columpne celi
contremescunt et pavent ad nutum
eius . Textuatum ad 3m . scilicet Et tunc
apparebit signum filii hominis
Ubi ondit novitatem et instru-
mentum nostre redempcionis Scien-
dum est quod istud signum communiter
intelligitur ipsa crux que tunc apparebit
instante iudicio ut iuxta zacharias
et Johannes prophetiam verificetur
quod tam iudei quam gentiles videbunt
in quem transfixerunt . hoc enim est
signum de quo dicitur ysa . 18 . omnes
habitatores orbis . qui morantur
in terra . cum elevatum fuit sol sig-
num in montibus videbitis et clan-
gorem tube audietis . si autem hoc
signum apparebit sole luna et stel-
lis non apparentibus quod videtur
ut ait Crisostomus crux tunc . erit
multo lucidior est radiis solaribus
Potest etiam intelligi quod tunc
apparebit signum filii hominis
in celo quia in frontibus electorum
signum conforme vere fidei appa-
rebit . Unde glossa . Thau est . thau .
impressum frontibus fidelium
ut sic verificetur illud ysa . Ubi
videbunt gloriam meam et ponam
in eis signum Textuatum ad . 4m
scilicet Tunc plangent scilicet omnes
tribus terre Ubi ondit novitatem
circa statum humani generis Sciendum
est quod viso crucis signo in iudicio

cognoscent reprobi quod per eum mortuus
super crucem . Noluerunt adorare
ut salvarentur quem contempnendo
factum est ut dampnarentur Et
bene dicit tribus terre quia tunc
illi plangent qui municipatum
habentes in terra non sunt scripti
in libro vite iuxta illud apoc
primo Ecce venit cum nubibus et
videbit eum omnis oculus . et
qui eum pupugerunt et plangent
se super eum omnes tribus terre
plangent etiam terrena accusando
eos conscientia eorum quia nichil
operati sunt . Unde merentur gloriam
et multa operati sunt digna pena
Textuatum ad . vtum . Et videbunt
filium hominis etc . Ubi ondit no-
vitatem circa presenciam salvatoris
Sciendum est quod in specie humana
Christus est venturus ad iudicium
quam speciem videbunt boni et
mali ideo dicit . videbunt filium
hominis . veniet autem vallatus
nubibus eo modo quo dictum est actuum
primo . hic Jhesus qui assumptus
est a vobis in celum sic veniet
etc . ideo addidit in nubibus celi
Sed quoniam primus adventus .
fuit cum humilitate qua venit
iudicari ne intelligatur iste secundus
adventus illi esse similis . adiungit
cum virtute multa et maiestate
cum virtute multa i . potencia
iudicandi et maiestate i . iudica-
toria auctoritate ut qui primo cum
infirmitate apparuit 2o . cum potestate
adveniat . Et qui primo cum hu-
militate veniens iudicatus est
2o . est cum maiestate apparens iudex
omnium cognoscatur Textuatum
ad . sextum cum dicitur Mittet

angelos suos etc. Ubi audit no-
vitatem tria apud resurrectionis
Sciendum est quod resurrectio
universalis principaliter fiet
virtute Christi tamen ministerialis cum
est ab obsequiis angelorum. Et ideo
evangelista utrumque complectens
ministerium angelorum exprimit
dicens Et videbunt angelos
suos. Virtutem autem Christi insi-
nuat adiungens cum tuba et
voce magna. De hac enim tuba
dicit apostolus prima ad Thess. 4°
Quoniam ipse in iussu et in
voce archangeli et in tuba
dei descendit de celo etc. Et
iterum prima ad Cor. xv. In mo-
mento in ictu oculi in novissima
tuba canet enim tuba et mor-
tui resurgent incorrupti. Et
quoniam virtute vocis Christi et
ministerio angelorum electi congre-
gabuntur ab oriente et occidente
septentrione et meridie. ideo
adiungit Et congregabunt electos
eius a quatuor ventis. Verum
quia aliqui electi tempore finalis
iudicii aliquamdiu erant beati et
forte aliqui eorum in corpore
glorificati aliqui vero adhuc
reperientur in terra ideo concludit a
summis celorum respectu iam
beatorum usque iam ad terminos eorum
respectu eorum qui pariter glori-
ficati sunt. Deinde cum dicit
ab arbore autem fici etc. Inducit
similitudinis congenitatem cuius
expositionem require supra in
prima dominica de adventu in
fine secunde partis illius evangelii

in illo paragrapho qui sic incipit 2° confirmat
claritatem predictam similitudinis
congenitate sicut evangelista subiicit
et dicit illam similitudinem. Videte
ficulneam etc. Et nota tamen ibi
non solum ficulneam in exemplum ponit
sed etiam omnes arbores hic autem
solam arborem fici dicens. Ab ar-
bore autem fici etc. Ideo adiungere
possumus hic unam expositionem
quam Augustinus de quibus evangelii. Et per
arborem fici intelligere possumus
genus humanum unde ipse pelliculam
carnis induisse sicut fructus fici
pelliculam exterius in carne cum
adiungit. Cum autem ramus eius
tener fuerit etc. i. cum filii hominum
per fidem Christi ad spirituales fructus pro-
fecerunt et in eis honor adop-
tionis filiorum per gratiam emicavit
omni vetustate vite carnalis
transacta tunc prope erit ei dies
consummationis et glorificationis
eterne. Deinde cum dicit Celum
et terra transibunt etc. Inducit
certitudinis firmitatem. Cuius
secundum litteralem expositionem talis
est intellectus. secundum Chrysostomum Celum
et terra quantum ad immutationem
non quantum ad abolitionem transibunt
quia mutabunt modum et ordinem
operationis et cursus qui deservit generationem
et corruptionem rerum. Verba
autem mea non preteribunt. Quia
nec quantum ad virtutem nec quantum
ad modum sive ordinem aliquid
de verbis Christi omittetur quin omnia
impleantur. Secundum Rabanum et
Chrysostomum nomine celi non celum stel-
latum sed superiorem partem celi aeris
intelligere debemus ut sit sensus
Celum et terra transibunt id est

elementa ab usitato modo et ordine
preteribunt. Verba autem mea sic
implebuntur ut firmant ut per
omnimodam impletionem in nulla sui
parte preteriant quin impleantur.
Secundum Gregorium vero talis est sensus
In corporali natura nichil est celo dura-
bilius nichil velocius est quam sermo
qui non perficitur nisi quando transit
Celum ergo et terra transibunt
quia omne quod apud nos durabile
et sine mutatione videtur ad eterni-
tatem comparatum quasi durabile
non est. Verba autem mea non
preteribunt quia sermo meus qui
transire videtur permanentes et
eternas sententias importat. Hyla-
rius et Gregorius concordans dicit quod
celum et terra ex conditione sue
creationis nichil habent necessitatis
in se quando possint non esse. Verba
autem Christi ex eternitate prolata id
in se continent cum permaneant
q. d. celum et terra sibi relicta
transirent quia esse desinerent
Verba autem mea virtute divinitatis
ex qua prolata sunt eterne veritatis
firmam promunt. Et ideo non tran-
sibunt quin impleantur. Origenes
vero per homines illos dicit celum
posse intelligi quorum conversatio
in celis est. per terram autem intelli-
guntur terreni quia ergo illi quorum
conversatio in celis est de transito-
riis ad eterna pervenient. Terreni
qui deducentur ad penas. Ideo
dicit celum et terra transibunt
Verba vero Christi que futurum
iudicium pertinus duraturum exponunt
non preteribunt quia sempiternaliter
quod important permanebit scilicet
eternum penarum reproborum et gloria
electorum. quod utrumque competenter
se vitas earum predicat et confir-
mat. Spiritualem autem sensum
prosequentes interdum allegoricum
interdum moralem sequamur. Aliquid
forte obmitto aliquid litterale quod-
nimis ad spiritualem sensum potest
ad aptari. Abhominatio uno modo
est omnis impietas iuxta illud prover.
in abhominatione domino vita impii.
Alio modo prava cogitatio ibidem
abhominatio domino cogitationes male
Tercio modo omnis superbia prover. 16. ab-
hominatio domino omnis arrogans
Quando igitur impietas est in
loco iudicii iuxta ecclesiastes 3. Vidi sub
sole in loco iudicii impietatem
et in loco iusticie iniquitatem
vel in mente quod rectum quarta datum
est. cogitationes prave iuxta
illud ecclesiastes vii. Ergo solummodo hoc
inveni quod fecit deus hominem rectum
et ipse infinitis se miscuerit
questionibus. vel inter eos qui
ad invicem benigne conversari
deberent arrogantia viguerit abho-
minatio desolationis est in loco
sancto. Et qui ipsam in predictis
statibus cognoscendo legit intelligat
qualiter debeat sibi a predictis
pravitatibus providere. nam
tunc qui in iudea sunt. i. in
confessione vere fidei per dilationem
operationis operantis fugiant ad
montes. i. ad divinum auxilium
habeant recursum de quo dicit
psalmista. Levavi oculos meos ad montes
unde veniet auxilium michi. Et qui in tecto
i. qui mente et contemplatione
carnem et carnalia excedit

non descendat tolle aliquid de domo
sua i. non redeat ad aliquos actus
pristine conuersacionis ut de carne
et de mundo aliquid sapiendo corru
actibus implicetur. Et qui in agro
i. etiam in ecclesia vite active operibus
inuigilat non reuertatur tollere tunicam
suam i. conuersacionem secularem
quam abiecit non iterum induatur
Vanam uel impietate exute in loco
iudicii vel praua cogitacione
perdurante in mente uel superba ela
cione presidente inter eos qui
debent pacifice conuiuere. Ve pre
gnantibus i. ambiciosis et nutrientibus
i. fouentibus appetitus honorum
ve etiam pregnantibus i. diuicias
desiderantibus et nutrientibus i.
diuicias quas adepti sunt custo
dientibus. Ve etiam pregnantibus
i. odium contra proximum concipi
entibus. Et nutrientibus i. in odio
iam manifestato perseuerantibus
¶ Orate autem ne fiat fuga vestra
yeme vel sabbato i. non tunc incipi
atis declinare a malis predicti
cum morte preueniente comprehensi
in frigore iniquitatis quasi in
yeme vel in ocio a bona operacione
vacante velud in sabbato diuinum
iudicium non possitis effugere
Erit enim sic comprehensis per
diuinum iudicium tribulacio magna
qualis non fuit eis ab initio nati
usque ad diem mortis. Dies autem
quibus est finis vite mali si
longo tempore perdurarent et dyabolus
permitteretur homines molestare nulla
ex longa perseuera temptacionum a
statu virtutis caderet. Sed non
fieret salua omnis caro i. homo.

In electos ergo sepe abreuiantur dies
in quibus dyabolus malicia ipsos decipere
vel molestare conantur. Tunc
tempore siquis dixerit vobis in temp
tacionibus constitutis ecce hic est
i. apud domesticos donatistas uel
illic i. apud arrianos seu quoslibet
hereticos Nolite credere. nec ad ipsos
pro uestro auxilio licet vtrumque sim
ilemque videantur exterius signa
facere sanctitatis. Iterum si quis
vobis dixerit. Ecce in deserto est
xpus i. in sterilitate gencium nolite
exire i. recedendum a fidei veritate
ecce in penetralibus i. in archanis
phorum nolite credere eorum verbo
sitati. sed potius adhereatis fidei
sinceritati que vos subito et impercep
tibiliter illuminando faciet cognoscere
xpm. Nam sicut fulgur exit ab
oriente et paret usque in occidentem
Ita erit aduentus filii hominis
in cordibus electorum ipsos illu
minans et vigorans qui sic illuminati
congregabuntur eique qui per mortem
quam tulit in suo corpore eos
redemit vniuntur. admodum quo aquile
congregantur ad corpus in quo
sacietatem inueniunt refectionem
et ideo dicit Ubicumque fuerit corpus
congregabuntur et aquile ¶ Postquam
autem iniquitas inualuit mundo
sol obscurabitur et luna non
dabit lumen suum. Eterna ecclesia
de qua dicitur pulchra ut luna
electa ut sol in sua claritate
impiis multiplicatis non apparebit
Et tunc stelle cadent de celo quia
multi qui fulgere gratia videbantur
temptatoribus cedent et cadent et
virtutes celorum mouebuntur quia

quidam fortissimi et virtute
strenuissimi vacavent licet non
cadant. ¶ Tertium autem auxilium
iustis datum est in duabus tempta-
tionibus constitutis scilicet vexillum
crucis de quo dicitur. Et tunc
apparebit signum filii hominis id est
crux in celo id est in mente considera-
tione fidelium. a quo signo qua-
tenus fiunt quia enim plangent
se in suis pravitatibus confessi
maxime in extremo iudicio. Et
videbunt filium hominis venientem
ad iudicandum in nubibus celi
id est in sanctis omnibus. Cum virtute
magna et maiestate quem contemp-
serunt venientem cum infirmi-
tate et humilitate. Et bene cum
maiestate videbitur. Cuius argu-
mentum est. Tuba tunc deus
celi terre mittet angelos suos et
congregabunt electos eius a
iiii^or ventis etc. ¶ Potest homo
autem ex naturalibus exemplum
sumere de sua finali consummatione
attendat enim arborem fici cui
assimulatur proprie peccatum fomi-
natum ad malum. Nam cum
ramus eius tener fuit et folia
nata scitur quod prope est estas. Ita
et peccator homo cum cognoscat
in se vitia pullulare et opus
male actionis producere cognoscat
quod propinqua est sua dampnatio.
Bonus etiam homo cum experitur
in se seminaria virtutum vigorem
assumere et virtuosas actiones
procedere cognoscat sibi Christum ap-
propinquare per gratiam. Nam celum
et terra in aliqua sui dispositione
transibunt verba autem Christi

quibus supplicium eternum comminatur
reprobis et bravium glorie
promittit electis nullatenus
pertransibunt sed penitus imple-
buntur iuxta quod Matthei 27 de
iudicio finali concludit. Ibunt
hii in supplicium eternum. Iusti autem
in vitam eternam amen. Ad quam

Pater noster qui es in celis
etc. ¶ Sciendum est primo
quod hanc orationem commen-
dant et super omnes extol-
lunt tres conditiones quarum prima
est dignitas. 2a brevitas. 3a vir-
tuositas sive utilitas. ¶ Prima
conditio est dignitas quia hec
oratio a summa veritate est inventa
et ab eadem est ordinata et ab
ore ipsius est prolata. Unde
dicitur Luc. xi. Et factum est
cum esset in loco quodam orans
ut cessavit loqui. dixit unus
ex discipulis eius ad eum. Domine
doce nos orare. sicut et Iohannes
docuit discipulos suos. Et ait
illis cum oratis dicite. Pater
sanctificetur nomen tuum et
reliqua que sequuntur. ¶ Secunda
conditio est eius brevitas de
qua potest intelligi illud Ysa. xxviii.
Sermonem abbreviatum faciet
dominus super terram. Hec autem
conditio videlicet brevitas huic
huic orationi apposita est primo
ut facilius et citius addisceret-
ur. ut melius retineretur ¶ 3o ut
frequentius et devocius. seu attencius
diceretur. ¶ 4o ut nullus ab eius
noticia se posset excusare ¶ 5to
ut insinuetur quod deus pronus est

nobis velociter postulata donare
de hac autem oratione proprie dicitur
illud ps. emittit eloquium suum
terre velociter currit sermo eius
et iterum velociter exaudi me
domine defecit spiritus meus ¶ 3a
conditio est huius orationis utilitas
seu virtuositas. Continet
omnia que peti possunt necessaria nobis
ad temporalia et eterna sicut manifestum
erit in sequentibus expositione. hec enim
oratio est illa de qua ecclesiastici xxxv
Oratio humiliantis se nubes penetrabit
Et illud mt. xxi. Omnia quecumque
orantes petitis credite quia accipietis
et fiet vobis patet ergo
eius nobilitas et eminentia
eminentia.

Pater noster qui es in celis etc.

Huius dominice orationis integritas
et sufficientia consistit in tribus
orando tamen in ipsa ¶ Primo divinam
benivolentiam captat dicendo pater
noster qui es in celis ¶ 2o omnimodam
gratiam postulat addendo sanctificetur
nomen tuum ¶ 3o efficaciam
petitionis desiderat concludendo
amen ¶ Primo divinam benivolentiam
captat dicendo pater noster
etc. ¶ Ubi sciendum est quod sicut dicitur
Jo. ix. Si quis est dei cultor
et voluntatem eius facit hunc
exaudit. Omnia cultorum dei ex
audire meretur colitur autem deus
ut quod dicit augustinus in enchiridion
fide spe et caritate. Omnes enim
captivant benivolentiam ¶ Primo
fidei professione ¶ 2o caritatis dilectione
sive expressione ¶ 3o spei elevatione
¶ Primo captat divinam benivolentiam
fidei professione. Cum dicimus

pater in hoc enim quod deum patrem
vocat confitetur se eius filium
per fidem. ac si cum apostolo paulo
dicat illud ephe. iiii. Unus dominus
una fides unum baptisma unus
deus et pater omnium qui est super
omnia benedictus in secula ¶ 2o
captat eandem benivolentiam
caritatis dilectione seu expressione cum
addit noster. Ex quo enim dicit de
se cum aliis hunc unum patrem
per fidem expresse confitetur se
debere cum omnibus communicare
in uno vinculo caritatis ¶ 3o eadem
captat spei elevatione cum subdit
qui es in celis. ac si dicat cum
psalmista. ad te levavi oculos meos
qui habitas in celis ¶ Vel captat
orans benivolentiam divinam
primo allegando supernam clementiam
cum dicit pater. proprium enim est patris
clementiam suam filiis exhibere
sicut ipse dicit ps. Ipse invocabit
me pater meus es tu. deus meus et
susceptor salutis mee et ecclesiasticus per
po. illum ¶ 2o insinuando propriam
indigentiam. cum addit noster. est
enim in nobis nichil. sit bonum ex
nobis semper pro eius nostri beneficiis
indigemus ut dicamus ei illud
ysa. lxiii. Tu domine pater noster
es redemptor noster a seculo nomen
tuum ¶ 3o confitendo supernam influentiam
cum adiungit. Qui es
in celis a quibus influentia omne
bonum iuxta psalmista. Qui habitas
in celis miserere nobis ¶ Vel captat
divinam benivolentiam primo
allegando eius formalem cognitionem
¶ 2o universalem providentiam ¶ 3o
stabilem permanentiam permanentiam
¶ 4o sublimem presidentiam ¶ 5o

igitur allegat eius fontalem clemenciam cum dicit pater. In patre enim celesti est omnis fontalitas cuiuslibet emanationis sicut dicit apostolus Ephes. 3°. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur. Orans ergo premittendo patrem. Confitetur quod ab ipso diffunditur omne donum quod postulari possit iuxta illud Iacobi primo. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. 2° allegat universalem providenciam cum dicit noster. ac si cum propheta Baruch 3. confiteatur et dicat hic est deus noster et non extimabitur alius ab eo. Hic adinvenit omnem viam discipline et dedit illam Iacob puero suo et Israel dilecto suo. 3° allegando stabilem permanenciam cum addit qui es. Orans enim attendens quod in se non habet virtutem standi et perseverandi in bono. ab illo qui semper idem ipse est nec a sua perfectione mutatur postulatur graciam perseverantem allegat eius permanenciam a quo sperat posse firmari in bono tamquam si dicant illud psalmi. Omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut amictum mutabis eos et mutabuntur. tu autem idem ipse es et anni tui non deficient. 4° allegando sublimem dei residenciam cum adiungit in celis. Sicut enim a celis propter eorum sublimitatem diffunditur lux et virtus faciens fructificare terram. sic ab ipsa dei residencia diriguntur ad nos lux.

gracie et virtutis qua terra nostre anime fructum facit ad ipsum itaque recurrit ut ab eius presidencia recipiat quod postulare intendit ad quam hortatur apostolus nos recurrere dicens ad Heb. 4. Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit celos. adeamus cum fiducia ad thronum gracie eius ut misericordiam inveniamus et graciam consequamur in auxilio oportuno. Vel sic omnis incipiens hanc orationem primo per hoc quod dicit pater debet cavere offensam ne sit filius illegitimus. debet etiam exhibere reverenciam [illegible] ne sit filius perversus debet agnoscere adopcionis graciam sit filius gratus debet sperare veniam ne sit obstinatus debet converti ad clemenciam ne sit indisciplinatus. Et tenorem istum predictorum ipse deus loquens nobis Malachie primo dicit. Filius amat patrem et servus timet dominum suum. Si ergo ego pater ubi est amor meus. et si dominus ubi est timor meus. Secundo per quod dicit noster. debet primo cavere singulariter superbie. 2° debet habere vinculum unitatis et concordie. 3° debet amplecti omnes dilectione caritatis et amicicie. 4° debet a se excludere venenum invidie. 5° debet omnibus desiderare beneficium gracie. ac si dicat cum psalmista. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. 3° ex hoc quod addit. qui es in celis. primo debet in orando mentem ad celum levare ut possit dicere illud apostoli. Phil. Nostra autem

conuersacio in celis est ¶ 2°. debet
desiderare per eius donum ad celi gratiam
puenire· obseruans illud apostoli col
iii°. que sursum sunt querite vbi
xpus est in dextera dei sedens ¶ 3°.
debet cognoscere illum posse dare
quod orat· quia omne bonum de celo
venit iuxta illud ps°. Justicia de
celo prospexit ¶ 4°. debet scire
quod ipse indiget donis celestibus
deus autem bonis orantis non eget
iuxta quod dauid dicit· Conserua me
domine quoniam speraui in te· dixi
domino deus meus es tu· quoniam
bonorum meorum non eges ¶ Dicitur
autem deus specialiter esse in celis tribus
modis ¶ Primo in celis materialibus
per eminenciam quia sicut dicit augustinus
in celis propter pulchritudinem et
nobilitatem eorum· eminencius
relucet· sapiencia potencia et clemencia
creatoris ita quod ipsi celi nobis mani
festant quante eminencie sit
ipsorum creator iuxta illud ps°. Celi
enarrant gloriam dei ¶ 2°. dicitur
esse in celis spiritualibus· i· in sanctis
per graciam de quibus potest intelligi
illud quod ipse deus dicit ysa· lxvi·
celum michi sedes est· hoc est
anima iusta et sancti est michi
sedes in qua per graciam habito· et
quiesco ¶ 3°. dicitur esse in celis·
et in beatis per graciam de quibus
potest intelligi illud ps°. Excelsus
super omnes gentes dominus et
super celos· i· super beatos gloria
eius· Explicit prima pars in qua
captat beniuolenciam ¶ Sequitur
2a pars principalis· sanctificetur nomen
tuum etc. In qua orans quodammodo
graciam postulat Ita quod postulat

primo collacionem omnis boni
cum dicit· sanctificetur nomen
tuum ¶ 2°. amocionem omnis mali
cum addit· Et dimitte nobis ¶ Primo
itaque postulat collacionem omnis boni
¶ Petit enim bonum primo gracie
preuenientis et sanctificantis cum
dicit sanctificetur nomen tuum
¶ 2°. bonum gracie possidentis· et
perseuerantis cum addit adueniat
regnum tuum ¶ 3°. boni gracie
consumentis et transformantis cum
subdit fiat voluntas tua ¶ 4°. bonum
gracie naturalis et graciam conseruantis
cum adiungit Panem nostrum cotti
dianum da nobis hodie ¶ Primo igitur
petit bonum gracie preuenientis
et sanctificantis dicens sanctifi
cetur nomen tuum· quod dupliciter modo
est quod petit ut virtus diuini nominis
in nobis operetur sanctificacionem
ut sit sensus sanctificetur nomen
tuum· i· virtus nominis tui in nobis
sanctitatem operetur per graciam pre
uenientem· et hanc graciam dominus
ostendit se facere in nobis quando
dicit Ezechielis xxxvii· Ego dominus sanctifico
vos et ps°. tamen Sanctificauit taber
naculum suum altissimus
¶ Alio modo sic intelligitur· nomen tuum
sanctificetur hoc est sanctum
appareat et manifestetur per nostram
sanctificacionem ut ipsum diuinum
nomen quod de se sanctum est
sicut dicitur luce primo· i· Fecit michi
magna qui potens est et sanctum
nomen eius per sanctitatem quam
in nobis operatur· sicut in suo proprio
effectu sanctum euidenter appareat
iuxta illud ysa· v· dominus solus sancti
ficabitur in iusticia· Et leui· xx·

Sanctificabor in eis qui appropinquant
michi. ¶ Vel aliter sanctificetur. sancti
ficetur nomen tuum. i. glorificetur
nomen et gloriosum predicetur nomen
tuum ex hoc quod in nobis operando
sanctificationis graciam de suis donis
laudetur et hoc modo dicitur ysa
ye. dominum exercituum ipsum sanctifi
cate ¶ Vel aliter sanctificetur. i. con
firmetur nomen tuum ut ipsum nomen
quod per fidem invocatum est super nos
per infusionem gracie iuxta illud Je
remie. Tu in nobis domine et nomen
tuum invocatum est super nos per
infusionem gracie sanctificatur confir
metur in nobis nemini vacuum
sit invocatum a nobis. vel super
nos Et hoc modo promisit. Eze
xxxvi. Sanctificabo super nos nomen
suum dicens. Dum sanctificatus
fuero in vobis effundam super
vos aquam mundam. videlicet gratiam
et mundabimini ab omnibus inqui
namentis vestris ¶ Aliter exponit
beatus augustinus in epistola ad probam in
qua sic ait. Cum dicimus sanctificetur
nomen tuum. nos ammonemus desi
derare ut nomen tuum eius
quod semper sanctum est eciam apud
homines sanctum habeatur. hoc est
non contempnatur quod non deo sed hominibus
prodest. Et sic ipsum per hanc pe
ticionem oramus ut dei nomen
a nobis habeatur in debita reverencia
per quam accidat nobis bona gratia
Vel autem hoc verbum sanctificatur
possit significare reverenciam patet
ex hoc quod dominus precepit Exo. xx. dominus
commendo ut diem sabbati sanctifi
ces hoc est habeas in reverencia hoc
autem modo hortatur beatus petrus

i. petri iii. dominum autem christum
sanctificate in cordibus vestris
Expliciat prima peticio. videlicet
sanctificetur nomen tuum ¶ Secundo
petit orans bonum sive donum gratie
possidentis et perseverantis. Cum
addit ¶ Adveniat regnum tuum. i.
hoc nobis per graciam adveniat ut
te regente in nobis conservemur
et custodiamur in bonum. Ex
hoc dum convenit petit post precedens
in quo sanctificacio petebatur quia
sanctificatus a deo per graciam
perveniretem postulare debet ut
deus regnet semper in eo per gratiam
perseverantem ut possit dicere
cum propheta. Dominus regit me et nichil
michi deerit etc. ¶ Vel sic filiis
sanctificatis iuste competit adeptio
regni paterni. Et ideo possunt
peticionem precedentem de sancti
ficatione fienda nobis filiis apte
celesti convenit petitur regni eius
adventus quod ipse christus promisit
Mt. xiii. dicens. Tunc iusti ful
gebunt sicut sol in regno patris
mei eorum ¶ Vel sic sanctificatus
debet procul cognoscere se regnum
celestis debere percipere sicut
promissum Sapiencie v. cum dicitur
Iusti autem in perpetuum vivent
et apud dominum est merces eorum
ideo accipient regnum decoris
et dyadema speciei de manu domini
dicendo ergo. adveniat regnum
tuum. petit ut perseverantes in eo
sanctitate ad dei regnum finaliter
perducatur. unde augustinus in epistola
ubi supra. In eo quod dicimus adveniat
regnum tuum. desiderium nostrum
ad illud regnum excitamus
ut nobis veniat atque in eo

regnare mereamur. ¶ Vel sic adue
niat regnum tuum. ita quod in mundo
non regnet dyabolus. sed tamen et in nobis
non regnet culpa sed gratia. sicut
suadet apostolus Ro. vi. Non regnet
peccatum in vestro mortali corpore ut
obediatis concupiscencijs eius. Huic
exposicioni consonat exposicio
ambrosij. vi°. de sacramentis in fine
sic dicentis. hec postulacio est ut
in nobis sit regnum christi. Cum deus
in nobis regnat locum habere adversarius
non potest. Culpa non regnat. peccatum
non regnat. sed regnat virtus regnat
pudicitia regnat devocio. Et
autem hanc peticionem obtinere possit
ille qui fideliter orat. Idem apostolus
ibidem sic nos promisit dicens. Si
enim unius delicto mors regnavit
per unum. scilicet per adam. multo magis
habundanciam gracie et donacionis
et iusticie accipientes in vita reg
nabunt per unum ihesum christum
¶ Vltimo sic Regnum tuum a te
promissum. et per filium acquisitum
sic veniat ut cum ipso regnemus
eo modo quo ipse promisit. luce xxii.
Et ego dispono vobis sicut dispo
suit michi pater meus regnum
ut edatis et bibatis super mensam
meam in regno meo. Explicatur
peticio secunda adveniat regnum tuum.
¶ Tercio postulat orans bonum
seu donum gracie conformantis
et transformantis. quando adiungit
fiat voluntas tua. sicut in celo
et in terra. Postquam enim orans
sanctificacionem est consecutus
petendo sanctificetur nomen
tuum. et regnum divinum sperat

se feliciter percipere. Adveniat regnum
tuum. Convenienter postulat conformari
voluntati divine. et eciam desi
derat ut in eam sic transformetur
in terra. sicut angeli transformantur
in celis propter quod addit. fiat voluntas
tua tanquam si dicat cum propheta
Doce me facere voluntatem tuam
quia deus meus es tu. ¶ Aliter
voluntas patris dei in nobis. sit
servando eius precepta servaremus
et ei sic obediamus in terra sicut obe
diunt angeli in celo. Petimus igitur
dicendo. fiat voluntas tua. sicut
in celo et in terra ut a nobis qui su
peregrinamur in terra sic custodiantur
eius mandata et eius voluntati obe
diamus sicut obediunt angeli in
celo. Et hoc modo exponit augustinus
in epistola ubi supra. cuius verba
sunt hec. Cum dicimus. fiat voluntas
tua sicut in celo et in terra. nobis
ab illo petimus ipsam obedienciam
ut sic in nobis fiat voluntas
tua eius quemadmodum fit in celestibus
ab angelis eius. Et hoc donum
postulabat pro fidelibus. Ille qui
secundo machabeorum. primo
dicebat Benefaciat nobis deus
et det nobis cor omnibus ut
colatis eum et faciatis eius vo
luntatem. ¶ Vel aliter hec est enim
dei voluntas in nobis ut libertas
nostri arbitrij sanctificata eius
voluntati subiciatur. unde apostolus
i. Thess. iiii. hec est enim voluntas
dei sanctificacio vestra. Petimus
ergo ut sicut in celo libertas arbitrij
angelorum subicitur divine vo
luntati per gloriam ita in terra

libertas nostri arbitrii eidem volunta
ti subiicitur per gratiam et sic absque
per illud apostoli Ro. xii. Renouamini
in nouitate sensus vestri ut probetis
que sit voluntas dei bona benepla
cita et perfecta. ¶ Vel sic. Sicut
in celo. per tuam voluntatem
omnipotens deus expulsa discordia
facta est pax et tranquillitas
ita fiat in terra iuxta promissa
angelicam. luc. 2º. In terra pax
hominibus bone voluntatis.
Unde Ambrosius libro quinto
de sacramentis. Fiat voluntas
tua hoc est sit pax in terra que
admodum in celo ¶ Vel sic 2m
quod exponit augustinus. Sicut
voluntas tua fit in celo id est
a iusto de quo dicit propheta In
lege domini voluntas eius et in
lege eius meditabitur die ac
nocte. ita fiat in terra. i. in hominibus
terrenis peccatoribus et terrenis ¶
Vel sic 2m eundem augustinum. Sicut
in celo. i. in veris fidelibus fit
voluntas tua per fidem tibi adhe
rendo. ita fiat in terra. i. in infidelibus
ut ad te conuertentur in te cre
dendo ¶ Vel sic 2m eundem sanctum
Sicut in celo. i. in superiori par
te nostra racionis et mentis nostre
fit voluntas tua tibi consentiendo
ita fiat. i. in inferiori parte et
in viribus sensitiuis ut consen
tiatur dictamini racionis et per
hoc tue subiiciantur voluntati
¶ Vel sic sicut in celo. i. in christo
fit voluntas tua per omnia. eo
modo quo dicit in psalmo. In capite

libri scriptum est de me ut facerem
voluntatem tuam deus meus
volui ita fiat in terra. i. in ecclesia
quam nomine terre propheta describit
dicens. Terra mea dabit fructum
suum. ¶ Vel sic prout exponit
Crisostomus. Fiat voluntas tua ut sicut
in celis expulsus est error et
plantata veritas. ita in terra omnis
error excludatur et veritas
manifestetur. Et sicut a celis
per tuam voluntatem expulsa est
malicia et virtus confirmata. Ita
per eandem voluntatem a terra expellatur
malitia et virtus multiplicetur
Explicit peticio tertia scilicet Fiat voluntas
tua etc. ¶ Quarto postulat orans
donum gratie conseruantis graciam
et naturam quando adiungit.
Panem nostrum cottidianum da nobis
hodie ¶ Ubi primo potest intelligi quod orans
petit panem materialem. et nomine
panis significatur quicquid necessarium
est nostrum ad substentandam vitam
corporalem. Et hic panis dicitur
cottidianus quia ipso indigemus
cottidie seu quolibet die. nec ab alio
nobis datur nisi a deo. sic enim
saluator noster insinuauit Io. vi.
dicens Non moyses dedit vobis
panem de celo. sed pater meus
dat vobis panem de celo. hunc
etiam panis ut dicit matheus
appellatur supersubstancialis quia
nullus alius cibus est ita confortans
et necessarius substentacioni corporis
sicut panis. Et sic est super
omnem substanciam pertinentem ad
conseruandam hanc vitam et
ipsam roborandam propter quod bene
dicit psalmista panis cor hominis confirmat

¶ 2º pt intelligi de pane sacrame
tali corporis sacri domini ihū
xpi ¶ Et hoc sacramentum habz
primo virtutem initiativam ideo
dicitur panem ¶ 2º unitivam io
addit nrm̄ ¶ 3º substentativam
ideo dicitur seu subditur cottid'
4º nobis communicatur ex gratia
ideo subditur da ¶ vᵗᵒ ex eo sup
pletur indigencia ideo adiungit'
nobis ¶ vjº ex hoc reficim' in via
ideo concluditur hodie ¶ Dico q pº
habet virtutem initiativam ideo d'
panis. Panis inquid de quo Jo vj
dicit ipse xpūs panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita
Et item ibidem. Panis enim verus
est qui de celo descendit et dat
vitam mundo. Ecce virtus initiva
quia dat vitam gracie in hoc mundo
¶ 2º habet virtutem unitivam
propter quam additur nrm̄. Non
enim est cibus om̄ sed fidelium
qui sunt uniti in fide operante per
dilectionem quam dilectionem iste
panis inflamat. et per ipām unire
fideles inter se vinculo caritatis
Unde aug' sup. io. Ipsum vocat
sacramentum pietatis et vincu
lum unitatis ¶ 3º habet virtutem
substentativam et restauratiuam
quia habet virtutem substentatiuam
dicit aug^ta super substancialem
quasi diceret hic panis quem peto
sic est super omnem substanciam creatam
ut per ipsum substentetur fideles
in hoc mundo. unde et viaticum d'
quasi viatorum substentaculum
Et ideo dicit amb' de sac' li° v
in fine Panem quid dicit gr'
//sede pyusion hoc est super substan
cialem. Non enim est iste panis
qui vadit in corpus. sed ille panis
vite eterne qui animae nrē substanciam
fulsit ¶ Iterum quia habet virtutem
restauratiuam dicitur cottidianus
unde dicit modus communis panem nrm̄
cottidianum. Ecce enim cottidie pec
camus indigemus cottidie medicina
hoc autem sacramentum est efficax
medicina contra peccatum ad restaurandum
dum id q peccamus cottidie perdimus
unde amb° de sacramentis li° iiij
in fine. Et nostro sanguine hunc panem
accipimus mortem domini annunciamus
Si mortem annunciamus annunciam'
remissionem peccatorum. Si quociescumque
effunditur sanguis in remissionem
peccatorum funditur. debeo illum sem
accipere ut semper michi peccata dimitta'
tur qui semper pecco semper debeo habere
medicinam. Et quamvis hic panis
cottidianus dicatur quia ipso cottidie
indigemus. debet tamen cottidie
esse paratus qui ipsum vult cottidie
digne percipere. Et ideo ipse amb' ibid
li° v in fine. Accipe cottidie quod
cottidie tibi prosit. sic vive ut
cottidie merearis accipere ¶ 4º hic
panis est qui communicatur ex gratia
ideo additur. da Non enim natura vel
natura formam nec ars pt hunc
panem hominibus ministrare sed sola
gratia sicut dicit ps'. Panem celi
dedit eis ¶ vᵗᵒ. Ex ipso supplet'
indigencia ideo adiungitur nobis
scilicet pegrinis familiae atque indigentibus
ad cuius indigenciae supplementum
debemus instanter postulare est
illis qui audita a saluatore efficacia
huius panis. Jo vj. dixerunt dn̄e
da nobis semper hunc panem ¶ vj°
Ex ipso reficimur in via ideo addim'

hoc v in pnti vita de qua dicit ps.
hodie si vocem eius audieritis etc. ¶ Pt
michilominus intelligitur panem quem petimus
nobis dari verbum dei quod est admodum
panis reficiens mentem et nutriens
eam in dei amore atque timore sic
dicitur i. deut. viii. Non in solo pane
vivit homo. sed in omni verbo quod
procedit ex ore dei. Petimus ergo
ut hodie i. continue donec sumus
in hac vita detur nobis intelligere
et gustare saporem verbi divini
et eius servare preceptum quo cotti
die refecti valeamus in mente et
possimus comedari cum illo de quo
dicitur eccl. xv. Cibavit illum pane
vite et intellectus. Explicat petitio
quarta. videlicet Panem nostrum co
tidianum da nobis hodie. ¶ Sequitur pars illam
qua ponuntur petitiones ordinate
ad amotionem omnis mali. ita
quod orans primo postulat amotionem
mali culpe ¶ 2o mali pene. ibi sed
libera nos a malo ¶ Quantum ad
primum sciendum quod culpa respicit triplex
tempus. videlicet preteritum in quo
commissa fuit. presens in quo actu pot
nesse vel committi. futurum in
quo timetur quod non committatur. Primo
itaque petitur remissio culpe preterite
vel presentis. 2o defensio culpe future
ibi. Et ne nos inducas etc. ¶ Primo
igitur postulat orans remissionem
culpe in preterito vel in presenti commisse
cum dicit. Et dimitte nobis debita
nostra. Et quantum ad hoc primo
petit remissionis gratiam 2o al
legat postulationis formam ibi
sicut et nos di. de. n. Petit ergo
remissionis gratiam dicens. Et
dimitte nobis debita nostra. Debita
nostra quibus obligamur ad penam
peccata sunt quibus dei precepta trans
grediendo debitores efficimur et
hoc petimus nobis dimitti. ut
audiamus illud. mat. xviii. dicta nobis
omne debitum dimisi tibi quoniam
rogasti me. Et item. misertus autem
dominus servi illius dimisit eum et
debitum dimisit illi. ¶ Et hec petitio
bene sequitur precedentem in qua
postulatur panis sacramentalis dominici
corporis. cuius virtute dimittuntur
peccata. Et qui ipsum accipit debet
eum indulgentiam postulare. unde
Ambrosius in fine libri. v de sacramentis
Et dimitte nobis etc. Ideo cottidie
accipe hunc panem ut cottidie
debitis tuis indulgentiam petas.
¶ Vel 2m Cipriani Ideo hec petitio
sequitur illam que est de nutrimento
quia post victum cibi tam cor
poris quam spiritualis a deo petitur
venia ut qui a deo pascitur deo
vivere debeat ¶ Vel 2m eundem
post percepta beneficia idcirco
poscitur venia ne ille qui dei
dona accipit sibi ipsi innocens vi
deatur et extollatur et sit superbi
endo vel suis meritis attribuendo
dei munera deo displiceat ut ignus
¶ Sed attende confidenciam. que
ex hac petitione oritur. Non enim
dei filius docuisset nos indulgenciam
peccatorum nisi consequi eam a clemencia
pena possemus. unde Ciprianus
Cum pro peccatis orare nos docuit paul
dubio veniam mariam repromisit
¶ Deinde adiungit postulationis
formam dicens. Sicut et nos

dimittimus. de .ii. Tertius intellectus
hic est ut qui vult sibi a deo
peccata dimitti debet dimittere proximo
ex corde offensam quam in ipsum
proximus commisit propter quod Christus
in fine huius orationis admonet
Si dimiseritis hominibus peccata
eorum dimittet et vobis pater
vester celestis peccata vestra. Et
alibi Mathei vi. Dimittite et dimittetur
vobis. Unde glossa in moralibus
tercium bonum quod a deo petimus
hoc proximo primo conversi faciamus
Et Ambrosius libro v. de sacramentis
Si dimiseris hominibus conveniet ut
dimittatur tibi. Si non dimiseris
quomodo enim conveniet ut dimittat
tibi. quasi dicat non convenit
iuxta illud Ecclesiastici xxviii. homo
homini servat iram et a deo
querit medelam. Secundus intellectus
istius forme videlicet sicut et
nos etc. potest esse ut per hoc quod dicit
orans. Sicut et nos dimittimus
intelligatur dimittere debemus ut sit
sensus. sic dimitte nobis sicut
nos debemus dimittere aliis.
Et secundum hunc intellectum non
peccat qui dicit hanc orationem
et tamen non parcat illis qui
offenderunt ipsum. quia si non
parcit tamen debet parcere. Iuxta
hoc sciendum est quod orans dupliciter
vel in persona ecclesie que semper parcit
Et hanc orationem dicit non ut
privatam sed potius ut est dicta
a Christo qui in se peccantibus dimisit
et pro eis oravit dicens Luce xxiii.
Pater dimitte illis non enim
sciunt quid faciunt et sic non

peccat qui dicit eam. Nec tamen
dimittit in se peccanti offensam
Secundo postulat defensionem
a culpa futura cum addit. Et ne
nos inducas in temptationem. Ubi
primo sciendum est quod adversarius
nichil contra nos potest nisi permittatur
Ut igitur deus non permittat nos
vinci a dyabolo. totus amor noster
atque devocio ad ipsum debet converti
ut non permittat nos sic temptari
quod vincamur et quia vinci est induci
in temptationem. unde Augustinus in epistola
ad Probam cum dicimus. Et ne nos
inducas in temptationem nos ammo
nemus hoc petere ne deserti eius
adiutorio alicui temptationi vel
consentiamus decepti. vel cedamus
afflicti. et ita petimus ut nec dolore
nec timore consentiamus peccato
quod nobis per temptationem suggeritur
Est enim tale donum vel adiutorium
deus tribuat devote et fideliter
postulanti. asserit apostolus prima ad Corin
x. dicens. Fidelis autem deus qui
non patitur nos temptari supra
id quod potestis sed faciet cum temptatione
etiam proventum ut possitis sub
stinere. Et hoc est quod sperat propheta.
dicens. Quoniam in te eripiar
a temptatione. hoc idem asserit
beatus Petrus ii. pe. ii. Novit
deus pios de temptatione eripere
et apocalypsis iii. Servabo te ad horam
temptationis que ventura est
2o in hac petitione

t Tu vero vigila in omnibus labora
opus fac evangeliste etc. Thymo. 2°.
Iste in hunc mundum positus inter tot insi-
dias et pericula constitutus est ut se solici-
te custodiat dona dei sibi collata preservet
eisdem et suum opus fructuose custodiat quod
a deo sibi datur 2m pe. 1. pe ult. fratres
sobrii estote et vigilate quia adversarius vester
et si ea que accepit custodire neglexerit et
in operibus suis operando consumat et operis
fructum recipit maximum quod fiet
conspectu operis in corpore bestiarum vos ne
in vacuum gratiam dei recipiatis. Sed quidem iste
non tam sibi ipsi sed prodesse operando studium
quod adiuvet datum convertit studeat
aliis conferre cum iste sit ad penale quira
tium hunc est quia sua bona ad omnes comunicare
pro viribus sed ut mereatur angelis in celis
et in bonis operibus hunc dare nimis quod
septimum sed donis dabatur verba evangelizanda
Et quia beatus lucas et dona et gracias
sibi collata custodiens vigilat et fructuose
operari studuit et corpus efficaciam aliis
predicando dimulgando ac scribendo communi-
cavit. ideo bene sibi congruit verba assumpta
Tu vigila etc.
In quibus quidem verbis 2m tria precepta
commendatur ita descripsit in eisdem. Primo
ut studiosus tu vigila. 2° ut operosus
in omnibus labora 3° ut fructuosus ibi
opus fac evangeliste. Primo igitur commendatur ut stu-
diosus cum dicitur tu vero vigila. Omne enim
quod quis in magno periculo possidet debet
studiosius custodiri ~~et sic de papi~~
et quia dona dei in magno periculo possidentur
et ab hostibus neglecta custodiuntur
et sic de papi ut custodiendo ea
evigilet cum dicitur tu vero vigila q. d.
vigilet ac demetes negligenter dormiunt quia
dona gracie custodire tu vero vigila ut eas-
dem gracias vigilando custodias quia
sapiencia dei dicitur per salomonem. qui mane

vigilat ad me inveniet me etc. Secundo
commendatur quia operosus cum additur in omnibus
labora omnis enim qui committit alicui negocia
sua precipue diligenter ut solicite ope-
retur ea que commissa sunt ut merito opere
fructum recipiat de commissis. deus igitur
requirens a beato luca operem de graciis
sibi datis dicit eidem In omnibus labora ut
intelligitur. ad apostolus. dicit. ii thi. ii. labora sicut
bonus miles christi. 3° commendatur ut fruc-
tuosus cum additur opus fac evangeliste
quadrupliciter divina sapiencia providet ad salutem
creature ut una per aliam ad-
iuvando ad salutem totius permaneat
admirabiliter conferendo pertinent ita providet
communiter hominibus ut principium adiu-
vando totum humanum genus in virtutibus ex-
cercendo perveniat ad salutem quod pro [illegible] deus
constituit in ecclesia quosdam in officio pastoris
quosdam in officio prelatie quosdam in officio
doctoris quosdam sive evangeliste inter quos
beatus lucas extitit connumeratus ita ut
evangelium et apostolos actus suos plurimum
scripsit cum etc. conscribendo ecclesie auctenti-
cos credidit ut in tergo edificatur de
eo ad cap. 21. primo ad prophetam dicit ecce
assumum et viridi calamo. Dabo etc. ergo
de tu vigila etc.
Ad evidenciam corporis tangitur in textu-
quod b. lucas ut vigilando in omnibus la-
borans opus faceret evangeliste tribus vicibus
dormivit et tribus vigilavit quia primo dormivit
mundo et vigilat deo. 2° dormivit carni
et vigilavit menti. 3° dormivit culpe
et vigilavit ~~domini~~ gracie. Primo igitur dormivit
mundo et vigilat deo. Ad hoc autem precipue
valet consideracio finis Nam si homo
discreta consideracione provideat ad quem finem
mundi occupacio tendat respiciet quia eius
finis mors est vel opus quod tendit ad
mortem. respiciet et quia finis corporis quod
ad divinum spectat finem vita est
et hunc deum[?] [illegible] finis salom

signant ordo Ecc(lesiastes) ... querit
quid amplius stulto habet sapiens R(espondet)
q(uod) sapiens vadit ubi e(st) vita Bt(?)us i(n)
lucis c(on)pdans d(omi)n(u)m sinus corp(or)is q(uo)d i(n)
mundi sollicitudine (et) corp(or)is q(ui) in dei s(er)vi(ci)o
sunt studint dormire vigilanis et
vigilare d(orm)iunt Q(uo)d b(e)n(e) c(om)p(e)ti(tu)r sollicitudinis
eius erat videus i(n) paulo ap(osto)lo(rum) vigili
ne respond(e)t tu(n)c q(ui) eis dormit (et) cum
celestia q(uibus) c(on)tinuat studijs vigilabat
sicut e(st) mundum omnes persua(sio)n(e) ipsius
n(on) istis sollicitudines valuit depmbere ut ta(men)
(et) r(e)t(r)o corp(us) op(er)is t(antu)m corp(or)is qui d(omi)n(u)s
opi vigilabant depmpsit
Et io ezech. i. sub pl(ur)ibus bonis ut in
tuli hic eum depmb(ere) cum alis vigilat
ist(ud) gaudeat in lege t(antu)m d(i)x(it) ista
gaudeans ut stus lucius q(ui) dixit gaud(e)t
attendo vid(e)licet inhpederz ...
(et) d(orm)ire vivigilaret eo q(uod) p(er)it ...
principia ... q(uo)d dici potuit ... enim ...
ego dormio s(cilicet) mundi occupa(ci)o(n)ib(us) ab ipsis
tessiendo q(ue) corp(us) in me e(st) cu(m) spirita
ut dicit ... ego dormio (et) ... d...
... (et) ... e(st) delicta intenta
... vo(ca)t eadem ... vigilaui (et) fact(us) su(m)
sicut passer ... Et ... 39 iustus cor
suu(m) tradet ad vigilandu(m) diluculo ...
(et) cor meum vigilat celestib(us) c(on)templ(ati)o(n)ib(us)
(et) ipsis d(ivin)is intendendo ... talis ac
(et) ipsis ... idem ... ...
futuru(m) bonu(m) ... ...
... facie maior ... ad ...
... facies corp(or)is (et) penne corp(or)is extente
desuper ... notare exp(ri)mit
penna ... c(on)templ(ati)o(n)is ... ...
notitia ... c(on)templ(ati)o(n)is ... ...
... diuinis vigilat ideo ...
... (et) penne corp(or)is extente desup(er) d(omi)n(u)s
(et) h(e)c e(st) q(uo)d d(icit) greg(orius) sup(er) ezech ...
... facies (et) penne extente desup(er)
destribu(n)tur ... intendo ...
contemp(latio)n(is) corp(or)is ... ut illud
possit adipisci q(uo)d in celestib(us) appetit
sive q(uod) bono op(er)i sive vigil(iis) c(on)templ(ati)o(n)i
..., ... q(uo)d bonu(m) e(st) ...
... aquis est ... (et) in ...
mundo vigilant (et) deo dormiunt nichil
utilit(er) sibi ipsis acquirunt ... facie
notitie ... in ...
desinunt (et) ... d(icitu)r ... dormierunt ...
... (et) ... ...
Nam qui bona ... (et) ... vo ...
... hominib(us) placere ... ...
... ...
Attendens e(r)g(o) b(eatus) luc(as) ... (et) d(orm)ire
... ... ut p...
... ... ac p(ro)p(ter)
... humanas laudes acquirat ac p(ro)p(ter)
mundo vigilet (et) deo dormit ...
ut ... deo placeat (et) ab ... mundo
ut ... mundo dormiat (et) deo vigilet
ac p(ro)p(ter) ... studio ... (et) eloq(ue)ntia d(ivin)a
... studio ... ad ...
... ... studuit ad ...
... ut p(ro)p(ter) ... studuit ...
... ... b(eatus) ... ubi ...
... ... d(ivin)itas ...
in ... eloq(ue)ntia ...
... ut p(ro)p(ter) h(oc) q(uo)d ... ...
ad ... ... dulce(dinem) ...
beatitudinis saciari appetit ... ...
videri iste ... ...
... ... vigilantia
... ... penas ...
in ... appetitu ... ...
... ... (et) q(ui)b(us) ...
... ... deponit ...
... in ... ...
tal(is) b(eatus) lucas qui ... sive c(on)templ(ati)o(n)e
... ... studio in ... de
... ... ut ...
... ... studij ad
... vigilantiam boni studij ad
celestia sublevemur.
Secundo vigilauit bonu(m) (et) dormiuit ...
... ... ancillam
... ... dormiat
(et) ancillam ... qui ... ...
... bonis (et) ... ...
... ... ordinem in vivendo
... ... ancillam
quia ... ...
(et) ... ... ancillam ...
... ... b(eatus) lucas

sed vita sua per totum dormiens gubernat spiritualiter corpus suum spiritu sic dormivit carni quod vigilavit deo et hanc ipsius vigilantiam [illegible] [illegible] sic cetus [illegible] [illegible] quod lucas paulum secutus usque ad mortem [illegible] sicut dicitur [illegible] primarius maluit duo [illegible] et in [illegible] [illegible] lucas dicitur [illegible] lucas natus [illegible] antiochie [illegible] et [illegible] vigilantiam spiritus [illegible] animam castigabat carnem [illegible] de ipso dicitur quod carnem mortificatam [illegible] [illegible] corpore [illegible] nos [illegible] portavit [illegible] de [illegible] studium quo spiritu vigilabat [illegible] [illegible] dormivit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Nam [illegible] [illegible] [illegible] vita [illegible] [illegible] [illegible] tale [illegible] [illegible] dedisse [illegible] corpus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] libero arbitrio [illegible] [illegible] [illegible] opus [illegible] debite [illegible] [illegible] [illegible] ipse [illegible] [illegible] [illegible] dotatum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bestiarum [illegible] bestias [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] lucas [illegible] [illegible] [illegible] facie [illegible] [illegible] [illegible] ubi dicitur quatuor facies [illegible] [illegible] facies [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bestie [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vigilare [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicitur post vigilasse deo et carni dormivisse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicitur due penne [illegible] [illegible] [illegible] due tegebant corpus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corpus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] due penne [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per

[illegible] duas pennas duo [illegible] amor [illegible] et spes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] b. [illegible] [illegible] vigilat post deum [illegible] [illegible] [illegible] amor et spes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad celum due vero tegebant [illegible] corpus [illegible] timor gehenne et castigatio carnis [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible] appetitu [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] duabus [illegible] b. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] amor [illegible] et spe [illegible] paulus [illegible] [illegible] Timor [illegible] et castigatio carnis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] amor [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mors [illegible] due penne [illegible] [illegible] [illegible] doctor [illegible]

[illegible] attendimus [illegible] duabus [illegible] corpus [illegible] timor [illegible] et castigatio carnis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] castigatio [illegible] vigilantia [illegible] vigilat et custodit [illegible]

Tercio dormit [illegible] et vigilat [illegible] [illegible] ad vigilandum [illegible] [illegible] amor [illegible] b. Aug. [illegible] de civitate dei [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] civitatis dei [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gratiam

Amor vero sui usque ad contemptum dei et sic per ...
cimtibus mundi quia ipse est inordinate vivendi et
R[illegible] de peccato in peccatum cadendi Qui ergo privato a-
mori vigilat divino amore preposito sic quasi dormit
quia pro vigilans spiritualiter quasi spiritualiter mortuus Ideo quia
clamat apostolus ut excitet Ephesios 4. Surge qui dormis
etc. Qui vero amore privato est medio preposito
amori divino sollicite vigilat sed peccato dormit quasi vigi-
lando sicut apostolus ad perseverantiam clamat et docuit 1. Cor. 15.
Evigilate iusti et nolite peccare. Tale ait fuisse b.
luca solitudo vite sue dicit. = Ex hac n. vigilia
et sum solicitus requirebat eum cum volui. Addidit
quam pastorum vigilantiam et solitudinem inducit quibus
in quo pastorum vigilantiam meruit volens. Ex eadem est
lux mundi de novo apparens meruit. Ex eadem est
actus apostolos comprehendit sicut similia ut per Johannem et luca
habent scriptorem scilicet languentis, nec medicina. ~ Hanc
ait vigilia tui ipsius quam rectorum etc. ex providentia
Solitudo allium et aspectus eorum scilicet carbonum ignis ardentium
et quasi aspectus lampadarum Hec erat visio discurrens
in medio animalium splendor ignis et de igne fulgur egrediens
et alia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris chorusantis
Ubi eunte sancti quarto describuntur
primo ut caritate inflammati. | sicut notatur cum dicitur sicut
2o ut claritate illustrati | aspectus eorum quasi carbonum ignis ard
3o ut exemplaritate vivendi | quantum ad caritatem accense
4to ut operatione geminati | assimilantur carbonibus accensis
et aspectum eius ad cordium amati quasi ... dicit ut in
igneus consumens est Per ignem autem caritatis amoris sancti
consumens est. Per ignem caritatem amoris sancti
eminente et in divina similitudinem transformantur quia
dicitur Seraphim calentes et ad divine notitie contuitum gustabant
quia ad additur et aspectus eorum. Et ratione utriusque
dicitur carbonum ignis ardentium isti sunt carbones de quibus
dicitur Carbones succensi sunt ab eo. // 2o descri-
bitur ut claritate illustrati cum dicitur et quasi aspectus lampadarum
lampas enim est ~~[illegible]~~ lumen in testa oleo mediante
lumen ergo claritatis divine in fragilitate humane nature
quam erant eunte illustrati mediante oleo gratie sic eorum
mentes illuminant et corda ut tamquam lampades in mundo
lucentes claritatem virtutibus eminentie ipsi mundo diffundant
isti non sunt de quibus dicitur Cant. 8 lampades eius lampades ignis
atque flammarum
3o dicitur ut exemplaritate vivendi cum dicitur Hec erat visio discurrens in medio a.
et splendor etc. Sic non erant illustrati claritate quod ab eis
procedebat splendor sanctitatis per exempla doctrina. Ful
gor claritatis quod verba imitativa omni imitari potest de
eis id est sicut alluxerunt choruscationes eius orbi terre vidit et

iiii to dicitur ut operatione geminati cum dicitur alia ibant et re
simpliciter aut dictum est non revertebantur cum ambo
nec est concurrere hinc quod hic dicitur ibant et revertebantur
quia in more deinus in alia et rem ambulandi modo
quia et medicius desideriis ad divina tendere et quin
sermo affectus sic de quibusdam negotiis tristes ad divina
quia cum divina gustaverit non vult reverti ad mundana
ideo de secularibus actibus dicitur quia non redibunt cum ambularent
non ambulent de mundi solicitudine ad perficienda divina
non revertebantur semper ad mundana = quia est
de vita activa ad contemplationem cum modo ambulandi
cum ad vitam summus in via qui
est ascensus est amnerus dolor sanctus in via qui
est regressus a contemplativa in activam. Eremi ergo
sancti erant processum contemplationis in modum ascen-
debant ad contemplandum divinam hinc et quod puniti
alia ibant superiorum n. ire sunt in divinam contemplationem
assurgere. Cum ergo contemplationis studium et pro nature
pondus oportebat eos frequenter regredi ad activam
ideo additum est et revertebantur. Sed quia in utraque vita
flamma caritatis succensi suos appetitus ut flamma
dirigebant in directum vel deorsum inclinabant ad superiora
non entendo in similitudinem fulguris chorusantis
Sic ergo dormierunt mundo et vigilaverunt gratie ut
merito possint intelligi per istos pastores luce 2o.
Pastores erant etc. Ergo quantum vigiliam utilem
habentes etiam luce 12 beati servi illi quos cum venerit
dominus invenerit vigilantes amen etc.

Alma dei genitrix miserorum
vnica salus Spes veniis et
iubar celicum

